6
40 M
3

Digitized by Google

Digitized by Google

# PATROLOGIÆ

## CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA

## OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

*QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :*

## RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

## SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

## ACCURANTE J.-P. MIGNE,

**Bibliothecæ Cleri universæ,**

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

---

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

---

*PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS VIII.*

---

CLEMENS ALEXANDRINUS.

---

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

Digitized by Google

Digitized by Google

SÆCULUM III

# ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

## ΤΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

### ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

# CLEMENTIS

## ALEXANDRINI

### OPERA QUÆ EXSTANT OMNIA

JUXTA EDIT. OXON. AN. 1715.

ACCEDUNT

## D. NICOLAI LE NOURRY

*COMMENTARIA IN OMNES CLEMENTIS ALEXANDRINI LIBROS.*

ACCURANTE ET RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

---

TOMUS PRIOR

---

VENEUNT DUO VOLUMINA 22 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

—

1857

Digitized by Google

# ELENCHUS

## AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO VIII CONTINENTUR.

### CLEMENS ALEXANDRINUS EPISCOPUS.


| | |
|---|---|
| Cohortatio ad gentes. | *col.* 49 |
| Pædagogus. | 247 |
| Stromata. | 685 |


MONITUM. — Meminerit Lector signo ✠ in textu posito paginas editt. Oxoniensis et Parisiensis repræsentari, quarum seriem in inferiori pagina continenter exprimendam curavimus, ut loca parallela quæ varii adnotatores juxta varias editiones innuunt, quærenti facile sint obvia; numeros autem quos typis grandioribus in textu expressimus, nonnisi ad Indices spectare.

Ex Typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

Digitized by Google

# NOTITIA HISTORICO-LITTERARIA

## IN CLEMENTEM ALEXANDRINUM

(Fabricius, *Bibliotheca Græca*, editio nova, variorum curis emendatior atque auctior, curante Gottlieb Christophoro Harles, tom. VII [Hamburgi, in-4°, 1801], p. 119).

Titus Flavius (1) Clemens, patria Atheniensis (2), vel, ut alii, Alexandrinus: ex ethnico philosopho Christianus (3), atque inde post peragratas Græciam, Calabriam, Italiam, Orientem, Palæstinam, et Ægyptum, Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter (4), et post Pantænum (5), itidem Atheniensem, magistrum suum (6), quem Demetrius, episcopus Alex. circa A. C. 189, in Indiam misit (7), scholæ ibi catecheticæ præfectus, sive κατηχήσεων magister: vir sanctus (8) atque eruditissimus. Inter discipulos habuit Origenem (9), qui in catechetæ (10) munere etiam Clementi, circa A. C. 202, persecutione Se-

(1) Euseb., VI, 13, *Hist.*; Photius, cod. CXI.

(2) Epiphan. XXXII, 6, tom. I, pag. 213; Meursius, pag. 203, ad Palladii Lausiacam; Fabr. Ortu Atheniensis esse potuit; Alexandrinus autem appellabatur, quia Alexandriæ diu commoratus ibique munere docendi functus est. Atqui a veteribus quorum testimonia citavit Fabric. infra not. 19, plura vero collegit Potterus post præf. ad suam edit., semper vocatur Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter. Ab Epiphanio solummodo, l. c., sed incerto rumore, sic citatur: Κλήμης, ὃν φασί τινες Ἀλεξανδρέα, ἕτεροι δὲ Ἀθηναῖον: in *Chronico* autem *Paschali*, pag. 251, dicitur quidem Clem. Alexandrinus; sed pag. 7, Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, et bis a Theodoreto Clem. Stromateus. Add. Cavei *Antiqq. Patrum et eccles.* I, pag. 385; vers. Germ. Stollii, *Nachrichten von den Kirchenvätern*, pag. 91 sq.; Walchii, *Historiæ ecclesiasticæ N. T.*, pag. 627, qui copiosius disseruerunt de Clemente Alexandrino, ut alios omittam ab illis jam laudatos. Harl.

(3) Euseb., II, 2, *Præparat. evangel.*, pag. 61; Clemens ipse initio *Pædagogi*.

(4) Euseb., VI, 11; Hieron., cap. 38 *De script. eccles.*, et epist. 84, ad Magnum; Niceph., IV, 33, *Hist.*; Phot., cod. CXI.

(5) Euseb., VI, 6, *Hist.*

(6) Euseb., V, 11; VI, 13, et Hieron., c. 38, *De scriptor. eccles.*; Phot., cod. CIX. Equidem ab horum sententia recedit Philippus Sidetes, et Pantænum Clementis successorem fuisse scribit, Clementem vero Athenagoræ successorem ac discipulum. Pro Philippi Sidetæ sententia asserenda contendit etiam H. Dodwellus, qui Philippi fragmentum edidit, ad calcem Dissert. in Irenæum, pag. 501 sq. Sed malo utique Eusebio, Hieronymo et Photio accedere. De aliis Clementis præceptoribus, quos tecte innuit ipse lib. I *Strom.*, pag. 274, et quorum nomina ex mysteriorum disciplina, Hierophantas de nomine prodere vetantium, siluisse putat idem Dodwellus, Dissertat. IV ad Irenæum, pag. 293. Vide Baronium, ad A. C. 185, n. 4; Valesium, ad Euseb., pag. 95; Caveum, in *Vita Clementis Alex.*, § 2; Steph. le Moyne, ad *Varia sacra*, pag. 208; Jo. Clericum, in *Vita Clementis Alex.*, tom. X *Bibl. universal.*, pag. 181.

(7) Pantæno mortuo successisse scribit Hieronymus c. 38 *De script. eccl.* Sed vide Tillemont., tom. III *Memor. hist. eccles.*, in Vita Pantæni, p. 290, et in Vita Clementis Alex., p. 308 et 522. Fabr. In disciplina Pantæni amorem philosophiæ Stoicæ imbibisse videtur Clemens Alex., neque tamen illi, neque alii sectæ unice adhæsit, sed fuit eclecticus, et Stoicos æque ac reliquos veteres philosophos refutavi. Imo vero *Strom.* I, c. 7, p. 338, ed. Potteri, cujus notam conferes, aperte profitetur se philosophiam non dicere Stoicam, nec Platonicam, aut Epicuream et Aristotelicam; sed quæcunque ab his sectis recte dicta sint, hoc totum selectum (τοῦτο σύμπαν τὸ ἐκλεκτικόν) se dicere philosophiam. De Pantæno et reliquis Clementis magistris, ac de controversia inter Caveum, Clericum Baltumque orta, tum de philosophandi ratione, erroribus, etc., Clementis Alex. copiosus est Brucker, in *Hist. crit. philos.*, tom. III, pag. 414 sqq. — De Clemente, qua doctore Alexandrino conf. J. G. Michaelis *Progr. de scholæ catech. Alexandr. origine* Halæ Magd. 1739, 4, novisque accessionibus amplificatum in *Symbol. litter. Bremens.* fasc. III, atque J. Augustin. Dietelmair *Progr.* quo veterum in schola Alexandrina doctorum seriem breviter exponit. Altdor. 1746. 4. Harl.

(8) Quanquam Baronius e Martyrologio Rom. Clementis nomen expunxit (confer *Acta Sanctor.*, tom. VI Maii, p. 777), et sancti elogium Clementi datum excusat Combefisius, tom. I *Bibl. concionatoriæ*, Natalisque Alexander ideo censuram incurrisse se testetur virorum religiosorum, quod sanctum Clementem appellasset; tamen constat apud veteres scriptores, ne de Usuardi et juniorum Martyrologiis dicam, passim hoc encomio mactari. Ita Epiphanius XXVI, 1: Ὡς καὶ ὁ ἅγιος Κλήμης, etc.; ἱερὸν vocat etiam Alexander episcopus, apud Euseb., VI, 14 et VI, 11, μακάριον πρεσβύτερον ἄνδρα ἐνάρετον καὶ δόκιμον. Nicetæ, *Thesaur. orthodox. fidei*, IV, 10, ex Theodoriti lib. I *De hæretic. fab.*, c. 1, Clemens dicitur ἱερὸς ἀνὴρ, καὶ πολυπειρίᾳ ἅπαντας ἀπολιπών. Et eidem Theodorito ἱερὸς ἀνὴρ, et ob πολυμάθειαν διαβόητος. Auctori Chronici Alex. pag. 7, et qui idem est, anonymo scriptori de Paschate, quem Græce edidit Petavius pag. 214 *Uranolog.*: Κλήμης ὁ ὁσιώτατος τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας γεγονὼς ἱερεύς, ἀνὴρ ἀρχαιότατος, καὶ οὐ μακρὰν τῶν Ἀποστολικῶν γενόμενος χρόνων. Idem Clemens judicio Hieronymi, epist. 84, ad Magnum, omnium eruditissimus. Φιλόσοφον τῶν φιλοσόφων vocat S. Maximus, *Diss. cum Pyrrho*, pag. 774. Cyrillus vero Alex.: Ἄνδρα ἐλλόγιμον καὶ φιλομαθῆ, καὶ ἀναγνωσμάτων Ἑλληνικῶν πολυπραγμονήσαντα βάθος, ὡς ὀλίγοι τάχα που τῶν πρὸ αὐτοῦ, VII *in Julian.*, pag. 231. Idem alibi σοφώτατον vocat, et πολυΐστορα, et alio loco: Τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις ἑπόμενον πανταχῇ, πλείστης τε ὅσης Ἑλληνικῆς ἱστορίας εἰς ἀκοὴν ἐλθόντα. [Add. Walch., l. c., pag. 629 seq.]

(9) Euseb., VI, 6, *Hist.*

(10) Id., VI, 3, licet Philippus Sidetes, in Fragmento, quod edidit Dodwellus, Origenem Pantæno, non Clementi, scribat successisse.



Digitized by Google

veri Alexandria cedere coacto (11), successit, et Alexandrum (12) Flaviadis in Cappadocia ac postea Hierosolymitanum episcopum, atque, si Baronio (13), Combefisio et Bullo credimus, etiam Hippolytum, Origeni haud ignotum. Quo anno obierit (sub Antonino Caracalla et Alexandriæ, ut suspicio est), nemo veterum tradidit, licet quarta die Decembris memoriam ejus consignarit Usuardi Martyrologium.

Tria hujus Clementis scripta, *Protrepticum*, *Pædagogum* et *Stromateon* libros, Daniel Heinsius pulchre observavit referre veterum mystagogorum ac philosophorum tres gradus, *ἀποκάθαρσιν*, *μύησιν* ac denique *ἐποπτείαν*: in *Protreptico* enim Clementem primo veluti purgare futuros Christianos a sordibus adhærentium superstitionum atque ethnicismi, in *Pædagogo* factos jam initiare atque instituere, in *Stromateon* denique libris ad sacra maxima et supremam Dei contemplationem (adde Clementem, pag. 83 edit. Paris. et 443 d.) admittere. Confer, si placet, quæ in eamdem sententiam de *Pædagogo* ac *Stromatibus* Clementis observat D. Mich. Foertschius, theologus lenensis, in decade *Diss. theologicarum selectarum*, diss. x, pag. 398, sqq.

1. *Προτρεπτικὸς λόγος*, ad gentes liber adhortatorius de Christianismo amplectendo, cujus meminit (ne de Eusebio, Hieronymo, Cyrillo, Theodoreto, Photio, aliisque dicam), Clemens ipse in limine *Pædagogi*, et disertius etiam VII *Strom.*, pag. 711, ubi ait se in illo de gentium superstitionibus abunde disputasse. Ex hoc Clementis *Protreptico* plura in suos ad gentes libros transtulit Arnobius, ut Theodoro Cantero pulchre observatum (14). Duos codices mss. Græcos, unum regium A. C. 914 exaratum, et alterum Collegii S. J. Paris. memorat Nourrius, pag. 634 *Apparatus ad bibl. Patrum*, variasque lectiones editurum se vel cum alio Clementis futuro editore communicaturum pollicetur, atque ipse deinceps loca quædam feliciter illustrat.

2. *Παιδαγωγὸς* libris tribus *ὑκθετικοῖς* ethicam quamdam Christianam perpulchram complexus.

Hujus quoque operis sui mentionem facit ipse Clemens VI *Strom.*, pag. 616, ut Eusebium, Hieronymum ac Photium omittam. Videturque illud fuisse fructus quidam *κατηχήσεων* Alexandriæ ab ipso institutarum (15). Cæterum, ut divisionem operis in tres libros Clemens dicto loco agnoscit, sic divisionem in capita capitibusque præfixa lemmata, quamvis in mss. codicibus obvia, alium quam Clementem videntur habere auctorem. Vide Nourrii *Apparatum*, pag. 657. Clauditur *Pædagogus* Doxologia, de qua conferendus Georgius Bullus in *Defensione fidei Nicænæ*, pag. 145. Denique subjicitur *Hymnus ad Christum*, quem Antigeni (16) martyri, Clementis æquali (nescio qua fide) tribuit Cangius in Appendice ad *Glossarium Græcum*, pag. 123, B voce Λυχνικόν. Hymnum istum separatis foliis cum Hervetî versione et commentario suo atque Germanica metaphrasi edidit Hamburgi A. 1681 fol. Rudolphus Capellus. Exstat et Græce et Latine inter *Poetas Græcos Christianos*, Paris. 1609, 8, pag. 235, cum Fed. Morelli versione. Ibidem Græce et Latine occurrunt versus *ἀδήλου*, sive incerti, in Clementis *Pædagogum*, qui incipiunt *Σοὶ τόνδε κἀγὼ, Παιδαγωγέ, προσφέρω*, qui in editione Clementis Græca Florentina Græce leguntur ad calcem *Pædagogi* pag. 92, sed in Græco-Latinis sunt prætermissi (17), atque ideo in supplemento Operum Clementis Ittigiano, p. 170, iterum recusi. Tres codices mss. *Pædagogi* Clementis evolvisse et varias C lectiones ex iis notasse se refert Nourrius, p. 658 seq., ex quibus regii A. C. 814 exarati (quo præter *Protrepticum Pædagogo* præmissum etiam Justini *Epistola ad Zenam et Serenum*, atque *Admonitio ad Græcos*, Eusebii *De præparat.* et *adversus Hieroclem* atque Athenagoræ liber uterque continetur) specimen vide in Montfauconi *Palæographia Græca*, p. 274. *Pædagogum* in *Bibl. Patrum concionatoria* Græce et Latine editum scribit Nourrius, p. 904. Sed Latine quædam Clementis Combefisius a se recensita *Bibliothecæ concionatoriæ* inseruit; Græce nihil.

(11) Tillemont., pag. 392.

(12) Euseb., VI *Hist.*, ex quo loco constat, Alexandrum Clementi fuisse superstitem.

(13) Baron., ad A. C. 229, 4. Combefisius, t. I *Bibl. concionatoriæ*, ubi de S. Hippolyto, et Bullus D *Defensione fidei Nicænæ*, sect. 3, cap. 8, p. 371.

(14) Add. Potteri, not. pag. 1, qui præter ea syllabum capitum 12 (tot enim capp. constat Cohortatio ad gentes), reddidit, quam, uti etiam tabellam eorum, quæ singulis *Stromatum* libris continentur, una cum observatt. atque emendationibus haud paucis in tria Clementis opera suisque locis insertis a W. Lowthio, ecclesiæ cathedralis Winton. præbendario communicatam accepit. HARL.

(15) Grave judicium de hoc opere, in quo lucidus ordo desideratur, et multa, haud probanda, leguntur, tulit Barbeyrac in: *Traité de la Morale des Pères de l'Eglise*, pag. 44, seqq., eique assentitur Stolle, l. c., pag. 94. HARL.

(16) An Athenogeni? Latine eumdem hymnum Possevinus excudi curavit in calce tom. I *Bibl. selectæ*. FABR. Hymnus in Christum legitur in cod. Regio et Bodl., nec non Veneto D. Marci (quem describit Villoison., in *Anecd. Græc.*, tom. II, p. 98, 1), sed abest cod. quo usus est Sylburgius, Palat. et Oxon., Coll. novi. — Clem. Alex. *Hymni in Christum*; Gr. ac Lat., per Fed. Morellum., Lutetiæ 1598, 8 (*Catal. bibl. Leidens.*, pag. 46), Gr. ac Lat. in *Collect. poet. Gr.*, Colon. Allobr. 1614, fol. HARL.

(17) Sed recepti sunt in edit. Potter., p. 313. — Antea retulerat illum hymnum Jo. Fellus, Oxoniens. episcopus, inter Fragmenta Clementis in editione, inscripta: *Κλήμεντος*, — etc., Clementis Alexandrini liber, *Quis dives salutem consequi possit*. Acc. nonnulla in editt. Opp. Clementis hactenus desiderata. Oxoniæ e theatro Sheldon. 1683, 12. Fellus quoque admonuit, exstare illos sub *ἀδήλου* titulo in cod. quodam Collectaneorum miscellaneorum ex Græcis poetis, in bibl. Bodl. asservato. Præter ea subjiciunt hymnum illum præcedenti cod. Reg., Bodl. et Venet. teste Villoison, l. c., qui observat, hymni illius in *Pædagogum* initium manifesto expressum esse ex illo hymno, quem in Dianæ laudes erumpens apud Euripidem canit Hippolytus *στεφανηφόρος*, e venatione redux. HARL.

Digitized by Google

3. *Τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν Γνωστικῶν ὑπομνημάτων, Στρωματεῖς* Η' (libri VIII *Strom.*) (18), sive Miscellaneorum, Gnosticas secundum veram philosophiam commentationes complectentium : hic enim titulus operis apud Eusebium, VI, 13, *Hist.*; Photium, cod. CXI, et Clementem ipsum in extremo libri I et III, pag. 357, 473, et initio libri VI, pag. 616. Alexandro inscriptum esse hoc opus a Clemente, observat Meursius, ad *Palladii Lausiacam*, pag. 201, ex J. Damasceni lib. III *De adorand. imaginibus : Τοῦ ἀρχαιοτάτου Κλήμεντος πρὸς Ἀλέξανδρον ἐκ τοῦ ἑβδόμου βιβλίου τῶν Στρωματέων.* Alexandrum intelligat aliquis illum ex Clementis auditore Cappadociæ atque deinde Hierosolymitanum episcopum, cui librum *De canonibus eccles.* inscripsit, teste Eusebio, VI, 13, et de quo videnda *Acta Sanctorum* ad diem XVIII Martii. Sed Reinesius, lib. I *Var. lect.*, c. 22, pag. 92, suspicatur Damascenum non scripsisse *πρὸς Ἀλέξ.*, sed *πρεσβ. Ἀλεξ.* Scriptum est hoc opus post Commodum (extremo A. C. 192) defunctum (lib. I *Strom.*, pag. 338), cum Clemens ætatis indeflexa adhuc maturitate gauderet ; quare I, pag. 274, ait, se *ὑπομνήματα ἑαυτῷ εἰς γῆρας θησαυρίζειν.* Codices illius mss. præter Mediceum, e quo Florentina editio initio libri primi mutila profluxit, vix usquam exstare, notat Montfauconus in *Diario Italico*, p. 64 [et in *Bibl. biblioth. mss.* t. I, pag. 480], ubi excerpta prolixa ex Clementis *Stromatis* in codice bombycino sæculi XIV, Venetiis apud Antonium Capellum, patricium Venetum, reperisse se refert, una cum nonnullis ex *Protreptico* et *Pædagogo*. Claromontanus recens codex, cujus Nourrius, pag. 896, meminit, e Mediceo descriptus videtur, neque alio, ac Florentino, usi sunt interpres uterque Strozza et Hervetus. Librum septimum claudit Clemens his verbis : *Καὶ δὴ μετὰ τὸν ἕβδομον τοῦτον ἡμῖν στρωματέα τῶν ἑξῆς ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς ποιησόμεθα τὸν λόγον.* At

A loco illius, qui hodie sequitur, *octavi libri*, in quibusdam codicibus Photio (19), cod. CXI, lectis, secutus est liber, de quo mox dicam, *Quis dives salvetur:* alii tamen, quos idem vidit Photius, hunc ipsum octavum librum habuerunt, atque in hoc pag. 785 exstant verba, quæ Clementem philosophum laudans profert Pseudo-Dionysius, c. 5 libri *De divinis nominibus*, ut Albertinus etiam, pag. 266 operis *De Eucharistia* observavit. Octo *Stromatum* Clementis libros legerunt etiam Eusebius atque Hieronymus. Porro liber iste octavus, qui exstat, cum prioribus septem nihil habet commune; sed totus de demonstratione, definitione, divisione et causis dialectico more disputat. Eumdem tamen nos habere, quam olim legit Photius, non dubito, licet B aliud sentire videam Nourrium, pag. 1289, qui in eo etiam fallitur, quod, quæ de doctrina parum sana Photius notat, de octavo hoc libro accepit, cum de toto *Stromatum* opere istud ille scripserit. Non integrum vero, sed imperfectum ad nos librum hunece, qui octavus inscribitur, pervenisse, libentius assentior Tillemontio, tom. III *Memor. histor. eccles.*, p. 318, 524. Quod vero Nourrius, p. 1308, ex *Catena ms. in Genesin* notat, ab Acacio Cæsareæ in Palæstina episcopo citari verba ex octavo Clementis *Stromatum* libro deperdito, id ampliore consideratione dignum est. Verba hæc sunt : *Καὶ ἐν τῷ ὀγδόῳ δὲ Στρωματεῖ ἀθετεῖ τὴν περὶ τοῦ προεῖναι τὰς ψυχὰς δόξαν* (Cassiani puta, quam C III *Strom.*, p. 466, confutaturum se promiserat,) *λέγων αὐταῖς ταῖς λέξεσιν· Ὁ Θεὸς ἡμᾶς ἐποίησεν οὐ προόντας. Ἐχρῆν γὰρ καὶ εἰδέναι ἡμᾶς τὸ ποῦ ἦμεν καὶ προῆμεν, καὶ πῶς καὶ διὰ τί δεῦρο ἤκομεν. Εἰ δὲ οὐ προῆμεν, τῆς γενέσεως ἡμῶν μόνος αἴτιος ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ὄντας ἐποίησεν, οὕτως καὶ γενομένους σώζει. Ὁ δὲ τοὺς δερματίνας χιτῶνας τὰ αἰσθητὰ λέγων σώματα, πάντως που καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς αἰσθητὸν εἶναι ὁμολογήσει· μετὰ τοὺς χιτῶνας γὰρ εἰρηται, Μήποτε*

(18) Clemens, I *Strom.*, pag. 278 : Περιέξουσι δὲ οἱ *Στρωματεῖς* ἀναμεμιγμένην τὴν ἀλήθειαν (Christianam puta) τοῖς φιλοσοφίας δόγμασι. Et pag. 279 : Σιωπῶ γὰρ ὅτι οἱ *Στρωματεῖς* τῇ πολυμαθίᾳ σωματοποιούμενοι κρύπτειν ἐντέχνως τὰ τῆς γνώσεως βούλονται σπέρματα. Lib. VII, pag. 767 : Οὔτ' οὖν τῆς τάξεως, οὔτε τῆς φράσεως στοχάζονται οἱ *Στρωματεῖς*, *nec ordinem nec dictionem curant Stromata.* Vide et lib. IV, pag. 476, ubi opus suum confert ἀπηνθισμένῃ προσφορᾷ sive εἰρεσιώνῃ ex omni genere florum atque fructuum quondam Athenis soli aliisque diis dicari solitæ, de qua videndus Tho. Gatakerus, in *Adversariis*, pag. 473. *Stromata* veluti a stragularum vestium varie contextarum colore multiplici petito nomine (vide Casaubonum, p. 15, in *Athenæum*) Mich. Neander reddit *Varietates*, Jo. Vindetus *Centones*, Samuel Petitus, ad *Leges Atticas*, pag. 145, *Florida*. Mottanus Vayerus, t. I Opp. pag. 552, *Tapisseries*. Ab illo opere Clemens Theodoreto, Cassiodoro, et aliis dicitur ὁ Στρωματεύς : etsi Clementis exemplo etiam discipulum ipsius Origenem X libros *Stromatum* scripsisse constat ex Hieronymo, Rufino, etc. Atque Cæsellium Vindicem, grammaticum Latinum, in *Stromateo* laudat Priscianus, lib. VI, pag. 685 et 696. Plutarchi Στρωματεῖς Eusebius, I *Præparat.*, c. 4, 5, et Lamprias, in *Catalogo* ejus scriptorum. Videturque Plutarchum ac Cæsellium respicere Gellius, Στρωματεῖς memorans in præfat. *Noctium Atticarum.*

(19) Photius, postquam inscriptionem operis D integram in vetere quodam exemplari repertam *Τίτου Φλαβίου Κλήμεντος, πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας, τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν γνωστικῶν ὑπομνημάτων Στρωματέων α', β', γ', δ', ε', ς', ζ' καὶ η'*, indicarat, pergit, *primos* quidem *septem* libros eumdem præferre titulum, eosdemque prorsus esse in omnibus codd. sed *octavum cum inscriptione tum rei subjectæ variare* et in quibusdam inscribi : Τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος ; — In aliis vero, Στρωματεὺς ὄγδοος, uti reliqui septem libri inscribi solent. Add. Heinsii not. ad initium libri I *Stromat.*, et ad init. libri octavi, et Stolle, l. mem. Doctum hoc *Stromatum* opus in quo etiam permulta veterum auctorum, in primis poetarum, citantur, in quibus colligendis, aut comparandis emendandisque criticus ingenium ac diligentiam potest exercere, historicorum, chronologicorum et theologicorum esse plenum errorum, David Blondellus *De Sibyllis*, lib. I, cap. 6, aliique animadverterunt. Quæ singularia falsaque aut ex nimio allegoriarum studio

Digitized by Google

λοίδη τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ φάγῃ, καὶ ζήσεται εἰς αἰῶνα.» Hæc (quæ Nourrium præteriit) excerpta sunt ex Ἐκλογαῖς προφητικῶν, § 17, edit. Combefisii [et Potteri]. At idem Nourrius recte observat, in mss. J. Damasceni *Parallelorum* codicibus laudari tanquam ex octavo *Stromatum* libro, quæ iisdem verbis exstant in Ἐκλογαῖς προφητικῶν, quæ Græce libro *Stromatum* subjiciuntur, § 20, edit. Græco-Lat. Combefisii : Ἀγάπη ἐκουσίων ἄρχει, ἀκόντων δὲ ὁ φόβος οὗτος ὁ φαῦλος. Ὁ δὲ εἰς ἀγαθὸν παιδαγωγῶν, εἰς Χριστὸν ἄγει, καὶ ἔστι σωτήριος. Laudantur a Damasceno etiam hæc, octavo *Stromatum* libro prænotato : Φοβηθῶμεν οὐχὶ νόσον τὴν ἔξωθεν, ἀλλὰ ἁμαρτήματα, δι' ἃ νόσος· καὶ νόσον ψυχῆς, οὐχὶ σώματος (quæ exstant in eisdem *Eclogis*, § 11). Et: Νόμος ἐστὶ κατὰ τῶν σεμνὰ καὶ θεῖα σεμνῶς καὶ θεοπρεπῶς ἐμῶν οὐκ ἀξιούντων, κόλασιν ἐπιφέρειν ἀσφαλίας.

4. Ἐκ τῶν Θεοδότου καὶ τῆς ἀνατολικῆς καλουμένης διδασκαλίας κατὰ τοὺς Οὐαλεντίνου χρόνους ἐπιτομαί. Hæc excerpta, Græce sine versione ex Florentino exemplari Græco-Latinis Clementis editionibus subjecta, varias locorum S. Scripturæ explicationes Gnosticas et Valentinianas continent. In his Theodotus (20) plus simplici vice citatur; mentio et Basilidis et Valentini ac Valentinianorum, et pag. 799, afferuntur verba, quæ Christus dixerit ad Salomen, μέχρι τότε εἶναι θάνατον, ἄχρις ἂν αἱ γυναῖκες τίκτωσιν, quæ ex Evangelio secundum Ægyptios petita esse constat ex Clementis III *Strom.*, pag. 445, 452, 453. Combefisius Latine transtulit, sed veritus est edere (21) ob hæreses et errores Gnosticos, qui in illis conA tinentur. Quoniam vero eisdem vix quisquam hodie poterit moveri, nec tamen inutile ad alios scriptores ecclesiasticos illustrandos, neque injucundum est specimine tam insigni cognoscere, qualis fuerit et quam longe petitis S. Scripturæ expositionibus subnixa hæreticorum istorum doctrina, non dubitavi illam Combefisii versionem, cujus apographum beneficio doctissimi viri, Erici Benzelii, in manus meas incidit, infra cum lectore communicare (22). Germanice quidem reddita hæc excerpta edidit Godfridus Arnoldus, in *Apologia hæresium*, Lipsiæ 1700, fol., tom. IV, pag. 41 sq., a quo tempore melior et emendatior, itidem Germanica, interpretatio, auctore H. G. W. E. M. (23) lucem vidit Ulmæ 1701, 4, cum præfat. D. Eliæ Veielii.

B 5. Ἐκ τῶν Προφητικῶν ἐκλογαί. Hæc excerpta posteriora saniora sunt prioribus, sed in Græco-Latinis Clementis editionibus (24) itidem tantum Græce exstant, atque extrema parte mutila. Cæterum cum notis Francisci Combefisii leguntur Græce et Latine in auctario ipsius novissimo ad *Bibliothecam Patrum*, Paris. 1672, fol. In his sub inde refellit Clemens (illum enim auctorem non dubito) errores Heracleonis, Tatiani, Hermogenis : plura etiam refert ex Apocryphis Henochi, et Apocalypsi atque κηρύγματι Petri; ex Hermæ etiam *Pastoris* lib. II, mandato 5, verba desumpta et illustrata videre est § 43, licet de nomine eum non laudet. Dogmatum vero hæreticorum expositionem utilem esse disputat § 29 : Φέρει δὲ καὶ ἄλλην C συγγυμνασίαν ψυχῆς ζητητικῆς ἡ τῆς ἑτεροδόξου διδασκαλίας ἔκθεσις, καὶ ἀνεξαπάτητον τῆς ἀληθοῦς τηρεῖ τὸν μαθητήν. Has *Eclogas* esse partem *Hypotyposeon* Clementis Alexandrini, non abenata in illis *Stromatum* reliquisque libris reperiuntur, ea post Nourrium et Ittig. Fabricio post indic. edd. laudatos, diligenter collegit et dijudicavit, neque tamen, quæ bona in illis essent libris, reticuit Semler, in *Historia doctrinæ Christianæ*, præmissa tom. II *Theolog. polemicæ*, Baumgart., § 61, pag. 133 sqq. Epitomen librorum German. confecit Chr. Frid. Rössler in *Bibl. Patrum eccles.*, part. II, pag. 1-75. HARL.

(20) Theodotum intellige Byzantinum coriarium, a Victore, Rom. episcopo, excommunicatum, cujus hæresin perstringit etiam S. Hippolytus in homilia contra errores Noëti. Cætera veterum de illo loca diligenter excerpsit Ittigius, diss. *De hæresiarchis*, pag. 259 seqq., qui pag. 243 alterum refert Theodotum, Montanistam, et pag. 261 tertium Theodotum, trapezitam, auctorem *Melchisedecianorum*. Videnda etiam de Theodoto coriario erudita dissertatio D. Mich. Waltheri, edita Witebergæ 1688, sub titulo : *Jesus ante Mariam*, § 10 sq. FABR. Valesius ad Eusebium, *H. E.*, lib. V, c. 11 (quem locum repetiit Potterus ad Clem. *Strom.* I, pag. 322, ubi Clemens de suis præceptoribus loquitur), duorum illorum, quos in Orientis partibus ab se auditos esse narrat Clemens, alterum Assyrium genere, Tatianum esse suspicatur; alterum autem Hebræum, ex Palæstina oriundum, quem Theophilum esse, Cæsariensem episcopum, opinatus est Baron., ad a. Chr. 185, potius esse Theodotum crediderit, quod ex eo conjicit, quia epitome *Hypotyposeon* Clementis inscribatur : Ἐκ τῶν Θεοδότου ἀνατολικῆς διδασκαλίας, Clementem vero ea, quæ a magistris in Oriente didicisset, vocare ἀνατολικὴν διδασκαλίαν. Quæ conjectura num admittenda sit, necne, alii judicent. — De Theodoto, cujus meminit Ignatius, epist. interp. ad Trallianos, cap. 11, vide quæ ibi adnotavit Cotelerius. HARL.

(21) Vide Combefis., tom. I, *Auctar. noviss.*, pag. 194, et Rich. Simonis *Bibliothecam criticam*, Gallice editam, tom. I, pag. 66.

(22) Fuerunt quidem viri docti, quorum auctoritas apud me multum valet, qui suaderent, ut in nova hac edit. retinerem libellum illum cum versione notisque Combefisii. Enimvero quod in edit. Potteri, pag. 966 sqq., textui Græco adjuncta est D versio Lat. Roberti Pearse, et subjunctæ sunt notæ Sylburgii, Combefisii et paucæ Potteri; atque operis redemptor urget flagitatque, ut vela contraham; aliorum consilio obsecutus ea omnia in nova hac edit. omittere statui. Si plures velint, ut saltem recudatur Combefisii versio Lat., hæc forsan in supplementis locum habebit. HARL.

(23) Georgio Wachtero, ecclesiaste Memmingensi. FABR. Inscriptio haud urbana hæc est : *Augenscheinliche Erweisung, dass der vermessene Ketzer-Patron*, Gottfried Arnold, *das valentinianische Ketzer-Fragmentum Theodoti weder verständlich, noch treulich übersezet, und damit seine schlechte Wissenschaft in der griechischen Sprache selbst verrathen habe.* Ib.

(24) In edit. tamen Potter., pag. 989 sqq., leguntur Gr. cum versione Lat. notisque Sylburgii atque Combefisii et paucis Potteri. Ib.

surde conjiciunt viri doctissimi : haud omittendum tamen est, easdem ab Acacio et Damasceno, ut e locis pluribus, supra a me descriptis, patet, habitas fuisse pro octavo *Stromatum* libro.

*Operum Clementis Alex. codd. et editiones.*

Plures codd. jam passim laudavit Fabricius. De codice membr. Florent. Medic. Laurent. sæc. XI, qui continet *Stromata*, cujus Fabr. supra in § 3 meminit, plura scripsit Bandin. in *Cat. codd. Gr.* I, pag. 12, qui præter ea post Fabricium (supra § 3) observat, cod. Claromontan. rec. a Nourrio memoratum, videri e Mediceo descriptum. Codicem illum præstantissimum olim fuisse apud Basilianos Messanenses monachos, putabat Montf. in *Bibl. bibliothecar.*, I, pag. 234. — In eodem codice sunt *Excerpta ex libris Theodoti* et *Selecta prophetarum*. — *Pædagogi* libri III, *Κλήμεντος λόγοι* dicuntur in codice XXIV, plut. V, cum notis incerti auctoris margin. quem Bandin., l. c. I, pag. 49 seq., uberius describit. Libri in cod. dividuntur in capita, et singulis capitibus præmittuntur argumenta. Illos libros excipiunt *Hymnus Christi servatoris*, S. Clementis et Versus incerti in Clementis *Pædagogum*. Illo cod. usus est quoque Victorius ; sed omisit scholia quædam, charactere ligato et currenti ab eodem scriptore codicis in ora libri hinc inde adjecta, quorum quædam Bandinius descripsit et promulgavit. Idem calligraphus, ait Bandin., ut ostenderet consensum textus Clementis cum quadam Arethæ, archiepiscopi Cæsariensis, interpretatione, desumpta forsan ex ejus *Catena in Apocalypsin Joannis*, longum scholium in ora libri descripsit, cujus initium ac finem edidit Bandin. — In codd. VIII, n. 55, plut. IX (*a*), sunt inter breves definitiones SS. PP. de substantia et natura, etc., excerpta ex Clem. Alex. Sermone de Providentia. (Band., I, pag. 402.) — Cod. Alex. Clem. cui Stephan. multas adscripsit notas, Francofurti ad Moen, memorat Folard., in *Histoire d'un Voyage littéraire, fait en* 1733, etc. Hagæ Com. 1735, mai. 12, teste Stollio, in notitia illius bibl. (Kurze Nachricht von den Büchern — in *der Stollischen Bibl.*) tom. I, p. 563. — Loca Clem. occurrunt in *Catenis* in Psalmos, in Jobum et IV Evangelia, et citatur Clem. in *Florilegio sententiarum*, in Violario compos. et a J. Cantacuzeno contra Palamam. (Bandin. I, pag. 34, 52, 161, 253, 347 et 549.) — *Pædagogi* tres libri in cod. Veneto D. Marci, cum lemmatibus singulis capp. præfixis, et notis nonnullis ad oram conjectis, vid. Villoison, *Anecd. Græc.* II, pag. 98 et pag. 249. — In cod. biblioth. Mutinensis *Προτρεπτικὸν*, *Παιδαγωγικὸν* et Hymnus, ut in editis, teste Montf. in *Diario Ital.*, pag. 31.

Neapoli, in *bibl. Regia*, cod. CLXV continet : Clem. Alex. *Pædagogum* ; Hymnum ad Christum et anonymi Versus in Clem. *Pædagogum* ; excerpta longiora ex VII libris *Stromatum*. Inc. *τέρατα προγινώσκει καὶ ἐκδόσεις καιρῶν καὶ χρόνων ὁ τῆς σοφίας μαθητής*· quæ in editis initio libri I mutilis desunt. — Teste Montfauc. in *Bibl. bibliothec. mss.* I, pag. 14, inter codd. Vatic. Romæ *Quis dives salvetur* opusc. et alia inter Clementis papæ opera nominantur : fragmenta Clem. Alex. in *Catenis* in Exodum, Job, Epp. ad Corinth. et Galat., in Matthæum et Lucam sunt in pluribus codd. Vatic. ibid. (uti in *Catenis* in codd. Coisl. Vindob. August. Vindel. aliisque). — Romæ, in bibl. Ottobon. *Stromatum* fragm. in II codd. recent., nec non *Stromata* bis, et *Pædagog.* (ibid., pag. 183 et 190), et ibidem, in *Bibl. Patrum S. Basilii* (ib., pag. 198, D.). — In Galliis inter codd. abbatiæ S. Petri de Selincurte, diœc. Ambianensis, *Admonitio ad gentes* et *Pædagogus* (ibid. II, pag. 1198). — S. *Clementis Vita*, etc., in cod. bibl. Mediolan. (Ibid., I, p. 495.)

Paris., in *Bibl. publ.* (sec. catal. cod. tom. II) in cod. CDLI, A. C. 914, manu Baanis, notarii Arethæ, Cæsareæ archiepiscopi, exarato, Clem. adhortatorius liber ad Græcos, cum scholiis marg. et *Pædagogus*, sed desunt libri I decem capita prima, et undecimi initium : in cod. CDLII et DLXXXVII (in quo ea quoque desunt, quæ in cod. CCCCLI, notavimus) *Pædagogi* libri III cum *Hymno in Christum*, et anonymi Versibus in *Pædagogum*. — In cod. CDXL fragmentum, ubi de sancto Joanne, theologo et evangelista, agitur. — Cod. Paris., coll. S. J., qui integrum *Stromatum* opus complectitur, varias lect. Montfauc. enotavit et ad Potterum transmisit.

In bibl. Coislin., secundum Montf., in cod. LXXXVI, ex libro *Quis dives sit salvus*, historia quædam, quæ est quoque ap. Eusebium III *H. E.*, cap. 23 (pag. 140). — Loca Clem. occurrunt in cod. CXII et CXIII, in Collectionibus sententiarum, rerum moralium et interpretationum, e pluribus script. eccles. excerptarum (pag. 186, 187 ; sic quoque codd. Augus. Vind., teste Reisero, pag. 22 et 39 catal.) ; — in cod. CCLIX, in Anastasii responsionibus, etc. (pag. 303) ; — in cod. CCLXXVI, in Damasceni *Parallelis* (pag. 390) ; — in cod. CCLXXXIV, in Damasceni *Eclogis* (pag. 412).

Codices seqq. qui in Anglia asservantur, et a Pottero sunt collati, ab eo nominantur in *Præfat.* Oxonii : in cod. bibl. novi Collegii, *Cohortatio ad Græcos*, una cum duobus *Pædagogi* libris posterioribus eorumdemque nonnullis fragmentis : — in cod. Bodlei. et alio, qui exstat in bibl. regis, *Pædagogi* III libri. — Ad Clementis periochas, quas Eusebius operi *De præpar. evang.* inseruit, emendandas, utilis fuit cod. Eusebii in biblioth. Collegii J. Baptistæ. — Præter ea, secundum catal. in codd. Angl. et Hibern., etc., in cod. Barocc. Bibl. Bodlei. nr. V, sunt ex Clem. Alex. aliisque excerptæ sententiæ, etc. ; — in codd. Bodl. MCCXXXII et

(*a*) Hæc Scholia, quæ ex codice Parisino evulgavit Reinholdus Klotz in sua editione Operum Clementis (Lipsiæ, 1830-31, in-12), exstant tomo II nostræ recensionis. EDIT. PATR.

MXXCIV, Clementis aliorumque glossæ ad VII Epp. canon. et Epp. catholicas min. N. T. — In bibl. Jacobæa nr. MVMMMMMDLXXV (tom. II *catal.*, p. 276), Clem. *Pædagogus*. — Dublini in cod. CCCCXXVIII Collegii S. Trinit. excerpta ex Clem. *Protreptico*, a Gent. Herveto verso, et ex *Pædagogo*.

Vindobonæ in bibl. Cæsar. in cod. XXXXIX, n. 3, et cod. L, est frag. ex Clem. oratione: *Quis salvetur dives?* (Lambec., *Comment.* III. pag. 190, seq., et 193.) — Monaci in bibl. Bavar., cod. chart. CLXX, orat. exhortatoria ad Græcos (catal. codd. pag. 66). — Augustæ Vindel. *Stromatum* epitomes fragment. in cod. ex quo quædam restituta fuisse in ed. Commel. observavit Hœschel. ap. Reiser., pag. 27 cat., et Sylburg. in fine suarum not. ad Clement. Alex., ubi quoque memorat codd. Palat., in quorum uno recent. fuit *Pædagogus*, in aliis excerpta; atque cod. Guil. Xylandri. HARL.

Græce scripta Clementis, hactenus memorata, prodierunt e bibl. Medicea, collato ad *Protrepticum* et *Pædagogum* etiam Rodulfi Pii, antistitis Carpensis, codice, recensente Petro Victorio, cujus præfatio ad Marcellum Cervinum, cardinalem S. Crucis (postea per XXII dies pontificem Max. Marcellum II), præfigitur, Florentiæ 1550, fol. Hæc editio manu Josephi Scaligeri passim notata fuit in bibliotheca Grævii. FABRIC. Exemplar, in membranis impressum, exstat Florent., in bibl. Magliabech., vid. Bandini cat. codd. Gr. Medic. I, pag. 12, et in præf. præmissa edit. *Epistolarum claror. Italorum et German.*, etc., Florent., 1759, tom. I, p. XLII, atque Hamberger Z. N. II, p. 489. In bibl. Leidensi est exemplar, cui nonnulla ascripsit Hadr. Junius. (Catal. bibl., p. 35.) HARL.

Ex recensione et cum castigationibus Frid. Sylburgii. Heidelbergæ ap. Commelin. 1592, fol.

Latine *Protrepticus* et *Pædagogus* Gentiano Herveto, et libri VIII *Stromatum* Cyriaco Strozza (25) interprete, Florent. 1551, fol., apud Laurentium Torrentinum.

*Protrepticus*, *Pædagogus* et *Stromata* (26) Gentiano Herveto, Aureliano et Ecclesiæ Remensis postea canonico, interprete, cum ejus scholiis Basil. 1556, fol., ap. Froben. et 1566, fol., Paris. 1566, 8, 1572 et 1590, fol., et denique in *Bibliotheca Patrum Lugdunensi* tom. III, a. 1677, fol., ex Dan. Heinsii recognitione, et scholiis Herveti omissis.

Græce et Latine cum Herveti versione per Dan. Heinsium recensita, notisque et castigationibus Frid. Sylburgii et Danielis Heinsii, Lugd. Bat. 1616, fol. Hæc editio cum pluribus notis mss. Davidis Blondelli fuit in bibliotheca Samuelis Gruteri ecclesiastæ Harlemensis.

Clem. Alex. *Admonitio*, *Pædagog.*, *Stromat.* Latine inter Franc. Rous *Mella Patrum*. Lond. 1630, 8, p. 149-292. HARL.

Recusa hæc editio additis Frontonis Ducæi notis, Paris. 1629, fol., et minus emendate 1641, ibid. et Coloniæ (sive Witebergæ potius), 1688, fol.

Clementem Alex. emendatissimum et auctum se habere, et in notis ad ipsum Clementem emendationes Heinsii diligenter examinaturum se olim testatus est J. Croius cap. 21 *Observatt. in Nov. Test.*, pag. 172. Sed illa Clementis editio nunquam prodiit.

In bibliotheca Jesuitica leges Clementem Alex. notis illustratum a Jacobo Deshans, S. J.; verum nec illæ notæ editæ sunt.

Plenior cæteris, cultior et ex codd. emendatior, ed. cum notis Sylburgii, Heinsii, Wilh. Lowthi aliorumque VV. DD. est a Pottero curata: qui *Protrepticum* de integro vertit, in cæteris castigavit, ad Græca interpretationem Herveti, aliaque adjecit utilia. Est autem inscripta:

Κλήμεντος — *Clementis Alex. Opera quæ exstant, recognita et illustrata per J. Potterum*, episcopum Oxoniensem. Oxonii, e theatro Sheldon. sumpt. Ge. Mortlock, bibliop. Londinens. 1715, fol. Addita sunt supplementa, a Fello Ittigioque edita, et fragmenta a Grabio collecta. Adjectus est Herveti *Comment. in Opp. Clementis. V. Acta erud.* a. 1717, pag. 97, sqq. — Recusa est illa editio Venetiis, ex typogr. Ant. Zatta, 1757, II voll. in fol. cum fragmentis novis ex Fabricio, ac *Vita* Clementis ex tomo III Adriani Baillet desumpta et Latine redita. Fabricius autem fragmenta, quæ in exemplo Potteri partim solummodo Græce exstant, partim in eo desiderantur, ex codd. mss. aut libris editis collegerat, et Gr. ac Lat. publicarat ad calcem tom. II Opp. Hippolyti ab ipso ed. pag. 66, sqq. — Fragm. sunt quoque in Gallandii *Bibl. vett. Patrum* II, pag. 153. HARL.

De scriptis Clementis Alexandrini diligentissime egit Nicolaus Nourrius libro tertio integro *Apparatus ad Bibliothecam Patrum;* nam et analysin singulorum post Abrahamum Scultetum, Eliamque Dupinium dedit pleniorem, et de doctrina ipsius atque ad varia Clementis loca observationes magno numero, et Chronographicam tabulam addidit qua Clementis supputatio cum Eusebiana et Syncelliana confertur, et de auctoribus, quos laudat Clemens, copiosius disseruit. Paris. 1703, fol. p. 622-1362. Vide etiam quæ de Clementis doctrina notavit Ittigius in selectis *Hist. eccles.* capitibus, sect. II, pag. 230, sq. FABR. His, quæ cum passim ad hoc caput, tum in Introd. in *Hist. Lat. Gr.* II, 2, pag. 209, indicavi scripta, addi possunt:

I. G. Walchii Exercitat. de Clemente Alex. ejusque erroribus, Ienæ 1757, 4, rec. in ejusdem *Mi-*

(25) Papirius Massonus *Strozzæ Vita* tom. II Elogior., p. 229: *Stromata item Clementis Alexandrini, adolescens cum esset, primus omnium Latinitate donavit.*

(26) In Gentiani versione et commentariis plura reprehendit Nourrius, quem vide *Apparatu ad Bibl. Patrum*, pag. 902 sq. [et Potterus in præf.].

*scell. sacr.* pag. 510, lib. III. — J. Fabric., in *Hist. biblioth. Fabricianæ*, I, pag. 78 sq.

Fabricius in *Delectu argumentorum . . . pro veritate relig. Christ.* pag. 58, sqq., ubi de Clemente Alex. agit, quædam addit, quæ hic repetam :

« Adversus Guil. Whistonum, qui Clementis scripta tanquam juvenilia contemnit, I. Ern. Grabius in libello posthumo *Some instances of the defects and omissions in Mr. Whistons collection of testimonies*, Londin. 1712, 8 (27), pag. 11, ostendit ex lib. I *Strom.* pag. 276, jam *χρόνου μῆκος* intercessisse, ex quo magistros suos audiverat Clemens, quos p. 274 testatur, sancte servasse beata dogmata, quæ a Petro, Jacobo, Joanne et Paulo acceperunt.

« Notas in Clementem affectas se habuisse testatus est Ægidius Menagius, in *Menagianis*, tom. I, pag. 385.

« Inter Joannis Mariæ Borzini Ord. Prædic. affecta opuscula Oldoinus in *Athenæo Ligustico* refert Logicam Clementis Alexandrini explanatam. »

J. Tribbechovii *Diss. de vita et scriptis Clementis Alexandrini*, Halæ Magdeb. 1706, 4. Hæc quidem disp. nihil novi continet; sub finem tamen (§ XXV-XXXI) bene coliguntur et recensentur nævi Clementis, primum ii qui ad philologiam, deinde ii qui ad theologiam pertinent. — Altera ejusdem J. Tribbechovii *Diss. in Clementem Alexandrinum*, eaque de philosophiæ definitione, præmissa pleniore analysi libri I *Stromatum* ex *Apparatu* Nourrii ad *Bibliothecam PP. maximam*, Halæ 1706, 4, est ad meliorem librorum atque indiciorum quorumdam Clem. intelligentiam interdum efficacior. Num Tribbechovius, quem in ultima paragrapho promisisse videtur, continuaverit laborem, equidem ignoro, et fere dubito.

J. Jortin scripsit obss. in Clement. Alex. in suis *Remarks on ecclesiastical History*, Lond. vol. II, 1751, 8, pag. 553; — vol. II, 1752, pag. 378, 401.

Jo. Chstph. Dommerichi *Progr. de λόγῳ Patrum* (præcipue Justini martyris et Clementis Alexandr.), Helmstadt. 1760, 4. De λόγῳ Clem. acute docteque Semlerus quoque disputat l. supra cit., — atque J. Ge. Arn. Oelrichs in *Comment. de vera et certa eorum qui medio secundo atque ineunte tertio sæculo floruerunt Patrum, de ratione s. relatione Filii, seu Verbi cum Patre sententia*, Gottingæ 1787, 4, p. 34, sqq.

*Darstellung der moralischen Ideen des Clemens von Alexandrien und des Tertullian. Ein Beitrag zur Geschichte der Christlichen Sittenlehre*, von Wilh. Münscher (prof. theol. Marburg.) in D. Henke *Magazin, für Religionsphilosophie, Exegese und Kirchengeschichte*, etc., tom. VI. Helmstadt. 1796, 8, nr. 6.

*D. D.* (h. e. *Josephi Wassii*) *Obss. in auctorem Titanomachiæ*, ap. Clem. Alex. laudatæ, in *Miscell. observat.* vol. IV, tom. I, pag. 72, sqq., et K. *Obss. seu conjectanea quædam in Clem. Alex. Stromatum librum* I, ibid. pag. 103 sqq. Hant.

Tho. Holzclau *Diss. de Clemente et ejus morali doctrina*, Wirceb. 1779, 8. Add. Rosenmüller, *Hist. Interpr. LL. S.*, tom. I, p. 209. Flügge, *Gesch. d. theol. Wiss.* tom. I, p. 177 sq., 343 sq.

*Supplementum Operum Clementis Alexandrini.*

Hoc cum præfatione erudita et fasciculo Miscellanearum ad Hist. ecclesiasticam spectantium observationum editum Lipsiæ 1700, 8, ab eodem præclaro doctore meo, Thoma Ittigio, complectitur (28) :

1. Librum pium et lectione in primis dignum, qui inscribitur : *Τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος; Quis dives salvetur?* Clementi hic diserte tribuitur ab Eusebio, III, 23, VI, 13, Hieronymo aliisque et Photio, qui codice CXI testatur in quibusdam exemplaribus hunc libellum fuisse loco octavi *Stromatum* libri. Unde non mirum, quod Anastasius Sinaita in psalmum VI (ap. Combefis. tom. I *Auctar. noviss.*, pag. 966), *ἐκ τινος τῶν στρωματικῶν Clementis Λόγων* afferre se ait narrationem de Joanne apostolo, juvenem perditum persequente et ad frugem reducente, quæ capite ultimo hujus libri exstat, repetiturque inde ab Eusebio III, 23, *Hist.*, et aliis quos laudavi ad Abdiam V, 3, pag. 536. Codicis apocryphi Novi Test. meminit iterum Anastasius pag. 934, ubi Clementem *τὸν ἱστορικὸν Ἀλεξανδρείας* appellat. Igitur haud dubie Clementis est, non Origenis, licet in ms. Vaticano Origenis in Jeremiam homiliis adjunctus, atque inde sub falso Origenis nomine editus sit a Mich. Ghislerio tom. III *Commentar. in Jeremiam* (Lugd. 1633, fol.), p. 262, cum versione Jo. Matthæi Caryophili. Sed in præfat. c. 7, § 4, ipse errorem Ghislerius agnovit, et Clementi vindicandum illum librum statuit, sub cujus nomine cum nova versione et notis edidit Franciscus Combefisius, nullo alio ms. codice usus, in *Auctario noviss. Bibliothecæ Patrum*, tom. I, pag. 1672, fol. Ex Combefisii editione recusus Latine in *Bibliotheca Patrum*, Lugd. a. 1677, tomo III, ac Græce et Latine cum succinctis J. Felli, Oxoniensis episcopi, scholiis, Oxon. 1683, 12, e theatro Sheldoniano, sed notis Combefisii omissis. quas suæ tamen editioni præter Felli scholia, et varias e Ghisleriana et Combefisiana lectiones, Ittigius adjunxit. Fabric. Rec. Oxon. in ed. Potteri Fellique notis subjectis textui quem excipiunt p. 961 sq. notæ Combefisii. Harl.

2. *Adumbrationes in aliquot epistolas canonicas*, ex veteri Latina versione, de qua Cassiodorus c. 8 *Institut. divinarum litterarum : In epistolis canonicis Clemens Alexandrinus presbyter, qui et Stromateus vocatur, id est, in Epistola S. Petri prima, S. Joannis prima et secunda, et Jacobi* (29) *quædam Attico* (30)

(27) Conf. Brüggemann. View., etc., pag. 373.

(28) Conf. de hoc Ittigii supplem., *Acta erud.*, Lips., a. 1700, pag. 451, sqq. Harl.

(29) In adumbrationibus quæ exstant, nullæ ad Epistolam Jacobi, sed in Epistolam Judæ leguntur. Et de Epistola Judæ meminit etiam Eusebius VI, 14; ubi Clementis *Ὑποτυπώσεις* refert.

(30) I. e. Græco.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

*sermone declaravit. Ubi multa quidem subtiliter, sed aliqua incaute locutus est: quæ nos ita transferri fecimus in Latinum, ut exclusis quibusdam offendiculis purificata doctrina ejus securior potuisset hauriri.* Clementem in *Hypotyposeon* libris etiam Epistolas catholicas interpretatum testantur Eusebius IV, 14, *Hist.* et Photius cod. CIX. Verisimile igi- est, ex illo opere (31) Cassiodorum, *Adumbrationes* hasce, quo ipso forte vocabulo Græcum Υποτυπώσεων exprimere voluit, excerpendas curasse, quas Latine Ittigius dedit post editiones in *Bibliothecis Patrum*, Paris. 1575 (tom. VI Par. 1576, fol.), 1589, 1654, et Lugd. 1677, et post editionem Oxoniensem ad calcem libri *De divite salvando* 1683, 12 (in ed. Potteri pag. 1006, sqq.).

3. *Fragmenta* Clementis Alex. a Jo. Fello collecta ex Niceta in Jobum et Corderiana in Lucam Catena, quibus alia Ittigius addidit tum ex eadem in Jobum, tum ex Nicetæ in Matthæum Catena, ex Eusebio item atque Œcumenio. His cæterisque, quæ in præfatione etiam monet adjungenda esse, adli potest fragmentum Clementis, quod exhibet Catena in Pentateuchum, Latine edita a Francisco Zephyro, p. 146, licet consimilia quodammodo legantur v *Strom.*, pag. 564: *Nomen illud mysticum quod vocant tetragrammaton, quo tantum muniebantur illi, quibus adytum pervium erat, sonat Jehovah, quod interpretatur* qui est et qui erit; *candelabrum vero, quod australem plagam adstabat altaris, septem planetas referebat, qui per meridianam regionem circumagi nobis videntur, cui terni utrinque rami consurgunt, quoniam sol quasi candelabrum mundi medius inter alios planetas divina sapientia libratus sua luce superiores lustrat et inferiores. Ad alteram partem ipsius aræ posita erat mensa, in qua panes proponebantur, quod ex ea parte cœli flatus nobis vitales et almi adspirent.* Fabr. Hæc et plura alia, a Gralio collecta, etiam id, quod Fabr. h. l. produxerat, reperiuntur in Oxon. Potteri edit. p. 1011 sqq. Editioni Venetæ Potter. ea, quæ Fabric. calci edit. suæ Hippolyti adjecerat, esse addita, supra me jam monere memini. Harl.

*Scripta Clementis deperdita.*

1. *Hypotyposeon* (32) sive compendiosarum S. Scripturæ enarrationum *libri VIII*, ex quibus petita videntur, quæ hodieque exstant, excerpta Theodoti, et Adumbrationes in aliquot Epistolas catholicas, ut jam dixi. Meminit Eusb. I, 12, II, 1, 9 et 15, et VI, 13 et 14, *Hist.*, Hieron. in *Catalogo*, c. 38, Photius cod. CIX, CXI. Fragmenta ex illis præter Eusebium locis laudatis et Œcumenium in Epistolas Pauli, servavit *Chronicon Alex.* p. 924 edit. A Cangii, S. Maximus ad Dionys. c. I *De mystica theol.*, pag. 17, et Jo. Moschus in *Prato spirituali*, cap. 176 (33), quem locum, cum laudasset Baronius ad A. C. 31, n. 40, ut probaret Petrum a Christo baptizatum esse, Richardus Montacutius lib. II *Originum eccles.* pag. 52: *En tibicinem*, inquit, *ruituro alioqui pariet! Clemens* ὁ πολυμαθής *adnotatur in partes ex* Hypotyposibus, *sed citatus a Sophronio in* Prato spirituali, *Neque enim Baronius Clementis*, credo, *vidit* Hypotyposes. *Certe magnus auctor Clemens, licet nimis interdum credulus apocrypticis narrationibus et rumoribus ab incerta traditione. Secundo criticorum quidam nominatissimi opus illud* Hypotyposeon *non lectum sibi visum* (*sed* περὶ παντὸς ὄντος καὶ μὴ ὄντος *judicant critici*) *devocant in quæstionem. Quod si exstaret, multiplici procul dubio doctrina, ut ille alter* λόγος στρωματεὺς *nos recrearet. Sed an ille antiquissimus et eruditissimus Pater tale aliquid retulerit in* Hypotyposibus, *tum tandem intelligemus, cum Patres Societatis qua summa pollent gratia et auctoritate apud hodiernum patriarcham Alexandrinum, illud opus tessellatum in usum publicum Ecclesiæ impetraverint. Scribebat enim aliquando doctissimus Fronto litteris ad clarissimum Savilium missis, apud illum patriarcham librum hunc exstare.*

2. Σύγγραμμα Κλήμεντος τοῦ Στρωματέως εἰς τὸν προφήτην Ἀμώς memorat Palladius in *Historia Lausiaca*, pag. 147 edit. Meursii.

3. Περὶ προνοίας, ex quo fragmenta apud S. Maximum tom. II Opp., pag. 144, 152, itemque aliud ex mss. Reg. apud Nourrium, pag. 1336 sq. *Apparatus ad Bibl. Patrum.* Fragmentum insigne ex Clem. Alexandr. libro I προνοίας exstat apud Anastas. Sinaitam quæst. XCVI. Fabr. — Frag. in Pott. edit. pag. 1016, sq., — et in append. Fabr. in edit. Veneta. In cod. Laurent. Med. esse excerpta ex Clem. sermone *De providentia*, ex Bandin. I, pag. 402, supra jam adnotavimus. Harl.

4. Περὶ τοῦ Πάσχα σύγγραμμα. Euseb. IV, 26, VI, 13; Hier. *De script. eccles.*, c. 38; Phot. cod. III. Fragmenta in *Chronico Alex.*, pag. 7 edit. Cangii. Et in Petavii *Uranologio*, pag. 214. In hoc libro testatus, Eusebio teste, fuit Clemens, se a fratribus adactum ad scripto consignandas παραδόσεις, quas ab antiquioribus presbyteris acceperat. Per has nolim Constitutionum apostolicarum opus intelligere cum doctissimo Beveregio; sed illud ipsum de Paschate opus, in quo traditiones antiquiorum de hoc argumento exposuerat. [Fragm. in Potter. edit. pag. 1017.]

5. Διαλέξεις περὶ νηστείας. Hieron. *De jejunio*

(31) Levia sunt, quæ conjecturæ huic opponit Nourrius, pag. 1320.

(32) De hoc vocabulo, quod brevem et succinctam (quæ compendio et ὡς ἐν τύπῳ fit) expositionem significat, dixi ad Sexti Empirici libros Hypotyposeon Pyrrhoniarum.

(33) Fragmenta V. in præf. Ittigii ad suum Supplement. et edit. Potter. Oxon., pag. 1014 sqq., et pag. 1023. — Jacturam *Hypotyposeon* valde dolet Semler, l. c., pag. 155. Conf. Jo. Franc. Buddei, *Isagoge ad universam theologiam*, pag. 345. Harl.

*disceptatio*, quasi legisset διάλεξις, non διαλέξεις. Apud Photium tantum est *Περὶ νηστείας*.

6. *Περὶ καταλαλίας*. Hieron. *De obtrectatione, liber unus*. Phot. *Περὶ κακολογίας*. [Vid. fragm. in Pott. ed. pag. 1020, sq.]

7. *Προτρεπτικὸς εἰς ὑπομονήν, ἢ πρὸς τοὺς νεωστὶ βεβαπτισμένους*. Euseb. VI, 13, *Histor.*

8. *Κανὼν ἐκκλησιαστικὸς, ἢ πρὸς τοὺς Ἰουδαΐζοντας*. Hieron. *De canonibus ecclesiasticis et adversus eos qui Judæorum sequuntur errorem, liber unus, quem proprie Alexandro, Hierosolymorum episcopo, προσεχώρησε*. Canonum apostolicorum collectionem, quæ hodie exstat, per hoc opus ab Eusebio et Hieronymo innui, non crediderim. Sane Photius, qui mox lectos a se canones apostolorum cod. CXII commemorat, Clementis, Romani, sub nomine, inter ea, quæ a Clemente Alex. scripta non ipse legit, sed memorari tantum ab aliis meminit cod. CXI, referi *Περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν κατὰ τῶν ἀκολουθούντων τῇ τῶν Ἰουδαίων πλάνῃ*. Atque unius, non duorum scriptorum hunc esse titulum, Eusebius et Hieron. dubitare nos haud sinunt. Fragmentum Clementis *Ἐκ τοῦ κατὰ Ἰουδαΐζόντων* servatum in Nicephori *CPol. Antirrheticis* mss. Græce et Latine edidit Nourrius p. 1334, *Apparat.* [et in Fabr. append. in ed. Pott. Veneta, circ. fin.].

9. *Ὅροι διάφοροι*. Jo. Veccus de processione Spiritus S., apud Allatium in *Græcia orthodoxa*, tom. I, pag. 248: *Ἀλλὰ καὶ ὁ Κλήμης ὁ Στρωματεὺς ἐν οἷς συνέθετο διαφόροις ὅροις ὥστε παντὸς εὐσεβοῦς δόγματος προηγεῖσθαι αὐτοὺς τῷ βουλομένῳ Θεολογίαν μετιέναι, ὁριζόμενος τί πνεῦμα, καὶ ὁσαχῶς λέγεται πνεῦμα, φησί· Πνεῦμα μέν ἐστι λεπτὴ καὶ ἄϋλος καὶ ἀσχημάτιστος ἐκπορευτικὴ ὕπαρξις*. [In append. Fabric. in edit. Veneta.]

10. Plura scripta sua sive memorat sive promittit Clemens ipse (34), ut *De principiis*, Strom. III, p. 431: *Ἀλλὰ πρὸς μὲν τούτους (Μαρκιωνιστάς) ἐκόν' ἂν τὸν Περὶ ἀρχῶν διαλαμβάνωμεν λόγον, ἀκριβέστατα διαλεξώμεθα*. Libro, *Quis dives salvetur?* § 26, *ὅπερ ἐν τῇ ἀρχῶν καὶ θεολογίας ἐξηγήσει μυστήριον τοῦ Σωτῆρος ὑπάρχει μαθεῖν*. Iterum meminit hujus tractationis, III *Strom.*, pag. 434: *Ἐπειδὰν δὲ περὶ τῶν ἀρχῶν διαλαμβάνωμεν*, etc. Hic est *ἀρχικὸς λόγος*, de uno Deo, qui per legem et prophetas atque Evangelium prædicatur, quem promittit, *Strom.* IV, pag. 510, licet jam de hoc argumenta quædam dixisset III, pag. 457, seq.

*De prophetia*. Strom. V, pag. 531: *Καὶ ὅτι ποτέ ἐστι τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἐν τοῖς Περὶ προφητείας καὶ τοῖς Περὶ ψυχῆς ἐπιδειχθήσεται ἡμῖν*. Adde IV, pag. 511.

*De membris et affectibus, quando de Deo dicuntur, allegorice interpretandis*, Strom. VI, pag. 580: *Ἀλληγορεῖσθαι δέ τινα ἐκ τούτων τῶν ὀνομάτων, ὁσιώτερον, ἃ δὴ καὶ προϊόντος τοῦ λόγου κατὰ τὸν οἰκεῖον καιρὸν διασαφήσομεν*.

*De angelis*. Strom. VI, pag. 631: *Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν τῷ Περὶ ἀγγέλων λόγῳ προϊούσης τῆς γραφῆς κατὰ καιρὸν διαλεξώμεθα*.

*De diabolo*. Strom. IV, pag. 507: *Ἀλλὰ πρὸς μὲν τὰ δόγματα ἐκεῖνα εἰ μετενσωματοῦται ἡ ψυχὴ, καὶ περὶ τοῦ διαβόλου κατὰ τοὺς οἰκείους λεχθήσεται καιρούς*.

*Περὶ γενέσεως κόσμου*. Strom. VI, pag. 698; *Περὶ τῆς ἀνθρώπου γενέσεως*, Strom. III, p. 466. Hinc Eusebius *De Clemente*, VI, 13, *Hist.*: *Ὑπισχνεῖται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ εἰς τὴν γένεσιν ὑπομνηματιεῖσθαι*.

*De Ecclesiæ unitate et excellentia*, Strom. VII, pag. 765: *Ἀλλὰ καὶ ἡ ἐξοχὴ τῆς Ἐκκλησίας καθάπερ ἡ ἀρχὴ τῆς συστάσεως κατὰ τὴν μονάδα ἐστὶν, πάντα τὰ ἄλλα ὑπερβάλλουσα καὶ μηδὲν ἔχουσα ἔμπιον ἢ ἴσον ἑαυτῇ. Ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον*.

*De officiis episcoporum, presbyterorum, diaconorum et viduarum* videtur promittere se alio opere acturum III, ult. *Pædagogi*, pag. 265.

*De anima ἐπηνίκα ἂν περὶ ψυχῆς διαλαμβάνωμεν*, Strom. III, pag. 432. Adde IV, p. 591. [Fragm. Potter. pag. 1020.]

*De resurrectione*, *Pædagog.* II, 20, pag. 199: *Ὡς ἐν τῷ Περὶ ἀναστάσεως διὰ πλειόνων δηλωθήσεται*, et lib. I, c. 6, p. 104: *Ἀλλὰ γὰρ αὖθις ἡμῖν σαφέστερον τοῦτο ἐν τῷ Περὶ ἀναστάσεως δηλωθήσεται*.

*De nuptiis, ἐν τῷ γαμικῷ διέξιμεν λόγῳ*. *Pædagog.* III, 8, p. 237. Nisi forte respicit, quæ II, 10, *Pædagogi* de illo argumento, aut tertio *Stromatum* disseruit. [Fragment. Potter. pag. 1022.]

*De continentia, καὶ τοῦτο ἐν τῷ περὶ ἐγκρατείας ἡμῖν δεδήλωται*, *Pædagogi*, II, 10, p. 193. In eodem forte λόγῳ disputaverat de eo, quid vere sit turpe et obscenum, quod II, 6, *Pædagogi*, p. 169, testatur se fecisse: *Διειλήφαμεν δὲ βαθυτέρῳ λόγῳ ὡς ἄρα οὔτε ἐν ὀνόμασιν, οὐδὲ μὴν ἐν τοῖς συνουσιαστικοῖς μορίοις καὶ τῇ κατὰ γάμον συμπλοκῇ ἡ τοῦ ὄντως αἰσχροῦ προσηγορία τάττεται*. Videtur itidem librum tertium *Stromatum* innuere, in quo pag. 434, diserte: *Ὁ δὲ περὶ ἐγκρατείας ἡμῖν προϊσέτω λόγος*.

*Adversus hæreses*, Strom. IV, pag. 510, ubi se unum Deum adversus illas demonstraturum promittit. Contra philosophorum sententias de summo bono, II *Strom.*, pag. 419. Contra hæreticorum γνῶσιν profanam, VII *Strom.*, pag. 722. Sed forte non peculiares hi libri fuerunt, verum ut in *Stromatis* passim facit, ita et in *Hypotyposibus* hæreticos illos et philosophos oppugnare potuit.

(34) Confer Nourrium, pag. 1337 seq. [et indicem scriptorum a Clem. Alex. citatorum].

# LECTORI S.

(Ed. Oxon. 1715.)

*Cum mihi semper in votis fuerit, primo ut Christianæ Ecclesiæ, deinde ut Reipublicæ litterariæ pro viribus inservirem; non posse videbar horas illas, quæ cum e Regii S. theologiæ professoris munere, tum a reliquis, quæ mihi incumbunt, curis ac negotiis vacabant, cuipiam alii studio vel jucundius vel utilius impendere, quam emendandis, explicandis, publicique juris faciendis Clementis Alexandrini, antiquissimi doctissimique Patris, operibus, quæ supersunt.*

*Prima igitur cura fuit ut auctorem ipsum, quam fieri potuit, integrum et emaculatum exhiberem. Quo fine non solum impressos codices universos evolvi, in quibus, si Victorianum et Sylburgianum excipiamus, nihil fere accurati est; sed etiam manuscripta, quæcunque reperire potui, exemplaria diligenter perlegi, et perlecta cum editis contuli. Porro* Cohortationem ad Græcos *manuscriptam, una cum duobus* Pædagogi *libris posterioribus, eorumdemque nonnullis fragmentis, suppeditavit Novi apud Oxonienses Collegii bibliotheca. Trium* Pædagogi *librorum codicem unum Bodleii, et huic in omnibus fere concordem alterum præbuit augustissimi regis nostri Bibliotheca. Ad insignes illas Clementis nostri periochas pristinæ sanitati restituendas, quas operi* De præparatione evangelica *inseruit Eusebius, non leve adjumentum attulerunt libri ejus impressi, manuscriptumque exemplar, quod apud nos in Collegio D. Joannis Baptistæ asservatur. Veterum exemplarium inopiæ remedium non raro attulerunt antiquorum scriptorum libri, Platonis præsertim ac Philonis Judæi, e quorum posteriori non breves tantum sententias, sed integras etiam paginas, nonnullis omissis, aliis mutatis vel in epitomen redactis, prout instituto suo optime conveniebat, idque celato nonnunquam auctoris nomine, in* Στρωματεῖς *suos Clemens transtulit. Scriptum* Stromatum *exemplar nullum oculis meis perlustrare hactenus licuit. Verum hoc me, cum infortunio, tum onere levavit vir clarissimus Bernardus Montefalconius, qui pro acerrimo, quo semper ardet, humaniores litteras promovendi studio variantes lectiones non solum ex Ottoboniano, qui eorum prolixiora quædam fragmenta, sed ex Parisiensi etiam codice, qui integrum* Stromatum *opus complectitur, accurate descriptas ad me transmisit; quas, cum paulo serius advectæ non antea ad manus meas pervenerunt, quam priores quatuor libri, cum quinti principio, e prælo evasissent, ad calcem operis simul exhibendas curavi.*

*S. Scripturæ, necnon aliorum veterum librorum vocibus a Clementis nostri verbis distinguendis, quod nemo hactenus satis accurate præstitit, non parvus quidem labor, verum ei, qui auctorem hunc explicandum susciperet, in primis necessarius, impendendus fuit. Latinam vero versionem, seu novam concinnare, seu veterem emendare, majoris adhuc operis res erat. Nam Herveti interpretatio, quæ in hominum manibus ut plurimum versatur et posteriorum Clementis Editionum comes est individua, licet a doctis antehac viris in melius sæpe mutata; adhuc tamen in multis ab auctoris mente adeo aliena, in aliis manca et imperfecta, in quamplurimis ambigua et obscura est, ut sæpe in ipso Clemente nihil magis quam Clementem desideres, nec raro Latina potius a Græcis, quam hæc ab illis lucem exspectent; et qui hanc denique, prout res exigit, corrigendam susciperet, Augæ plane stabulum purgare videretur. Proinde* Cohortationem ad Græcos *ex Græca Latinam iterum fecimus, ad* Pædagogi *forsan ac* Stromatum *etiam libros progressuri, nisi alia nos studia, quæ diutius intermittere haud licuit, eo tandem compulissent, ut de Herveto potius ad Græcum textum accommodando deinceps cogitaremus; qui, prout nunc apparet, etiamsi parum elegans et ornatus, in plerisque tamen, uti spes est, haud plane infidus habebitur Clementis interpres.*

*Græco ac Latino textui Sylburgii, Heinsii, aliorumque doctorum virorum Notas adjunximus, quas libri antehac editi, cum a se invicem, tum ab ipso etiam auctore nimium remotas in calce totius operis exhibentes, ingratas studiosis lectoribus moras injiciunt. His alias immiscuimus e philologicis hujus ac proxime superioris sæculi scriptoribus a nobismetipsis undique excerptas. In margine codicis sui, quem mihi, cum ad quartum* Stromatum *librum pervenissem, moriens legavit, nonnulla adnotaverat Grabius ὁ μακαρίτης. Post nullum vero mihi memorandus est W. Lowthius, Ecclesiæ cathedralis Winton. præbendarius dignissimus; qui non solum perpetuas fere in Clementem notas ultro mihi obtulit, sed etiam* Cohortationem ad Græcos, *et octo* Stromatum *libros pro diversa materiæ, qua constant, ratione, quatenus fieri potuit, in capita redegit. Hæc autem infra, propriis auctorum nominibus distincta, et suis quæque locis disposita, reperientur. Alios præterea rogavi amicos doctosque viros, ut symbolas suas conferrent; omnibus, qui ad auctorem nostrum illustrandum emendandumve aliquid tribuissent, gratias, quas possem, maximas habiturus. Utrum his usibus quadantenus inservire poterint, quæ nos e tenui nostro penu deprompsimus, æquus lector facile judicabit. Hæc porro excipiunt quæ de Clemente ejusque scriptis collegit vir clarissimus Joannes*

*Albertus Fabricius, una cum auctorum, quos laudavit Clemens, Indice locupletissimo; cui nos alterum adjecimus, qui S. Scripturæ sententias ab eo adductas monstraret. Sequitur Herveti* Commentarius; *ne quid eorum, quæ reliquæ Clementis editiones exhibent, in hac nostra desideretur. Agmen claudunt Indices duo, rerum prior, verborum posterior; quos maxima quidem ex parte Sylburgio debemus. Postremo, cum editionem Sylburgianam ac Parisienses duas in manibus doctorum præcipue fuisse viderem, harum paginas in Græci textus, illius vero in Latini margine curavi perpetuo describendas.*

*Hæc præcipue sunt, amice Lector, quæ de hac nostra Clementis Alexandrini editione admonitum te vellem. Quod si ea paulo quam expectaveras serius prodeat, vel si publici nunc juris facta votis tuis minus respondeat, id aliqua saltem ex parte oculorum meorum imbecillitati imputes, rogo; quæ cum in* Pædagogo *versantem primo invasisset, adeo tandem invaluit quinto* Stromatum *libro sub prælo sudante, ut alienis multo plus quam propriis deinceps fidere dura me, sed prorsus ineluctabilis, necessitas coqeret. Quod si quam tibi seu voluptatem seu utilitatem hi nostri labores attulerint, hanc vicem reddere ne dedigneris, ut Deo nos Opt-Max. precibus tuis commendes. Vale:*

Dabam Londini, XIII Kal. Septemb. A. D. MDCCXV.

---

*Lipsiæ* 1831-34 *prodiit, sed Græce tantum, nova Clementis Operum editio, curante Reinholdo Klotz, phil. doct.* (*a*). *Quid in hac recensione præstiterit editor, ipse in præfationibus suis sic explicat :*

## PRÆFATIO TOMI I.

Carolus Ernestus Richterus vir clarissimus, is qui Bibliothecam hanc sacram ante paucos hos annos edere cœpit, cum qua me est amicitia complexus, a me petisset, ut quemadmodum ipse Josephi et Philonis Judæorum opera edidisset, ita ego Clementis Alexandrini scripta edenda curarem; quanquam me non præteribat quam operosum hoc esset quamque difficile negotium, non tamen putavi operam meam quantulamcunque roganti amico ac pene postulanti recusandam esse ac deprecandam : quam ob causam si quid cui vires meæ haudquaquam pares esse videantur susceperim, id magis facilitate mea, qua amicorum voluntati semper putavi esse inserviendum, quam alia ulla culpa mea contigit.

Neque vero eæ mihi præscriptæ erant leges, ut aut novis libris anquirendis aut aliis adjumentis criticis undique conquirendis novam horum scriptorum recensionem instituerem, sed ut quæ optima haberetur editio, eam litteris mandarem, ac si quid aperte peccatum deprehendissem, id corrigerem atque emendarem : qua ego in re si quando plus quam receperam præstare conatus sum et quavis fere pagina ab iis, qui ante me orationem Clementis constituerant, discedendum esse duxi, id ut ferret et res ipsa flagitabat et a multis me spero hoc nomine, quod ultro exsolvi, bonam gratiam inivisse : ea enim huic scriptori cecidit sors, ut cum a Friderico Sylburgio discesserit, qui majorem et utiliorem in eo operam ponere aut posset aut vellet, editorem invenerit neminem. Namque Joannes Potterus, qui superiore sæculo ineunte scripta Clementis edidit, etsi ita optime est de eis meritus, quod libros scriptos diligenter accurateque contulit; non proinde tamen ac libri postulabant optimi locos corruptos emendare ausus est atque conformare. Itaque sæpe accidit, ut scriptura ea, quam et libri tuerentur et ipse duceret probandam, in adnotatione duntaxat locum obtineret : aperta librariorum menda non tollerentur. Sylburgius contra quanquam præter editionem P. Victori uno libro Palatino usus est, multa tamen ab eo sunt emendata vitia et omnis cura atque opera in singulis universisque expoliendis posita.

Quod cum ita sit, non spero futurum, ut quisquam hac de re mecum dissentiat, quod Sylburgii editionem malui quam Potteri sequi, ita ut hanc cum illa diligenter conferrem et si quid a recentioribus criticis sive ex libris sive de conjectura rectius constitutum vidissem asciscerem, qua in re quod quantumque unicuique debeatur : dicetur eo volumine, quod criticam adnotationem continebit.

Tum in emendandis his Clementis libris usus sum scholiis Parisinis nondum editis, quæ editioni nostræ adjicientur.

Deinde præter quam quod quæ viri docti hic illic de Clementis locis præceperant, studiose collegi et sicubi usus iis erat, in meam rem converti, etiam ea, quæ Villoisonius in *Epistolis Vinariensibus* inde a pag. 92-97, de locis quibusdam Clementis scripta e bibliotheca Vinariensi foras dedit, excussi. In his vero virorum doctorum adnotationibus etsi nonnulla ita erant declarata, ut et assensum meum tulerint nec ego dubitaverim quam proposuerunt scripturam recipere; multa tamen esse cognovi ita comparata, ut qui caute criticum agat, aut in dubitationem vocare ea debeat aut plane rejicere. Itaque quos locos viri docti pro corruptissimis habuerunt multos, eos ego mihi videor aut mutata interpunctione aut faciliore quadam medicina quam quæ istorum fuit persanavisse. Cujus rei quamvis permulta possim exempla edere, id tamen tum declarabitur, cum id agemus.

Quod ad libros scriptos attinet, antistare cæteris videtur ille liber, qui asservatur in bibliotheca novi apud Oxonienses Collegii, qui tamen præter *Cohortationem ad Græcos* duo tantum posteriores *Pædagogi* libros continet. Eum potissimum his in libris sequendum existimavi. Præter enim quam quod plerumque meliores exhibuit scripturas, deteriores sprevit, interdum singula vel plura etiam supplevit verba, quæ librariorum negligentia in aliis libris videmus esse omissa, ut *Protrept.*, § 2, p. 3, ed. Pott., hæc verba : *Καὶ τῶν δραμάτων οἱ ὑποκριταὶ θυμελῆς θεάματα*, quæ quin ab ipso Clemente profecta sint non potest esse dubium. *Ibid.*, § 11, p. 11, ed. Pott., hæc verba ex eo adjicienda duxi : *Καὶ πλάνης ἀκράτου κυβευτήρια*. Est enim boni critici non solum quæ merito sunt suspecta rejicere, verum etiam si quid librariorum incuria amissum sit, id quantum in se est reprehendere.

Versus quos multos laudat Clemens ita studui constituere, ut exceptis paucis quos aperte viderem esse depravatos, et metro et sententiæ poetæ satis facerem, præsertim cum in adnotatione critica quæ in libris esset scriptura essem indicaturus. Alii sic erant cum Clementis oratione conjuncti, ut separari

(*a*) *Bibliotheca sacra Patrum Ecclesiæ Græcorum. Titi Flavii Clementis Alexandrini Opera omnia Recognovit Reinholdus* Klotz Lipsiæ, 1830-34, sumptibus E. B. Schwickerti, in-12, vol. 1-4.

et disponi non possent. Ita *Pædagog.*, lib. II, § 109, p. 235, ed. Pott. τί γὰρ ῥόριμον γυναῖκες ἐργάσαιντο intacta reliqui, quoniam his Clemens pro suis usus est, quanquam paulo post *Pædagog.*, lib. III, § 7, p. 254, ed. Pott., versum eum, quem fecit Aristophanes, recte sic scriptum habet:

*Τί γὰρ γυναῖκες ῥόριμον ἐργασαίμεθα....*

Itemque *Pædag.*, lib. II, § 25, p. 181 sq., ed. Pott. hæc verba sicut vulgo legebantur edidi: *Ὧν ἐστὶ τὸ ζῆν οὐδὲν ἄλλ' ἢ κῶμος, κραιπάλη, βαλανεῖα, ἄκρατος, ἀμίδες, ἀργία, πότος*, in quibus ut concedam Clementem ante oculos habuisse comici poetæ versum, non tamen queo neque Marklandi probare rationem, qui *Explicat. vet. auct.*, p. 247, sic hæc verba scribi voluit:

*Ὧν ἐστὶ τὸ ζῆν οὐδὲν ἄλλ' ἢ κραιπάλη,*
*Κῶμος, βαλανεῖ', ἄκρατος, ἀμίδες, ἀργία,*
*Πότος,*

neque cum Porsono facere, qui *Adversar.*, p. 300 sq., hos voluit esse versus:

*Ὧν ἐστὶ τὸ ζῆν οὐδὲν ἄλλ' ἢ κραιπάλη,*
*Βαλανεῖ', ἄκρατος, ἀμίδες, ἀργία, πότος.*

Ac primum quidem verba ista *ὧν ἐστὶ τὸ ζῆν οὐδὲν ἄλλ' ἢ* — aperte videntur esse Clementis, ut *Pædag.*, lib. II, § 1, p. 163, ed. Pott., ubi hæc verba leguntur: *Οἷς οὐδὲν ἄλλ' ἢ γαστήρ ἐστιν ὁ βίος*, quæ nihil habent cum versu commune: tum in Porsoni ratione, qui verbum *κῶμος* ab librariis illatum sit intelligi non potest, nisi forte ex eo exstitisse ais, quod ascriptum fuerit, *ὁ κωμικὸς φησιν*.

Quemadmodum igitur his in locis malui librorum auctoritati morem gerere, quam cum incerta et verisimilia consectarer, a regula severæ critices declinare, ita alibi non dubitavi conjecturis tantum tribuere, ut libris postbabitis eas recipere auderem. Quod quanquam pluribus locis factum est, unum tamen satis habeo afferre, ubi certam quamdam conjecturam meam incertæ atque haud scio an absurdæ omnium librorum scripturæ anteferendam esse arbitratus sum. *Pædag.*, lib. III, § 49, p. 283, ed. Pott., ubi hæc verba sunt in libris: *Ἔτι δὲ αὐτουργικῶς προκομίζειν χρὴ ἐκ τοῦ ταμείου τὰς γυναῖκας ὧν δεόμεθα, καὶ τῷ μύλῳ προσελθεῖν οὐκ αἰσχρὸν αὐτάς· οὐδὲ μὴν περὶ τὸ ὕψος ἀσχολεῖσθαι, ὅπως θυμῆρες ᾖ τἀνδρὶ, ὀρειδος οἰκουρῷ γαμετῇ καὶ βοηθῷ*, ubi cum alius *περὶ τὸ ἔψειν* conjecisset esse scribendum, alius *περὶ τὸ ὕψος*, utrumque Sylburgius recte reprobavit, quod alterum supra commemorari diceret, alterum post esse dictum, in eo tamen falsus, ut opinio mea fert, quod librorum scripturam quodam modo posse explicari ratus est: quod quam parum ei successerit tacendum arbitror. Illud dico qui diligenter Homerum lectitaverit cognitumque habeat Clementis studium hæc egregia carmina quotiescunque occasio data est in usum suum transferendi, eum non dubitaturum quin recte hæc verba a me sic sint scripta: *Οὐδὲ μὴν περὶ τὸ ὕδωρ ἀσχολεῖσθαι, ὅπως θυμῆρες ᾖ τἀνδρὶ, ὀρειδος οἰκουρῷ γαμετῇ καὶ βοηθῷ*· poeta enim præclare hoc mulieris officium *Odyss. Κ*, v. 358 sqq., his verbis descripsit:

*Ἡ δὲ τετάρτη ὕδωρ ἐφόρει, καὶ πῦρ ἀνέκαιεν*
*Πολλὸν ὑπὸ τριπόδι μεγάλῳ· λαΐνετο δ' ὕδωρ.*
*Αὐτὰρ ἐπειδὴ ζέσσεν ὕδωρ ἐνὶ ἤροπι χαλκῷ,*
*Ἐς ῥ' ἀσάμινθον ἔσασα, λό' ἐκ τρίποδος μεγάλοιο,*
*Θυμῆρες κεράσασα, κατὰ κρατός τε καὶ ὤμων,*
*Ὄφρα μοι ἐκ κάματον θυμοφθόρον εἵλετο γυίων,*

ubi quemadmodum hunc versum:

*Θυμῆρες κεράσασα κατὰ κρατός τε καὶ ὤμων,*

rectius quam Fr. A. Wolfius fecit interpunxi, ita *Iliad O*, v. 170 sq. videtur esse scribendum:

*Πανσάμενόν σε κέλευσε μάχης ἠδὲ πτολέμοιο*
*Ἔρχεσθαι μετὰ φῦλα θεῶν, ἢ εἰς ἅλα δῖαν,*

pro eo quod idem Wolfius edidit *κανσάμενόν σ' ἐκέλευσε*. Cf. *Iliad. B*, v. 28 et 65.

*Θωρῆξαί σε κέλευσε καρηκομόωντας Ἀχαιούς,*
*Πανσυδίῃ.*

et *Ω*, 175.

*Λύσασθαί σε κέλευσεν Ὀλύμπιος Ἑκτοραδῖον.*

In isto vero Clementis loco vel verbum *θυμῆρες* satis arguit esse scribenti Homeri versum ante oculos obversatum. Quapropter apud peritos judices nulla debebit esse de conjectura mea dubitatio.

## PRÆFATIO TOMI II.

Etsi in præfatione quam ad primum Clementis volumen adjunxi satis est explicatum quid in hac editione adornanda secutus sim, tamen videtur de his quoque *Stromatorum* libris breviter dicendum, ne quæ ego tum de iis potissimum libris qui volumine primo continentur dixeram, ea de his quoque libris dicta esse videantur. Horum enim librorum longe alia est ratio atque illorum. Cum enim plures libri manu scripti iique auctoritate admodum diversa istos libros contineant, Stromata nobis videntur uno tantum codice, sed eo satis antiquo servata esse, ex quo primum fluxit editio Florentina quæ plerumque manifestis vitiis vix exceptis antiquissimi istius libri scripturam exhibet. Hinc Fr. Sylburgius prudenter editionem ita derivavit suam ut librariorum menda, quantum in se esset tolleret, cum non celaret quibus locis ab editione principe discedendum fuisset. Ex hujus editione cæteræ emanarunt, quarum alia est alia vitiosior. Una tamen paulo melior, eam dico quam J. Potterus edendam curavit, quanquam is quoque pleraque vitia in suam editionem recepit, id quod eo debet videri mirabilius, quod collationem libri Parisini habebat unde p:terat discere quid falso quid recte fecissent critici. Nam ille liber sive est idem quo P. Victorius usus erat in editione Florentina curanda, sive alius, ex eodem tamen fonte est derivatus, habet easdem lacunas quam editio princeps, habet eamdem Clementis orationem, habet eadem librariorum vitia aperta pariter atque lectiora, ita ut ejus collatio quæ est ad editionem Potterianam adjuncta nullam fere aliam diversitatem contineat nisi ubi editores imperitissimi artis criticæ sine ullo judicio a Victori vel Sylburgii editione discesserant, paucis exceptis locis ubi aut ex aliorum scriptorum auctoritate aut ex doctorum hominum conjectura aliquid mutatum est: id recte a me dici satis superque ex adnotationibus quas ultimo volumini adjiciam criticis patebit. Quam ob causam nolo hic exempla quæ pene sunt innumerabilia turpissimorum errorum ascribere. Illud dico me editionem Sylburgii quam etiam olim dicebam esse sequendam ita litteris mandasse, ut cum libro Parisino cujus accuratam collationem Potterus exhibuit, conferrem et quæ alii critici præstitissent antiquiora ex editionis Potterianæ fide acciperem, recentiora ex hominum doctorum commentariis colligerem, in qua re quid ab aliis acceperim, quid ipse exantlaverim patebit ex adnotatione critica. Illud tamen hic quoque debeo profiteri me nec voluisse nec potuisse nunc novam horum librorum recensionem instituere, accuratam me recognitionem, suscepisse peritus nemo negabit. Postremo hoc mihi videtur adnotandum, editionem Sylburgianam editam esse a. 1592. Video enim multos, in quibus etiam eos quos non putabam his in rebus posse falli, editiones eas quæ Sylburgio plane indignæ sunt, tanquam Sylburgii laudare, uti Parisiensem et Coloniensem, ita ut eum sæpe Sylburgianæ paginæ numerum citatum viderim ad quem nunquam accessit Sylburgii editio quæ edita est *ex typographeio Hieronymi Commelini* CIↃIↃXCII, et constat paginis 386.

# VETERUM TESTIMONIA.

*Eusebius, Ecclesiast. Histor. lib.* IV, *cap.* 26.

Τούτου δὲ τοῦ λόγου μέμνηται Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν ἰδίῳ Περὶ τοῦ Πάσχα λόγῳ, ὃν ἐξ αἰτίας τῆς τοῦ Μελίτωνος γραφῆς φησὶν ἑαυτὸν συντάξαι.

A Hujus autem libri mentionem facit Clemens Alexandrinus in opere suo De Paschate; quod quidem ut conscriberet, Melitonis librum causam sibi præbuisse testatur.

*Idem, ibid. lib.* V, *cap.* 11.

Κατὰ τοῦτον (τὸν Πάνταινον) ταῖς θείαις γραφαῖς συνασκούμενος ἐπ' Ἀλεξανδρείας ἐγνωρίζετο Κλήμης, ὁμώνυμος τῷ πάλαι τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἡγησαμένῳ ποιητῇ τῶν ἀποστόλων· ὃς δὴ καὶ ὀνομαστὶ ἐν αἷς συνέταξεν Ὑποτυπώσεσιν, ὡς ἂν διδασκάλου τοῦ Πανταίνου μέμνηται. Τοῦτον δὲ αὐτὸν καὶ τῶν Στρωματέων ἐν πρώτῳ συγγράμματι αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ, ὅτε τοὺς ἐμφανεστέρους ἧς κατέλιφεν ἀποστολικῆς διαδοχῆς ἐπισημαινόμενος, ταῦτά φησιν· Ἤδη δὲ οὐ γραφὴ εἰς ἐπίδειξιν τετιχνασμένη ἥδε ἡ πραγματεία· ἀλλά μοι ὑπομνήματα εἰς γῆρας θησαυρίζεται, λήθης φάρμακον, εἴδωλον ἀτιχνῶς καὶ σκιαγραφία τῶν ἐναργῶν καὶ ἐμψύχων ἐκείνων ὧν κατηξιώθην ἀκοῦσαι λόγων τε καὶ ἀνδρῶν μακαρίων καὶ τῷ ὄντι ἀξιολόγων. Τούτων ὁ μὲν, ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος, ὁ Ἰωνικός· ὁ δὲ, ἐπὶ τῆς μεγάλης Ἑλλάδος· τῆς κοίλης ἕτερος αὐτῶν Συρίας ἦν· ὁ δὲ, ἀπ' Αἰγύπτου· ἄλλοι δὲ, ἀνὰ τὴν Ἀνατολήν· καὶ ταύτης ὁ μέν τις, τῶν Ἀσσυρίων· ὁ δὲ, ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, Ἑβραῖος ἀνέκαθεν. Ὑστάτῳ δὲ περιτυχών· δυνάμει δὲ ἄρα πρῶτος ἦν· ἀναπαυσάμην ἐν Αἰγύπτῳ θηράσας λεληθότα. Ἀλλ' οἱ μὲν, τὴν ἀληθῆ τῆς μακαρίας διδασκαλίας σώζοντες παράδοσιν, εὐθὺς ἀπὸ Πέτρου τε καὶ Ἰακώβου, Ἰωάννου τε καὶ Παύλου τῶν ἁγίων ἀποστόλων, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεξάμενος· ὀλίγοι δὲ οἱ πατράσιν ὅμοιοι· ἦκον δὴ σὺν Θεῷ καὶ εἰς ἡμᾶς τὰ προγονικὰ ἐκεῖνα καὶ ἀποστολικὰ κατασθησόμενοι σπέρματα.

Clemens gentilis illius Clementis, qui apostolorum discipulus erat, ac Romanorum olim rexerat Ecclesiam, temporibus Pantæni, cujus opera in sacris litteris educatus, multumque exercitatus erat, Alexandriæ hominum fama et commemoratione multum nobilitatus est; qui quidem in libris Ὑποτυπώσεων ab ipso compositis, nominatim præceptoris sui Pantæni mentionem facit. Quem etiam in primo libro *Stromatum* videtur innuisse, ubi certos quosdam viros apostolica doctrina (quam ipse ab illis acceperat) cum primis eximios recenset, B his verbis : Istud a me jam institutum opus non est certe opus artificiose ad inanem ostentationem elaboratum, sed tanquam commentarius ad oblivionis morbum curandum in summam senectutem repositus, simulacrum plane et adumbratio non modo efficacis illius et plenæ spiritu ac vita doctrinæ quam mihi concessum est audire; verum etiam beatorum hominum, qui sunt omnium revera præconiis merito celebrandi. Quorum unus Ionicus genere, in Græcia vixit; alter magnam Græciam incoluit; alter in Cœlesyria natus, ibidem commoratus est; alter ex Ægypto oriundus fuit; alii Orientem doctrina evangelica imbuerunt : quorum unus ex Assyriis prognatus est, alius in Palæstina antiqua Hebræorum stirpe editus. Et cum demum C ipse hominem in Ægypto delitescentem vestigassem, inque eum postremum incidissem, qui virtute et doctrina erat re ipsa omnium primus, tandem cum illo conquievi. Atque isti veram sacrosanctæ doctrinæ traditionem, quam successionis serie ab ipsis usque sanctis apostolis, Petro, Jacobo, Joanne et Paulo deducta, velut filius a patre acceperant, licet pauci numero (pauci enim sunt patribus similes) assidue conservantes, ad nostram ætatem usque, divina favente clementia, vitam propagarunt, quo antiqua illa et apostolica doctrinæ prædictæ semina in animis nostris insererent.

*Idem, ibid. lib.* V, *cap.* 28.

Ἦν δ' ἂν τυχὸν πιθανὸν τὸ λεγόμενον, εἰ μὴ πρῶτον μὲν ἀντέπιπτον αὐτοῖς αἱ θεῖαι Γραφαί· καὶ ἀδελφῶν δέ τινων ἐστὶ γράμματα πρεσβύτερα τῶν Βίκτορος χρόνων, ἃ ἐκεῖνοι πρὸς τὰ ἔθνη ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ πρὸς τὰς τότε αἱρέσεις ἔγραψαν. Λέγω δὲ Ἰουστίνου καὶ Μιλτιάδου καὶ Τατιανοῦ καὶ Κλήμεντος, καὶ ἑτέρων πλειόνων ἐν οἷς ἅπασι θεολογεῖται ὁ Χριστός.

Ac fortasse id quod dicunt, credibile videretur, nisi eis refragarentur primum quidem divinæ Scripturæ; deinde fratrum quorumdam scripta, Victoris ætate antiquiora, quæ illi adversus gentes et contra sui temporis hæreticos pro veritatis defensione scripserunt. Justinum intelligo, et Miltiadem, et Tatianum, ac Clementem, aliosque quamplurimos; in quorum omnium libris Christi divinitas D astruitur.

*Idem, ibid. lib.* VI, *cap.* 13 *et* 14.

Τοῦ δὲ Κλήμεντος Στρωματεῖς οἱ πάντες ὀκτὼ παρ' ἡμῖν σώζονται· οὓς καὶ τοιαύτης ἠξίωσεν ἐπιγραφῆς·

Clementis omnes octo libri Στρωματεῖς, id est *varie contexti*, apud nos integri servantur, quos

taü inscriptione donavit : *Titi Flavii Clementis commentaria Στρωματεῖς*, hoc est *varia ratione contexti, qui multiplicem veræ ac divinæ philosophiæ cognitionem complectuntur.* Totidem etiam libri sunt ab eo editi, qui Ὑποτυπώσεις, id est *Informationes*, inscribuntur ; in quibus Pantænum doctorem et magistrum suum nominatim memorat, cum Commentarios ejus in sacras litteras recensendo, tum traditiones etiam explanando. Est ejus liber ad gentiles *Hortatorius*. Tres item, qui inscribuntur *Pædagogus*. Alius, cujus titulus sic habet : *Quisnam dives ille sit, qui salvetur. De Paschate* liber unus. *Disputationes de jejunio.* Liber *Obtrectationis.* Est præterea liber ejus *Hortatorius* ad patientiam. Alius, *Ad nuper baptizatos.* Alius qui nuncupatur *Canon ecclesiasticus*, sive contra eos qui Judæorum sequuntur errorem ; quem episcopo Alexandro, de quo supra verba fecimus, dedicavit. In libris *Στρωματέων*, non modo sententias ex sacra Scriptura collectas disperse intexit ; sed etiam ex gentilium scriptorum libris, si quid ab illis commode dictum videatur, sumit, cum Græcorum simul et barbarorum opiniones, quæ apud multos jactatæ sunt, aperiendo : tum falsos et commentitios errores eorum, qui inter hæreticos principem locum obtinebant, coarguendo ; denique explanationem multiplicis doctrinæ, et litterarum cujusque generis, unde copiosa materia nobis suppetit prudentiæ, ante oculos lectoris proponit. Atque his universis philosophorum dogmata admiscuit. Unde non sine causa inscriptionem operis argumento valde consentaneam fecit, *Στρωματεῖς*. In eisdem octo libris utitur testimoniis Scripturarum, quibus a multis solet contradici : nimirum *Sapientiæ*, quæ Salomonis dicitur, et *Ecclesiastici*, Jesu Sirach, et Epistolæ ad Hebræos, et Barnabæ, et Clementis, et Judæ. Tatiani item librum contra gentiles citat : et librum Cassiani, quem *De temporum ordine* conscripsit. Philonis porro, et Aristobuli, Josephi et Demetrii et Eupolemi, Judæorum scriptorum, memoriam non præterit : quippe qui suis scriptis Moysen, et Judæorum gentem, vetere illa prosapia quæ apud Græcos jactatur, longe antiquiorem fuisse perspicue commonstrant. Atque isti Clementis libri, quos jam persecuti sumus, maxima optimarum disciplinarum materia referti sunt. In primo libro ejusdem operis de seipso loquitur, quod prope ad apostolorum tempora successerit. In eisdem libris *Commentarios in Genesim* se editurum pollicetur. Item in libro illius quem *De Paschate* composuit, fatetur se a familiaribus suis compulsum, ut traditiones, quas a veteribus presbyteris accepisset, litteris proderet ad posteritatem. In eodem libro Melitonem, Irenæum et alios nonnullos commemorat, narrationesque aliquot ex eorum libris pias recenset. In libris Ὑποτυπώσεων, ut summatim comprehendam, sicut in universas Scripturas, quæ omnium consentiente auctoritate confirmantur, breves scripsit explicatio-

A Τίτου Φλαυίου Κλήμεντος τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν γνωστικῶν ὑπομνημάτων Στρωματεῖς. Ἰσάριθμοί τε τούτοις εἰσὶν οἱ ἐπιγεγραμμένοι Ὑποτυπώσεων αὐτοῦ λόγοι· ἐν οἷς ὀνομαστὶ ὡς διδασκάλου, τοῦ Πανταίνου μνημονεύει, ἐκδοχάς τε αὐτοῦ γράφων, καὶ παραδόσεις ἐκτιθέμενος. Ἔστι δὲ αὐτῷ καὶ πρὸς Ἕλληνας λόγος ὁ Προτρεπτικός, τρεῖς τε οἱ τοῦ ἐπιγεγραμμένου Παιδαγωγοῦ· καὶ Τίς ὁ σῳζόμενος πλούσιος; οὗτος ἐπιγραφεὶς ἕτερος αὐτοῦ λόγος· τό τε Περὶ τοῦ Πάσχα σύγγραμμα, καὶ Διαλέξεις περὶ νηστείας, καὶ Περὶ καταλαλιᾶς, καὶ ὁ Προτρεπτικὸς πρὸς ὑπομονήν, καὶ Εἰς τοὺς νεωστὶ βεβαπτισμένους, καὶ ὁ ἐπιγεγραμμένος Κάνων ἐκκλησιαστικός, ἢ πρὸς τοὺς Ἰουδαΐζοντας· ὃν Ἀλεξάνδρῳ τῷ δεδηλωμένῳ ἐπισκόπῳ ἀνατέθεικεν. Ἐν μὲν οὖν τοῖς Στρωματεῦσιν οὐ μόνον τῆς θείας κατάστρωσιν πεποίηται Γραφῆς, ἀλλὰ καὶ τῶν παρ' Ἕλλησιν, εἴ τι ἄρα ὠφέλιμον ἐδόκει αὐτοῖς εἰρῆσθαι, μνημονεύει, τῶν τε παρὰ τοῖς πολλοῖς δογμάτων, τὰ Ἑλλήνων ὁμοῦ καὶ τὰ βαρβάρων ἀναπτύσσων, καὶ ἔτι τὰς τῶν αἱρεσιαρχῶν ψευδοδοξίας εὐθύνων, ἱστορίαν τε πολλὴν ἐξαπλοῖ, ὑπόθεσιν ἡμῖν πολυμαθοῦς παρέχων παιδείας. Τούτοις ἅπασι καταμίγνυσι καὶ τὰ φιλοσόφων δόγματα. Ὅθεν εἰκότως κατάλληλον τῇ ὑποθέσει καὶ τὴν προγραφὴν τῶν Στρωματέων πεποίηται. Κέχρηται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν ἀντιλεγομένων Γραφῶν μαρτυρίαις, τῆς τε λεγομένης Σολομῶντος Σοφίας, καὶ τῆς Ἰησοῦ τοῦ Σιράχ, καὶ τῆς πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῆς, τῆς τε Βαρνάβα καὶ Κλήμεντος καὶ Ἰούδα. Μνημονεύει τε τοῦ πρὸς Ἕλληνας Τατιανοῦ λόγου, καὶ Κασσιανοῦ, ὡς καὶ αὐτοῦ Χρονογραφίαν πεποιημένου. Ἔτι μὴν Φίλωνος καὶ Ἀριστοβούλου, Ἰωσήπου τε καὶ Δημητρίου καὶ Εὐπολέμου, Ἰουδαίων συγγραφέων, ὡς ἂν τούτων ἁπάντων ἐγγράφως πρεσβύτερον τῆς παρ' Ἕλλησιν ἀρχαιογονίας Μωυσέα τε καὶ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀποδειξάντων. Καὶ ἄλλης δὲ πλείστης χρηστομαθείας ἔμπλεοι οἱ δηλούμενοι τυγχάνουσι τοῦ ἀνδρὸς λόγοι. Ὧν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἑαυτοῦ δηλοῖ ὡς ἔγγιστα τῆς τῶν ἀποστόλων γενομένου διαδοχῆς. Ὑπισχνεῖται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ *εἰς τὴν Γένεσιν* ὑπομνηματιεῖσθαι. Καὶ ἐν τῷ λόγῳ δὲ αὐτοῦ τῷ *Εἰς Πάσχα* ἐκδιασθῆναι ὁμολογεῖ πρὸς τῶν ἑταίρων, ἃς ἔτυχε παρὰ τῶν ἀρχαίων πρεσβυτέρων ἀκηκοὼς παραδόσεις, γραφῇ τοῖς μετὰ ταῦτα παραδοῦναι. Μέμνηται δ' ἐν αὐτῷ Μελίτωνος καὶ Εἰρηναίου, καί τινων ἑτέρων, ὧν καὶ τὰς διηγήσεις τίθεται. Ἐν δὲ ταῖς Ὑποτυπώσεσι, ξυνελόντα εἰπεῖν, πάσης τῆς ἐνδιαθήκου Γραφῆς ἐπιτετμημένας πεποίηται διηγήσεις, μηδὲ τὰς ἀντιλεγομένας παρελθών· τὴν Ἰούδα λέγω καὶ τὰς (λοιπὰς) καθολικὰς ἐπιστολάς, τήν τε Βαρνάβα, καὶ τὴν Πέτρου λεγομένην Ἀποκάλυψιν. Καὶ τὴν πρὸς Ἑβραίους δὲ Ἐπιστολήν, Παύλου μὲν εἶναί φησι, γεγράφθαι δὲ Ἑβραίοις Ἑβραϊκῇ φωνῇ, Λουκᾶν δὲ φιλοτίμως αὐτὴν μεθερμηνεύσαντα, ἐκδοῦναι τοῖς Ἕλλησιν· ὅθεν εὑρίσκεσθαι κατὰ τὴν ἑρμηνείαν, ταύτης τε τῆς Ἐπιστολῆς, καὶ τῶν Πράξεων· μὴ προγεγράφθαι δὲ τὸ, *Παῦλος ἀπόστολος*, εἰκότως. « Ἑβραίοις γάρ, φησὶν, ἐπιστέλλων, πρόληψιν εἰληφόσι κατ' αὐτοῦ

καὶ ὑποπτεύουσιν αὐτὸν, συνετῶς πάνυ οὐκ ἐν ἀρχῇ ἀπέτρεψεν αὐτοὺς, τὸ ὄνομα θείς. Εἶτα ὑποβὰς ἐπιλέγει· « Ἤδη δέ, ὡς ὁ μακάριος ἔλεγε πρεσβύτερος, ἐπεὶ ὁ Κύριος, Ἀπόστολος ὢν τοῦ Παντοκράτορος, ἀπεστάλη πρὸς Ἑβραίους, διὰ μετριότητα ὁ Παῦλος, ὡς ἂν εἰς τὰ ἔθνη ἀπεσταλμένος, οὐκ ἐγγράφει ἑαυτὸν Ἑβραίων ἀπόστολον, διά τε τὴν πρὸς τὸν Κύριον τιμὴν, διά τε τὸ ἐκ περιουσίας καὶ τοῖς Ἑβραίοις ἐπιστέλλειν, ἐθνῶν κήρυκα ὄντα καὶ ἀπόστολον. » Αὖθις δ' ἐν τοῖς αὐτοῖς ὁ Κλήμης βιβλίοις περὶ τῆς τάξεως τῶν Εὐαγγελίων παράδοσιν τῶν ἀνέκαθεν πρεσβυτέρων τέθειται, τοῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον· « Προγεγράφθαι ἐλέγετο τῶν Εὐαγγελίων, τὰ περιέχοντα τὰς γενεαλογίας· τὸ δὲ κατὰ Μάρκον, ταύτην ἐσχηκέναι τὴν οἰκονομίαν. Τοῦ Πέτρου δημοσίᾳ ἐν Ῥώμῃ κηρύξαντος τὸν λόγον, καὶ Πνεύματι τὸ Εὐαγγέλιον ἐξειπόντος, τοὺς παρόντας, πολλοὺς ὄντας, παρακαλέσαι τὸν Μάρκον, ὡς ἂν ἀκολουθήσαντα αὐτῷ πόρρωθεν, καὶ μεμνημένον τῶν λεχθέντων, ἀναγράψαι τὰ εἰρημένα· ποιήσαντα δὲ τὸ Εὐαγγέλιον, μεταδοῦναι τοῖς δεομένοις αὐτοῦ. Ὅπερ ἐπιγνόντα τὸν Πέτρον, προτρεπτικῶς μή τε κωλῦσαι μή τε προτρέψασθαι· τὸν μέν τοι Ἰωάννην ἔσχατον, συνιδόντα ὅτι τὰ σωματικὰ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις δεδήλωται, προτραπέντα ὑπὸ τῶν γνωρίμων, Πνεύματι θεοφορηθέντα, πνευματικὸν ποιῆσαι Εὐαγγέλιον. » Τοσαῦτα ὁ Κλήμης.

A nes : ita neque eas quidem quæ a multis vocantur in controversiam, passus est interpretationum suarum expertes esse : Judæ Epistolam dico, et catholicas, et epistolam Barnabæ, et Revelationem quæ Petri esse dicitur. Epistolam item ad Hebræos scriptam, Pauli esse affirmat, et Hebraico sermone ad Hebræos ab eo editam, Lucam autem eam accurate in Græcum, ut Græcis traderet, convertisse : illudque plane ex interpretatione ipsa facile intelligi posse, quod Epistola et Acta apostolorum idem orationis filum habeant; atque hanc inscriptionem, *Paulus apostolus*, non sine causa in Epistolæ principio fuisse prætermissam; « nam cum Paulus ad Hebræos Epistolam scriberet, qui præjudicatam animis sententiam, et suspectam opinio-
B nem, contra eum ejusque doctrinam combiberant, nomen consulto admodum non inscripsisse : ne in ipso exordio animos illorum prorsus ab Epistolæ lectione averteret. » Deinde longius aliquanto in oratione progressus, addit ista : « Jam vero sicut beatus quidam presbyter dicebat : quoniam Dominus, ipse Apostolus Patris sui omnipotentis, ad Hebræos missus fuit, Paulus quia erat ad gentes missus, modeste quidem, cum ad Hebræos scriberet, se apostolum Hebræorum non inscripsit, partim, ob suam erga Dominum reverentiam, partim, ne cum gentium præco et apostolus esset, præter officium ad Hebræos scribere videretur. » Rursus Clemens in iisdem libris, traditionem de ordine temporum quibus Evangelia scripta erant, a veteribus presbyteris acceptam ad hunc modum exponit : « Evangelia, quæ in se complectuntur genealogias, ante scripta dicuntur. Illud autem quod secundum Marcum inscribitur, talem causam habuisse fertur : Cum Petrus Romæ publice verbum Dei prædicaret et Spiritus sancti instinctu Evangelium Christi exponeret, multos qui præsto aderant, Marcum, utpote qui eum diutius comitatus fuisset, et ejus verba memoria teneret, magnopere obsecrasse ferunt, ut ea quæ fuissent ab illo prædicata, scriptis mandaret. Quod quidem Evangelium simul ac ediderat, illis qui illud ab eo rogavissent, impertiit; Petrum autem, ubi de eo certior factus erat, neque plane prohibuisse, neque adhortatum esse; Joannem vero, utpote sacrosancti Spiritus impulsu commotum, postquam intellexit, ea quæ ad corpus et humanitatem Christi spectabant, in illis Evangeliis explicata, quorumdam familiarium ac necessariorum rogatu, Evangelium spirituale post reliquos evangelistas conscripsisse. » Hæc Clemens.

*Alexander Hierosolymitanus episcopus ibidem de eodem.*

Πατέρας γὰρ ἴσμεν τοὺς μακαρίους ἐκείνους, τοὺς C προοδεύσαντας, πρὸς οὓς μετ' ὀλίγον ἐσόμεθα, Πάνταινον τὸν μακάριον ἀληθῶς καὶ κύριον, καὶ τὸν ἱερὸν Κλήμεντα κυρίου μου γενόμενον, καὶ ὠφελήσαντά με.

Nam illos beatos Patres, qui ante nos viam virtutis sedulo institerunt, ad quos non multo post nos profecturi sumus, cognovimus : Pantænum dico vere beatum ac dominum meum, et sanctum Clementem etiam dominum meum, qui multum mihi sæpe commodavit.

*Rursum Euseb. ibid. lib.* II, *cap.* 9.

Περὶ δὲ τούτου ὁ Κλήμης τοῦ Ἰακώβου, καὶ ἱστορίαν μνήμης ἀξίαν ἐν τῇ τῶν Ὑποτυπώσεων ἑβδόμῃ παρατίθεται, ὡς ἐκ παραδόσεως τῶν πρὸ αὐτοῦ, φάσκων, ὅτι δὴ ὁ εἰσαγαγὼν αὐτὸν εἰς δικαστήριον, μαρτυρήσαντα αὐτὸν ἰδὼν, κινηθεὶς, ὡμολόγησεν καὶ αὐτὸς εἶναι ἑαυτὸν Χριστιανόν. Συναπῆχθησαν οὖν ἄμφω, φησίν· καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν ᾐτήσατο ἀφεθῆναι αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Ἰακώβου. Ὁ δὲ, ὀλίγον σκεψάμενος, Εἰρήνη σοι, εἶπε, καὶ κατεφίλησεν αὐτόν· καὶ οὕτως ἀμφότεροι ὁμοῦ ἐκαρατομήθησαν.

De isto Jacobo Clemens in septimo libro Ὑποτυπώσεων historiam plane memorabilem inserit, eamque narrat quasi ex traditione majorum acceptam; nimirum, eum ipsum, qui Jacobum in judicium adduxisset, cum testimonium Christo illum tam libere perhibentem cerneret, ea re commotum, se etiam Christianum ingenue confessum esse. Igitur ambobus una ad supplicium adductis, hunc inter eundum a Jacobo postulasse, veniam sibi concedi. Jacobum autem, paululum rem animo

complexum dixisse, Pax tibi, illumque osculatum esse; et sic tandem utrumque securi percussum vitam deseruisse.

*Idem, Chronic. Canon., pag.* 216.

Clemens, *Stromatum* auctor, Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, optimus Christianæ philosophiæ magister, libris conscribendis inclaruit; et Pantænus e Stoicorum secta philosophus, in divinis litteris excelluit.

Κλήμης ὁ Στρωματεὺς πρεσβύτερος Ἀλεξανδρείας, ἄριστος διδάσκαλος ἐν τῇ κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίᾳ, συντάττων διέλαμπεν, καὶ Πάνταινος φιλόσοφος ἀπὸ Στωϊκῶν ἐν τῷ θείῳ λόγῳ διέπρεπεν.

*Idem, Præpar. evangel., lib.* II, *cap.* 2.

Atque horum turpitudinem admirabilis ille Clemens, ea quam *ad Græcos* dirigit *Cohortatione*, nudam omniumque spectandam oculis proponit, quippe qui cum omnes illorum cæremonias sua ipsius experientia cognoverit, tum celerrime ab infami errore caput extulerit, verbi salutaris, et evangelicæ doctrinæ vi ex tot tantorumque malorum contagione liberatus, etc.

Ταῦτα δὲ Κλήμης ὁ θαυμάσιος ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας *Προτρεπτικῷ* διαῤῥήδην ἐκκαλύπτει, πάντων μὲν διὰ πεῖρας ἐλθὼν ἀνήρ, θᾶττόν γε μὴν τῆς πλάνης ἀνανεύσας, ὡς ἂν πρὸς τοῦ σωτηρίου λόγου, καὶ διὰ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας τῶν κακῶν λελυτρωμένος. . . .

*Idem, ibid. lib.* II, *cap.* 5.

Itaque deorum ipsorum ædes, mortuorum sepulcra esse perhibentur, quemadmodum Clemens in ea quam *ad Græcos* scribit *Cohortatione* commemorat, Græcorum ipsorum testimonia proferens, etc.

Ἔνθεν αὐτοῖς καὶ οἱ τῶν θεῶν οἶκοι, νεκρῶν εἶναι τάφοι μνημονεύονται, ὡς ὁ Κλήμης ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας *Προτρεπτικῷ* ἱστορεῖ, τοῦ λόγου μάρτυρας αὐτοὺς Ἕλληνας ἐπαγόμενος. . . .

*Idem, ibid., lib.* IV, *cap.* 16.

Jure sane et merito Clemens, vir plane singularis, in ea quam gentilibus inscripsit *Cohortatione*, eadem ista carpens, hominum illorum cæcitatem lamentatur, etc.

Εἰκότως ἄρα ὁ θαυμάσιος Κλήμης ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας *Προτρεπτικῷ*, αὐτὰ δὴ ταῦτα ἐπιμεμφόμενος, τοιάδε καὶ αὐτὸς τὴν πλάνην τῶν ἀνθρώπων ἀπολοφύρεται. . . .

*Idem, lib.* IX, *cap.* 6.

Atque istius etiam (Clearchi scil.) Clemens noster libro primo *Stromatum* meminit, etc.

Τούτου δὲ μνημονεύει καὶ ὁ ἡμέτερος Κλήμης ἐν τῷ πρώτῳ Στρωματεῖ...

*Idem, lib.* X, *cap.* 1.

Et quoniam Clemens ille noster fuse admodum Stromate sexto disputationem istam exsequitur, etc.

Ὁ μὲν οὖν ἡμέτερος Κλήμης, ἐν ἕκτῳ Στρωματεῖ, τὴν περὶ τούτου σύστασιν εἰς πλάτος ἀπηύθυνε...

*Idem, ibid. cap.* 5.

Jam vero Clementem audi in eadem mecum disputatione versantem, etc.

Τῆς δ' αὐτῆς ἡμῖν ὑποθέσεως ἐφαψάμενος καὶ ὁ Κλήμης, ἐπάκουσον ἃ φησιν...

*Idem, ibid. cap.* 11.

Hactenus Tatianus. Jam ad Clementem transeamus, etc.

Τοσαῦτα καὶ ὁ Τατιανός. Μετίωμεν δὲ καὶ ἐπὶ Κλήμεντα...

*Idem, lib.* XI, *cap.* 24.

Atque hactenus Philo, cui affinia plane et gemina Clemens Stromate sexto hunc in modum persequitur, etc.

Ταῦτα ὁ Φίλων· συνᾴδει δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Κλήμης, ἐν τῷ ἕκτῳ Στρωματεῖ λέγων ὧδε..

*Idem, lib.* XIII, *cap.* 12.

Quo eodem in genere, quæ Clementis nostri sententia fuerit, ex sequentibus intelliges, etc.

Ὁποῖα δὲ καὶ Κλήμεντι περὶ τῆς αὐτῆς εἴρηται ὑποθέσεως, γνοίης ἂν διὰ τούτων...

*Cyrillus Alexandr. contra Julianum, lib.* VI, *pag.* 205, *edit. Paris.*, 1638.

Clemens enim qui sanctos apostolos ubique sequitur, quique infinitas Græcorum historias audiendo acceperat, in *Stromatis* refert, etc.

Κλήμης μὲν γὰρ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἑπόμενος πανταχῇ, πλείστης τε ὅσης Ἑλληνικῆς ἱστορίας εἰς ἀκοὴν ἐλθών, ἐν τοῖς *Στρωματεῦσί* φησι...

*Idem, ibid., lib.* VII, *pag.* 231.

Hujus historiæ nominatim meminit Clemens in *Stromatis*, vir in primis doctus et eruditus, qui

Ταύτης ἴδια μέμνηται τῆς ἱστορίας ἐν τοῖς *Στρωματεῦσιν* ὁ Κλήμης, ἀνὴρ ἐλλόγιμος καὶ φιλομαθής.

καὶ ἀναγνωσμάτων Ἑλληνικῶν πολυπραγμονήσας μάθος, ὡς ὀλίγοι τάχα που τῶν πρὸ αὐτοῦ. A Græcarum litterarum altitudinem, quantum forsan ante illum pauci, perscrutatus est.

*Idem, ibid., lib.* x, *pag.* 342.

Ἔφη δὲ καὶ Κλήμης ἀνὴρ ἐλλόγιμος, καὶ μέντοι καὶ πολυΐστωρ περὶ τὰ θεῶν καὶ ναῶν ὧδί...

Clemens autem eruditus vir et multarum historiarum scientissimus de diis ac templis ita quoque scribit, etc.

*Epiphanius Adversus hæreses, lib.* I, *tom.* II, *in Secundianorum hæresi.*

Εἶτα οἱ καλῶς συγγραψάμενοι, καὶ ἀλήθειαν τούτων ἐν τοῖς σφῶν αὐτῶν συγγράμμασιν ἤλεγξαν, Κλήμης τε, ὃν φασί τινες Ἀλεξανδρέα, ἕτεροι δὲ Ἀθηναῖον.

Verum quam hæc a veritate abhorreant omnia, egregii quidem scriptores editis adversus eos Commentariis demonstrarunt, præcipue vero Clemens Alexandrinus, quem Atheniensem alii faciunt.

*Dionysius Areopagita, lib. De divinis nominibus, cap.* 5.

Εἰ δὲ ὁ φιλόσοφος ἀξιοῖ Κλήμης, καὶ πρὸς τι παραδείγματα λέγεσθαι τὰ ἐν τοῖς οὖσιν ἀρχηγικώτερα, πρόεισι μὲν οὐ διὰ κυρίων καὶ παντελῶν καὶ ἁπλῶν ὀνομάτων ὁ λόγος αὐτῷ. B Si autem vult Clemens philosophus, ad aliquid dici exemplaria quæ sunt in rebus principaliora, progreditur quidem, cum sic loquitur, non per propria et perfecta, et simplicia nomina.

*Hieronymus in Ecclesiasticis scriptoribus.*

Clemens Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, Pantæni, de quo supra retulimus, auditor, post ejus mortem Alexandrīæ ecclesiasticam scholam tenuit, et *Κατηχήσεων* magister fuit. Feruntur ejus insignia volumina, plenaque eruditionis et eloquentiæ, tam de Scripturis divinis, quam de sæcularis litteraturæ instrumento. E quibus illa sunt: *Στρωματεῖς*, libri octo; *Ὑποτυπώσεων* libri octo; *Adversus gentes*, liber unus; *Pædagogi* libri tres; *De Pascha* liber unus; *De jejunio disceptatio*; et alius qui inscribitur, *Quisnam dives ille sit qui salvetur*; *De obtrectatione* liber unus; *De canonibus ecclesiasticis*, et *Adversum eos qui Judæorum sequuntur errorem*, liber unus; quem proprie Alexandro Hierosolymorum episcopo προσεφώνησεν. Meminit autem in *Stromatibus* suis voluminis Tatiani *Adversus gentes*, de quo supra diximus; et Cassiani cujusdam *Χρονογραφίας*, quod opusculum invenire non potui. Nec non et de Judæis Aristobulum quemdam, et Demetrium et Eupolemum scriptores adversus gentes refert, qui in similitudinem Josephi *Ἀρχαιογονίας* Moysi et Judaicæ genti asseruerint: exstat Alexandri Hierosolymitarum episcopi, qui cum Narcisso postea rexit Ecclesiam, epistola super ordinatione Asclepiadis confessoris ad Antiochenses, congratulantis eis; in qua ponit in fine: « Hæc vobis, domini ac fratres, scripta transmisi, per Clementem beatum presbyterum, virum illustrem et probatum; quem vos quoque scitis, et nunc plenius recognoscetis: qui cum huc venisset juxta providentiam et visitationem Dei, confirmavit et auxit Domini Ecclesiam. » Constat Origenem hujus fuisse discipulum. Floruit autem Severi et Antonini filii ejus temporibus. C

*Idem, ad Magnum orator. Roman.*

Clemens Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, meo judicio omnium eruditissimus, octo scripsit *Stromatum* libros, et totidem *Ὑποτυπώσεων*, et alium *Contra gentes*, *Pædagogi* quoque tria volumina. Quid in illis libris indoctum, imo quid non e media philosophia est?

*Rufinus, De adulteratione librorum Origenis apud Hieronymum, tom.* IV *Erasmi.*

Clemens quoque alius Alexandrinus presbyter, et magister Ecclesiæ illius in omnibus pene libris suis, Trinitatis gloriam atque æternitatem unam eamdemque designat, interdum invenimus aliqua in libris ejus capitula, in quibus Filium Dei creaturam dicit. Nunquid credibile est de tanto viro tam in omnibus catholico, tam erudito, ut vel sibi contraria senserit, vel ea quæ de Deo non dicam credere, sed vel audire quidem impium est, scripta reliquerit?

*Socrates, Histor. ecclesiast., lib.* II, *cap.* 35.

Οὕτω δὲ ἦν ὀλιγομαθὴς ὁ Ἀέτιος, καὶ τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἀμύητος, τὸ ἐριστικὸν δὲ κατωρθώκει μόνον, ὅπερ ἂν καὶ ἀγροϊκός τις ποιήσειεν, ὡς μήτε τοὺς ἀρχαίους τοὺς τὰ Χριστιανικὰ λόγια ἑρμηνεύσαντας ἀσκηθῆναι, πολλὰ χαίρειν φράσας τοῖς περὶ Κλήμεντα, καὶ Ἀφρικανὸν, καὶ Ὠριγένην, ἄνδρας πάσης σοφίας ἐπιστήμονας. D Cæterum adeo mediocri doctrina præditus, et sacrarum litterarum imperitus erat Aetius, et in uno contendendi studio exercitatus; quod quivis etiam agrestis facile consequi possit; ut ne veterum quidem scriptorum, qui sacros Christianæ religionis libros interpretati sunt, usum ullum aut peritiam haberet; sed Clementem, et Africanum, atque Origenem, viros omni genere doctrinæ excultos, prorsus aspernaretur.

*Idem, ibid., lib.* III, *cap.* 7.

Irenæus certe et Clemens, et Apollinaris Hierapolitanus, et Serapion Antiochenæ urbis episcopus, Christum, qui homo factus est, anima præditum fuisse, velut rem communi omnium consensu receptam, suis in libris asserunt.

Καὶ γὰρ Εἰρηναῖός τε καὶ Κλήμης, Ἀπολινάριός τε ὁ Ἱεραπολίτης καὶ Σεραπίων ὁ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ προεστὼς Ἐκκλησίας, ἔμψυχον τὸν ἐνανθρωπήσαντα, ἐν τοῖς πονηθεῖσιν αὐτοῖς λόγοις ὡς ὁμολογούμενον αὐτοῖς φάσκουσιν.

*Sozomenus, Histor. ecclesiast., lib.* I, *cap.* 1.

Ac primo quidem historiam hanc ab initio repetere decreveram. Sed cum animadvertissem, alios jam scriptores ad sua usque tempora id præstitisse; Clementem scilicet et Hegesippum viros sapientissimos, qui apostolorum temporibus proxime successerunt, etc.

Ὡρμήθην δὲ τὰ μὲν πρῶτα, ἀπ' ἀρχῆς ταύτην συγγράψαι τὴν πραγματείαν· λογισάμενος δὲ ὡς καὶ ἄλλοι ταύτης ἐπειράθησαν μέχρι τῶν κατ' αὐτοὺς χρόνων, Κλήμης τε καὶ Ἡγήσιππος, ἄνδρες σοφώτατοι, τῇ τῶν ἀποστόλων διαδοχῇ παρακολουθήσαντες...

*Chronicon Paschale, pag.* 7.

Sed et Clemens, sanctissimus Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, vir antiquissimus, et qui non multum abfuit ab apostolicis temporibus, in libro *De Paschate* consimilia docet, ita scribens: *Præteritis ergo temporibus immolatum a Judæis Pascha, festum agens, manducavit Dominus. Sed postquam prædicavit ipse, qui erat Pascha Agnus Dei, ut ovis ad occisionem ductus discipulos statim edocuit figuræ mysterium decima quarta die, qua etiam illum rogarunt: « Ubi vis paremus tibi Pascha manducare? »*

Ἀλλὰ καὶ Κλήμης ὁ ὁσιώτατος τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας γεγονὼς ἱερεύς, ἀνὴρ ἀρχαιότατος, καὶ οὐ μακρὰν τῶν ἀποστολικῶν γενόμενος χρόνων, ἐν τῷ *Περὶ τοῦ Πάσχα* λόγῳ τὰ παραπλήσια διδάσκει, γράψων οὕτως· *Τοῖς μὲν οὖν παρεληλυθόσιν ἔτεσι τὸ θυόμενον πρὸς Ἰουδαίων ἤσθιεν ἑορτάζων ὁ Κύριος Πάσχα· ἐπεὶ δὲ ἐκήρυξεν αὐτὸς ὢν τὸ Πάσχα ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἀγόμενος, αὐτίκα ἐδίδαξε μὲν τοὺς μαθητὰς τοῦ τύπου τὸ μυστήριον τῇ ιδ', ἐν ᾗ κυνθάνονται αὐτοῦ· « Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι τὸ Πάσχα φαγεῖν; »*

*Ibid., pag.* 224.

De recensitis vero discipulis LXX præter XII supra dictos, agit Clemens scriptor lib. V *Hypotyposeon.*

Περὶ δὲ τῶν προγεγραμμένων ο' μαθητῶν τῶν μετὰ τοὺς ιβ' προτεταγμένους ἱστορεῖ Κλήμης ὁ συγγραφεὺς ἐν τῇ πέμπτῃ Ὑποτυπώσεων.

*Ibid., pag.* 232.

Quinto hoc anno Claudii Paulus, qui antea ordinatus fuerat apostolus, ingressus est Antiochiam magnam, et cum didicisset quæ sanctus Petrus egerat, ubique scandalum sustulit; omnesque admisit, eos complexus ac adhortatus, quemadmodum de illo scribunt Clemens et Tatianus chronographi.

Τούτῳ τῷ πέμπτῳ ἔτει Κλαυδίου, προχειροτονηθεὶς Παῦλος εἰσῆλθεν εἰς Ἀντιόχειαν τὴν μεγάλην, καὶ μαθὼν περὶ τοῦ ἁγίου Πέτρου, πανταχοῦ τὸ σκάνδαλον περιεῖλεν, καὶ πάντας ἐδέξατο καὶ ἠγάπα, προτρεψάμενος πάντας, καθὼς συνεγράψαντο τὰ περὶ τούτου Κλήμης καὶ Τατιανὸς οἱ χρονογράφοι.

*Ibid., pag.* 231.

Joannem apostolum et evangelistam ad tempora Trajani vitam produxisse scribit Irenæus. Clemens vero Alexandrinus iisdem consona tradit, illumque Asiam et finitimas provincias peragrasse, episcopis ubique ordinatis ac clericis constitutis.

Ἰωάννην τὸν ἀπόστολον καὶ εὐαγγελιστὴν μέχρι τοῦ Τραϊανοῦ χρόνων παραμεῖναι τῷ βίῳ Εἰρηναῖος ἱστορεῖ. Κλήμης δὲ ὁ Ἀλεξανδρεὺς καὶ αὐτὸς τὰ αὐτὰ σύμφησι, καὶ περιέναι αὐτὸν τὴν Ἀσίαν, καὶ τὰς πλησιοχώρους πατρίδας, ἐπισκόπους καθιστῶντα καὶ κληρικούς.

*Theodoretus, Hæretic. fab., lib.* I, *cap.* 4.

Contra hos autem decertant Agrippas cognomento Castor, et Irenæus, et Clemens Stromateus, et Origenes pro veritate dimicantes.

Καταγωνίζονται δὲ τούτους Ἀγρίππας, ὁ καὶ Κάστωρ ἐπίκλην, καὶ Εἰρηναῖος, καὶ Κλήμης ὁ Στρωματεύς, καὶ Ὠριγένης, τῆς ἀληθείας ὑπερμαχοῦντες.

*Idem, ibid. cap.* 6.

Quare non solum in publicis conviviis, lucernæ lumine remoto, in quam (mulierem *sc.*) quisque inciderat cum ea coibat, sed mysticum initiationis ritum incontinentiam hanc ducebant. Cujus rei testem Stromateum Clementem producam, virum sanctum, et qui abundantia doctrinæ omnibus antecelluit. Sic autem loquitur in tertio *Stromatum*, etc.

Οὗ δὴ χάριν, οὐκ ἐν τοῖς κοινοῖς δείπνοις μόνον, τὸ λυχνιαῖον φῶς ἐκποδὼν ποιούμενοι, ᾧπερ ἂν ἕκαστος ἐπέτυχε συνεμίγνυτο· ἀλλὰ δὴ καὶ τελετὴν τὴν τοιαύτην ἀκολασίαν ὑπειλήφεσαν μυστικήν. Καὶ τούτου δὴ μάρτυρα τὸν Στρωματέα παρέξομαι Κλήμεντα ἱερὸν ἄνδρα, καὶ πολυπειρίᾳ ἅπαντας ἀπολιπόντα. Λέγει δὲ οὕτως ἐν τῷ τρίτῳ τῶν *Στρωματέων.*

*Idem, ibid., cap.* 19.

Κατὰ δὲ Βαλεντίνου καὶ τῶν ἐξ ἐκείνου, καὶ Εἰρηναῖος, καὶ Κλήμης, καὶ Ὠριγένης. A

Contra Valentinum autem, eosque qui ab illo prodierunt, et Irenæus, et Clemens, et Origenes.

*Idem, ibid., cap.* 21.

Κατὰ τούτων συγγράφει Μουσανὸς τῆς ἀληθείας συνήγορος, καὶ Κλήμης ὁ Στρωματεύς.

Contra quos scribit Musanus veritatis patronus, et Clemens Stromateus.

*Idem, ibid., lib.* III, *c.* 1.

Ἡ Νικολαϊτῶν αἵρεσις, οὐ μόνον ἐξ ἀνοίας, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀκολασίας συνέστη. Σαφέστερον δὲ τὰ περὶ ταύτης ὁ Κλήμης ἐδίδαξεν.

Nicolaitarum hæresis non solum ex amentia, verum etiam ex intemperantia conflata est. De hac autem Clemens plenius disseruit, etc.

*Ibid., paulo post.*

Κατὰ τούτων καὶ ὁ προρρηθεὶς συνέγραψε Κλήμης, καὶ Εἰρηναῖος, καὶ Ὠριγένης. B

Contra hos scripsit prædictus Clemens, et Irenæus, et Origenes.

*S. Maximus, Disputat. cum Pyrrho.*

Κανόνι χρώμενος πρὸς τοῦτο τῷ ὄντι Φιλοσόφῳ τῶν φιλοσόφων Κλήμεντι, ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν *Στρωματέων* λόγῳ, τὴν μὲν *θέλησιν* νοῦν εἶναι ὀρεκτικὸν ὁρισαμένῳ· τὴν δὲ *βούλησιν*, εὔλογον ὄρεξιν ἢ τὴν περὶ τινὸς θέλησιν.

In hoc pro regula usus (Athanasius) vere Philosopho philosophorum Clemente in VI libro *Stromatum*; qui *θέλησιν* (id est *voluntatem*) definivit *mentem appetentem*, et *βούλησιν* (ei affinem vocem) *appetitum rationi consentaneum.*

*Joan. Damascenus, De duabus Christi voluntatibus.*

Θέλησις τοίνυν ἐστὶν, κατὰ τὸν μακάριον Κλήμεντα, *δύναμις τοῦ κυρίως ὄντος ὀρεκτική*· καὶ πάλιν, *ὄρεξις τῇ τοῦ λογικοῦ φύσει κατάλληλος*· καὶ πάλιν, *αὐτοκράτορος νοῦ κίνησις αὐτεξούσιος.* C

Voluntas autem, beati Clementis sententia, est *ejus, quod proprie est, appetitio*; rursus, *voluntas appetitio est ejus quod ratione utitur, naturæ consentanea*; itemque, *mentis imperatricis liber motus.*

*Idem, De imaginibus, orat.* 3.

Τοῦ ἀρχαιοτάτου Κλήμεντος πρὸς Ἀλέξανδρον ἐκ τοῦ ἑβδόμου βιβλίου τῶν *Στρωματέων*. Οὐκοῦν οὐ μόνον ἐπαινεῖ τὰ καλὰ, ἀλλὰ αὐτὸς βιάζεται τοῦ εἶναι καλός· ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ πιστοῦ δούλου μεταβαίνων δι' ἀγάπης εἰς φίλον, διὰ τὸ τέλειον τῆς ἕξεως, ὃ ἐκ μαθήσεως ἀληθοῦς καὶ συνασκήσεως πολλῆς καθαρῶς ἐκτήσατο. Ὡς ἂν οὖν ἐπ' ἄκρον γνώσεως ἥκῃ βιαζόμενος τῷ ἤθει καὶ κεκοσμημένος, τῷ σχήματι κατεσταλμένος, πάντα ἐκεῖνα ἔχων, ὅσα πλεονεκτήματά ἐστι τοῦ κατὰ ἀλήθειαν γνωστικοῦ, εἰς τὰς εἰκόνας ἀφορῶν τὰς καλάς. Πολλοὺς μὲν τοὺς κατορθωκότας πρὸ αὐτοῦ πατριάρχας, παμπόλλους δὲ προφήτας, ἀπείρους δὲ ὅσους ἡμῖν ἀριθμῷ λογιζόμενος ἀγγέλους, καὶ τὸν ἐπὶ πᾶσι Κύριον, τὸν διδάξαντα καὶ παραστήσαντα, δυνατὸν εἶναι, τὸν κορυφαίων ἐκείνων κτήσασθαι βίον. D

Antiquissimi Clementis ad Alexandrum ex libro *Stromatum* sexto. Itaque non solum laudat quæ recta sunt, sed ipse nititur esse bonus; ex bono fidelique servo per charitatem amicus evadens habitus perfectione: quod quidem doctrina vera, exercitationeque multa plane consequitur. Sic igitur ad cognitionis fastigium ascendit, dum vitam moresque componit, seque in officio continet, et omnes illas prærogativas comparat, quæ sunt illius propriæ, qui se vere studiosum, cognitionisque cupidum profitetur, tanquam exemplaria quædam pulchra intuens multos patriarchas atque prophetas, qui ante se perfecti virtutum officiis exstiterint, innumerabilesque angelos considerans, in primisque Dominum ipsum, qui docet, et præbet auxilium, quo perfectam principum illorum vitæ rationem assequi valeamus.

*Photius, Biblioth. codd.* 109, 110, 111.

Ἀνεγνώσθη Κλήμεντος Ἀλεξανδρίως πρεσβυτέρου τεύχη βιβλίων τρία· ὧν τὸ μὲν ἐπιγραφὴν ἔλαχεν, *Ὑποτυπώσεις*, τὸ δὲ *Στρωματεῖς*, τὸ δὲ *Παιδαγωγός*.

Lecta sunt Clementis Alexandrini presbyteri tria librorum volumina; quorum unius inscriptio est, *Hypotyposes*; alterius *Stromateus*; tertii vero *Pædagogus.*

Αἱ μὲν οὖν *Ὑποτυπώσεις* διαλαμβάνουσι περὶ ῥητῶν τινων τῆς τε Παλαιᾶς καὶ Νέας Γραφῆς· ὧν καὶ κεφαλαιωδῶς, ὡς ὅῆθεν, ἐξήγησίν τε καὶ ἑρμηνείαν ποιεῖται. Καὶ ἔν τισι μὲν αὐτῶν ὀρθῶς δοκεῖ λέγειν, ἔν τισι δὲ παντελῶς εἰς ἀσεβεῖς καὶ μυθώδεις λόγους ἐκφέρεται. Ὕλην τε γὰρ ἄχρονον καὶ ἰδέας ὡς ἀπό τινων ῥητῶν εἰσαγομένας δοξάζει, καὶ τὸν Υἱὸν εἰς κτίσμα κατάγει. Ἔτι δὲ μετεμψυχώσεις, καὶ πολλοὺς πρὸ τοῦ Ἀδὰμ κόσμους τερατεύεται. Καὶ ἐκ τοῦ

*Hypotyposes* quidem disceptationem continent locorum aliquot Veteris Novique Testamenti, quæ etiam summatim explicat et interpretatur. Etsi autem recte in quibusdam sentire visus est, in aliis rursus impie omnino fabuloseque disserit. Asserit enim materiam æternam esse, et ideas veluti certis decretis induci fingit: Filium quoque in rebus creatis numerat. Ad hæc animarum migrationes, multosque ante Adamum mundos prodigiose com-

miniscitur. Evam præterea, ex Adamo, non ut sacri libri tradunt, sed obscene atque impie educit. Angelos quoque cum feminis congressos, liberos inde sustulisse somniat. Quin et Verbum carnem non esse factum, sed ita visum duntaxat. Duo ad hæc Patris Verba finxisse deprehenditur, quorum minus mortalibus sit visum, imo ne hoc quidem; sic enim scribit : *Dicitur quidem et Filius Verbum æquivoce cum Patrio Verbo. Verum neque hoc illud Verbum est, quod caro factum est, neque etiam Patrium illud Verbum; sed vis quædam ac potestas Dei, tanquam a Verbo ipso profluens, mens effecta, hominum animos perrasit.* Quæ quidem omnia S. Scripturæ testimoniis aliquot astruere nititur. Quin etiam et alia id genus sexcenta blasphema voce nugatur, seu ipse, sive quis alius, ejus personam indutus; plane ut octo ipsos Libros hisce blasphemiarum portentis, de iisdem identidem disserendo, ac sparsim atque confuse, veluti stupore perculsus, Scripturas producendo, repleverit. Universi autem operis scopus fuisse videtur Geneseos, Exodi, Psalmorum, Epistolarum B. Pauli et Catholicarum, ac denique Ecclesiastici interpretatio. Hoc interim fatetur ipse, discipulum se fuisse Pantæni. Sed de *Hypotyposibus* hactenus.

Jam *Pædagogus* tribus libris conscriptus, vitam moresque informat : quibus et alium quemdam præmittit, adjungitque singularem librum, quo gentium refellit impietatem. Nihil autem simile habent hi omnes cum *Hypotyposibus*, quando et stolidis illis ac blasphemis opinionibus omnino vacant, et dictio ipsa in his floridior ad temperatam quamdam gravitatem non sine jucunditate assurgit, et varia illa, quæ in iis est, rerum cognitio, nihil habet minus conveniens. Extremo vero libro etiam de imaginibus commentinit.

*Stromateon* autem libri quoque octo sunt, adversus paganos atque hæreses pugnam instituentes; in quibus item sparsim, et non ordine capita recensentur; cujus quasi rationem reddere in extremo libro septimo hisce fere verbis videtur : *Hæc cum a nobis jam antea pertractata sint, et morum illa rudior formula per summa velut capita, quantum polliciti sumus, sparsim descripta, iis, quæ ad veram excitant cognitionem, dogmatibus ita hic illic inspersis; ut res illas sacras nactus quispiam, qui mysteriis nostris initiatus non sit, haud facile comperiat*, et quæ sequuntur. Hæc igitur, ut ipse fatetur, causa fuit, cur ista sine ordine congesserit.

Reperi autem in pervetere exemplari hoc opus non solum *Stromateon* nomine inscriptum, sed integre ad hunc modum : *Titi Flavii Clementis presbyteri Alexandrini Gnosticarum secundum veram philosophiam commentationum Stromateus* I, II, III, IV, V, VI, VII, VIII. Ac primi quidem septem eumdem præferunt titulum, iidemque prorsus sunt in omnibus codicibus. Verum octavus, cum inscriptione, tum rei subjectæ materia, variat. In quibusdam enim inscribitur : *Quis dives salvetur*, ejusque

Ἀδὰμ τὴν Εὔαν, οὐχ ὡς ὁ ἐκκλησιαστικὸς λόγος βούλεται, ἀλλ' αἰσχρῶς τε καὶ ἀθέως ἀποφαίνεται· μίγνυσθαί τε τοὺς ἀγγέλους γυναιξί, καὶ παιδοποιεῖν ἐξ αὐτῶν ὀνειροπολεῖ. Καὶ μὴ σαρκωθῆναι τὸν Λόγον, ἀλλὰ δόξαι. Λόγους τε τοῦ Πατρὸς δύο τερατολογῶν ἀπελέγχεται· ὧν τὸν ἧττονα τοῖς ἀνθρώποις ἐπιφανῆναι, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐκεῖνον· φησὶ γάρ· *Λέγεται μὲν καὶ ὁ Υἱὸς Λόγος, ὁμωνύμως τῷ Πατρικῷ Λόγῳ· ἀλλ' οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ σὰρξ γενόμενος, οὐδὲ μὴν ὁ Πατρῷος Λόγος, ἀλλὰ δόναμίς τις τοῦ Θεοῦ οἷον ἀπόῤῥοια τοῦ Λόγου αὐτοῦ, νοῦς γενόμενος, τὰς τῶν ἀνθρώπων καρδίας διαπεφοίτηκε.* Καὶ ταῦτα πάντα ἀπὸ ῥητῶν τινων πειρᾶται κατασκευάζειν τῆς Γραφῆς. Καὶ ἄλλα δὲ μυρία βλασφημεῖ καὶ φλυαρεῖ, εἴτε αὐτὸς, εἴτε τις ἕτερος, τὸ αὐτοῦ πρόσωπον ὑποχριθείς. Ἐποιήθησαν δὲ αὐτῷ αἱ βλάσφημοι αὗται τερατολογίαι ἐν τόμοις ὀκτώ. Λέγει δὲ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν πολλάκις, καὶ σποράδην καὶ συγκεχυμένως, ὥσπερ ἔμπληκτος, παράγει τὰ ῥητά. Ὁ δὲ ὅλος σκοπὸς, ὡσανεὶ ἑρμηνεῖαι τυγχάνουσι τῆς Γενέσεως, τῆς Ἐξόδου, τῶν Ψαλμῶν, τοῦ θείου Παύλου τῶν Ἐπιστολῶν, καὶ τῶν Καθολικῶν, καὶ τοῦ Ἐκκλησιαστικοῦ. Μαθητὴς δὲ, ὡς καὶ αὐτός φησι, γέγονε Πανταίνου. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν αἱ Ὑποτυπώσεις.

Ὁ δὲ *Παιδαγωγὸς* ἐν τρισὶ τόμοις ἐστὶν αὐτῷ διαπεπονημένος, ἤθους καὶ βίου κατορθωτικὸς, ἔχει δὲ τούτων καὶ προηγούμενον καὶ συνταττόμενον λόγον ἕτερον, ἐν ᾧ τὴν Ἑλλήνων διελέγχει ἀθεότητα· οὐδὲν δὲ ὅμοιον ἔχουσι πρὸς τὰς Ὑποτυπώσεις οὗτοι οἱ λόγοι· τῶν τε γὰρ ματαίων καὶ βλασφήμων ἀπηλλαγμένοι δοξῶν καθεστήκασι, καὶ ἡ φράσις ἀνθηρὰ, καὶ εἰς ὄγκον ἥρμένη σύμμετρον μετὰ τοῦ ἡδέος, καὶ ἡ πολυμάθεια ἐμπρέπουσα. Μνημονεύει δὲ πρὸς τῷ τέλει περὶ εἰκόνων.

Οἱ δὲ *Στρωματεῖς* εἰσι μὲν καὶ αὐτοὶ ἐν ὀκτὼ λόγοις καθ' Ἑλλήνων καὶ αἱρέσεων τὸν ἀγῶνα εἰσενηνεγμένοι· σποράδην δὲ καὶ ὥσπερ οὐκ ἐν τάξει τὴν τῶν κεφαλαίων παράθεσιν κάνταῦθα ποιεῖται, καὶ τὴν αἰτίαν ὥσπερ ἀποδιδοὺς ἐν τῷ τέλει τοῦ ἑβδόμου λόγου, αὐταῖς λέξεσιν οὕτως λέγει· *Τούτων ἡμῖν προδιηνυσμένων, καὶ τοῦ ἠθικοῦ τύπου ὡς ἐν κεφαλαίοις ὑπογραφέντος σποράδην τε, ὡς ὑπεσχήμεθα, καὶ διεῤῥιμμένως τὰ ζώπυρα τῆς ἀληθοῦς γνώσεως ἐγκατασπειράντων μαθήματα, ὡς μὴ ῥᾴδίαν εἶναι τῷ περιτυχόντι τῶν ἀμυήτων τὴν τῶν ἁγίων εὕρεσιν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἃ μὲν οὖν διεῤῥιμμένως αὐτὰ κατατάξαι αὐτῷ αἰτία, ὥς φησι, γέγονεν.

Εὗρον μέντοι γε ἔν τινι παλαιῷ βιβλίῳ τὴν αὐτὴν πραγματείαν οὐχὶ *Στρωματεῖς* μόνον ἐπιγραφομένην, ἀλλ' ὁλοκλήρως οὕτως· *Τίτου Φλαβίου Κλήμεντος, πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν Γνωστικῶν ὑπομνημάτων Στρωματέων α', β', γ', δ', ε', ς', ζ', καὶ η'.* Ἀλλ' ὁ μὲν πρῶτος μέχρι τοῦ ἑβδόμου, τὴν αὐτὴν ἔχουσιν ἐπιγραφὴν, καὶ ἐνιαῖοι τυγχάνουσιν ἐν ἅπασι τοῖς βιβλίοις. Ὁ μέντοι ὄγδοος διάφορός τέ ἐστι καὶ τῇ ἐπιγραφῇ καὶ τῷ ἐδάφει. Ἔν τισι μὲν γὰρ, *Τίς ὁ*

σωζόμενος πλούσιος, ἐπιγράφεται, καὶ ἄρχεται ἔστως· *Οἱ μὲν τοὺς ἐγκωμιαστικοὺς λόγους*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐν τισι δὲ Στρωματεὺς ὄγδοος, ὥσπερ καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ ἑπτὰ, ἐπιγράφεται καὶ ἀπάρχεται· *Ἀλλ' οὐδὲ οἱ παλαιότατοι τῶν φιλοσόφων*, καὶ τὰ ἑξῆς. Αὕτη δὲ ἡ τῶν *Στρωματέων* βίβλος ἐνιαχοῦ οὐκ ὑγιῶς διαλαμβάνει, οὐ μέντοι γε ὥσπερ αἱ *Ὑποτυπώσεις*, ἀλλὰ καὶ πρὸς πολλὰ τῶν ἐκεῖ διαμάχεται. Ἐπαγγέλλεται δὲ καὶ ἄλλα πεποιῆσθαι αὐτῷ συγγράμματα οὐκ ὀλίγα· καί γε καὶ ὑφ' ἑτέρων πεποιῆσθαι μεμαρτύρηται, *Περὶ τε τοῦ Πάσχα*, καὶ *Περὶ νηστείας*, καὶ *Περὶ κακολογίας*, *Περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν*, *Κατὰ τῶν ἀκολουθούντων τῇ τῶν Ἰουδαίων πλάνῃ*, ὃν Ἀλεξάνδρῳ Ἱεροσολύμων ἐπισκόπῳ προσεπεῖν ἔδοξεν. Ἤκμασε δὲ Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου υἱοῦ αὐτοῦ, Ῥώμης βασιλευόντων.

A principium est: *Qui laudatorias orationes*, et reliqua. In aliis vero Stromateus octavus, ut et reliqui septem libri, inscribitur et incipit: *Sed neque philosophi antiquissimi*, quæque sequuntur. *Stromateon* autem liber hic alicubi non sana tradit, non tamen ut *Hypotyposes*; nam multa etiam quæ ibi dicta fuerunt, oppugnat. Declarat autem a se alia non pauca conscripta esse; et vero etiam alii composuisse testantur *De Paschate*, *De jejunio*, *De obtrectatione*, *De canonibus ecclesiasticis*, et *Adversus eos qui Judæorum errorem sequuntur*, quem Alexandro Hierosolymorum episcopo nuncupasse videtur. Claruit vero Severo et Antonino ejus filio Romæ imperantibus.

*Idem, cod.* 252.

Ὅτι Ἱππόλυτος καὶ Εἰρηναῖος τὴν πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολὴν Παύλου οὐκ ἐκείνου εἶναί φασι. Κλήμης μέντοι καὶ Εὐσέβιος, καὶ πολὺς ἄλλος τῶν θεοφόρων Πατέρων ὅμιλος, ταῖς ἄλλαις συναριθμοῦσι ταύτην Ἐπιστολαῖς.

B Hippolytus et Irenæus Epistolam Pauli ad Hebræos dicunt non esse illius. Clemens quidem et Eusebius, aliorumque Patrum consensus hanc etiam aliis epistolis adnumerant.

*Georg. Syncellus, Chronographiæ pag.* 355.

Κλήμης ὁ Στρωματεύς, πρεσβύτερος Ἀλεξανδρείας, ἄριστος διδάσκαλος, ἐν τῇ κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίᾳ συντάττων διέλαμπεν.

Clemens *Stromatum* auctor, Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, doctor eximius, Christianæ philosophiæ scriptis clarebat.

---

# ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

## ΤΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

# ΛΟΓΟΣ ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΣ (35)

## ΠΡΟΣ ΕΛΛΗΝΑΣ.

—

# CLEMENTIS ALEXANDRINI

## COHORTATIO AD GENTES.

—

### CAPUT I.

***Ab orgiis et impiis idolorum mysteriis homines avocans, ad veram jubilationem Dei Verbi nomine provocat, et ad laudes Dei Patris ob revelatam veritatem celebrandas hortatur.***

Ἀμφίων ὁ Θηβαῖος καὶ Ἀρίων ὁ Μηθυμναῖος ἄμφω μὲν ἦστην ᾠδικώ, μῦθος δὲ ἄμφω (καὶ τὸ ᾆσμα εἰσέτι τοῦτο Ἑλλήνων χορεύεται)· τέχνη τῇ μου-

C I Amphion Thebanus, et Arion Methymnæus, uterque periti cantus, uterque fabula fuere (et in Græcorum choris id carmen adhuc decantari solet): quod

(35) Λόγος *Προτρεπτικός*. Protreptici titulum agnoscit et probat Auctor ipse, Strom. VII, his verbis: Καὶ περὶ μὲν τῆς δεισιδαιμονίας ἱκανῶς, οἶμαι, ἐν τῷ Προτρεπτικῷ ἐπιγραφομένῳ παρεστήσαμεν, κατακόρως τῇ κατιπειγούσῃ συγκαταχρώμενοι ἱστορίᾳ, H. Stilburg.—Hoc est nobile illud scriptum, in quo, teste Photio, τὴν Ἑλλήνων διελέγχει ἀθεότητα, qui de ordine recepto in Clementis libris esse nos securos jubet. Postquam enim primo loco de *Pædagogo* egit, huic tamen primum deberi confitetur: Ἔχει δὲ τούτων καὶ προηγούμενον καὶ συνταττόμενον λόγον ἕτερον, ἐν ᾧ τῶν Ἑλλήνων διελέγχει ἀθεό-

✠ musicæ viribus, hic quidem piscem inescaverit, ille vero Thebas muris cinxerit. Alius quidam e Thracia artifex (fertur enim hæc inter gentes fabula) solo cantu feras mulsit, fagos etiam arbores e propriis sedibus in alienas transtulit. Possem tibi aliam quoque fabulam commemorare, et alium cantorem illis similem, Eunomum Locrensem et cicadam Pythicam. Nam in celebritate totius Græciæ, quæ propter mortuum draconem Pythone convenerat, Eunomus epitaphium serpenti cecinit, quod hymnus fuerit an lamentatio serpentis, haud satis dixerim : verum constituto illic certamine, Eunomus æstivo tempore cithara ludebat, dum cicadæ calore solis animatæ sub foliis canerent per montes, haud illam quidem draconi mortuo, sed sapientissimo Deo, solutam legibus cantilenam, Eunomi modis præ-

A σιχῇ ὁ μὲν ἰχθὺν δελεάσας (36), ὁ δὲ Θήβας τειχίσας (37). Θρᾴκιος δὲ ἄλλος σοφιστὴς (38) (ἄλλος οὗτος μῦθος Ἑλληνικός) ἐτιθάσσευε τὰ θηρία γυμνῇ τῇ ᾠδῇ· καὶ δὴ τὰ δένδρα, τὰς φηγούς, μετεφύτευε τῇ μουσικῇ. Ἔχοιμ' ἂν σοι καὶ ἄλλον τούτοις ἀδελφὸν διηγήσασθαι μῦθον καὶ ᾠδὸν, Εὔνομον τὸν Λοκρὸν (39), καὶ τέττιγα τὸν Πυθικόν. Πανήγυρις Ἑλληνικὴ ἐπὶ νεκρῷ δράκοντι συνεκροτεῖτο Πυθοῖ, ἐπιτάφιον ἑρπετοῦ, (40) ᾄδοντος Εὐνόμου· ὕμνος ἢ θρῆνος ὄφεως ἦν ἡ ᾠδὴ, οὐκ ἔχω λέγειν. Ἀγὼν δὲ ἦν, καὶ ἐκιθάριζεν ὥρᾳ καύματος Εὔνομος, ὑπηνίκα οἱ τέττιγες ὑπὸ τοῖς πετάλοις ᾖδον ἀνὰ τὰ ὄρη, θερόμενοι ἡλίῳ· ᾖδον δὲ ἁπαλοῦ τῷ δράκοντι τῷ νεκρῷ (41). ἀλλὰ τῷ Θεῷ τῷ πανσόφῳ, αὐτόνομον ᾠδὴν, τῶν Εὐνόμου βελτίονα νόμων· ῥήγνυται χορδὴ τῷ Λοκρῷ· B ἐφίπταται ὁ τέττιξ τῷ ζυγῷ· ἐτερέτιζεν ὡς ἐπὶ κλά

✠ P. 2 ED. POTTER, 2 ED. PARIS.

τητα. Tertio deinde loco ponit τοὺς Στρωματεῖς, τοὺς ἐν ὀκτὼ λόγοις καθ' Ἑλλήνων καὶ αἱρέσεων τὸν ἀγῶνα εἰσηνεγμένους. Sed et recte scriptum hoc ἐλεγκτικόν vocat; potissima enim pars est ἀποτρεπτική· in qua de inventione et origine, de materia, templis et imaginibus gentilium deorum, et judicio de iis saniorum inter gentiles agitur. Quare non minus Ἀποτρεπτικός inscribi poterat, quemadmodum Theodoreti Θεραπευτικός, sive τῶν Ἑλληνικῶν παθημάτων θεραπευτική. Heinsius. — Quamvis, ut observat P. Victorius *Var. Lect.* lib. IV, c. 18, veteribus λόγοι προτρεπτικοὶ dictæ sunt orationes, quæ rem aliquam laudando ad eam capessendam *adhortabantur;* unde Aristoteles a Græcis Interpretibus traditur προτρεπτικὸν confecisse, quo adolescentes *impelleret* ad studia philosophiæ. Ipse autem aliquando mecum cogitavi, an Cicero verbis his ex Hortensio quæ citat Nonius, hujuscemodi orationem significarit : *Nam quod vereris, ne non conveniat nostris ætatibus ista oratio, quæ spectat ad hortandum.* Hæc ille. Pollux libro sexto citat Antisthenem ἐν τῷ Προτρεπτικῷ, et Galeni est Προτρεπτικὸς ἐπὶ τὰς τέχνας. Collect. — Nihilominus haud immerito προτρεπτικοὶ sermones vocantur, qui in refutatione falsarum opinionum præcipue versantur. Nemo enim melius ad amplectendam veritatem *hortatur*, quam qui adversos ipsi errores detegit. Unde Justinus martyr orationem illam, qua gentilium superstitiones redarguit, λόγον παραινετικὸν πρὸς Ἕλληνας appellavit. Quam, ut videtur, alio titulo τοῦ ἐλέγχου insignivit. Nam de hoc libro vix dubitaverim loqui Eusebium *Eccles. Hist.* lib. IV, cap. 18, ubi de S. Justini scriptis agit : Καὶ αὖθις ἕτερον πρὸς Ἕλληνας εἰς ἡμᾶς ἐλήλυθεν αὐτοῦ σύγγραμμα, ὃ καὶ ἐπέγραψεν Ἔλεγχον. Cæterum observat Heinsius, Photium nos docere, συντετάχθαι ταῦτα, *quod conjuncta jam olim fuerunt hæc* Clementis *scripta*. De duobus enim primis postquam egit, Stromateων libros statim subjungit. Itaque quemadmodum in multis, etiam in ordine, Πυθαγόρειος καὶ μυστηριώδης est Clemens. Primus enim est ἀποκάθαρσις, secundus μύησίς τε καὶ κατήχησις, tertius ἐποπτικός sive ἐποπτεία. Nam in primo, qui futuri Christiani sunt, *purgantur*; in secundo, facti jam *initiantur*; in tertio, ad sacra maxima, supremam Dei admittuntur notionem, et æternam contemplationem. Quod a studioso Clementis observari velle se dicit Heinsius. Illis porro adjiciendum, quod cum auctori propositum esset, ut gentes in perfectos Christianos formaret, primo illis persuadere aggreditur, ut relicto simulacrorum, falsorumque deorum cultu, sese ad veram religionem convertant. Quod quidem hoc sermone exsequitur, quem vocat Λόγον προτρεπτικόν, *suasoriam orationem*, uno vocabulo *Cohortationem* dicere placuit. Hanc proxime sequitur aliud opus, quo bene et secundum Evangelii rectæque rationis normam vivendi præcepta tradit. Quod, quia *pueris*, hoc est Christianis νεοφύτοις, necessariam doctrinam contineat Παιδαγωγοῦ titulo ornat. Tandem Στρωματέων libris, quibus id nominis indidit propter multiplicem, qua *contexti* sunt, materiæ varietatem, sublimiora religionis dogmata explicat, et diversa sentientes refellit. Atque hæc est præcipuorum Clementis operum, quæ quidem hodienum exstant, ἀκολουθία, quam ipse tradit *Pædag.* lib. I, cap. 1.

Cæterum *Cohortatio ad Gentes* duodecim capitibus constat, quorum summaria, ut etiam eorum, quæ singulis *Stromatum* libris continentur, et non paucas, tam in hos, quam in *Pædagogum*, *observationes* et *emendationes*, suis locis inserendas, perhumaniter mecum communicavit vir non vulgariter eruditus W. Lowthius, Ecclesiæ cathedralis Winthon. præbendarius.

(36) *Ὁ μὲν ἰχθὺν δελεάσας.* De Arione, præter auctores ab Herveto citatos, conf. Ælianus *Hist. animal.*, lib. II, cap. 6; lib. VI, cap. 15; lib. XII, cap. 45. Gregor. Nazianz., *Carmine Nicobuli ad Filium.* Apud Latinos, Plinius, *Nat. Hist.* lib. VIII, c. 9; Solinus, cap. 12, II. et ß.; Plutarchus Symposio septem Sapientum. Stlburg.

(37) *Ὁ δὲ Θήβας τειχίσας.* De Amphione vid. Pausanias *Bœoticis*, Horatius *Artis Poeticæ*, v. 394; Ejusdem lib. III, Od. 11; Solinus, cap. 15; Plutarchus, *De musica;* Propertius, l. III, eleg. 2; Plato, lib. III *De legibus.*

(38) *Θρᾴκιος σοφιστής.* Orpheus, cujus tota fabula exstat apud Ovidium in *Metamorphosi.* Vid. etiam Pausanias *Bœot.* Item Gregorius Nazianz., D *Carm. ad Vitalium*, et *ad Nemesium.* Idem tamen Gregor. etiam allegorice hanc de Orpheo et Amphione fabulam transfert ad eloquentiam, *Carmine Nicobuli ad filium*, his verbis ;

*Ὀρφεὴ κιθάρῃ μῦθος πέλεν, ὥσπερ ἔοικα,*
*Πάντας ἄγων μελέεσσιν ἐμῶς ἀγαθούς τε κακούς τε,*
*Ὡς δ' Ἀμφιονίη λύρη καὶ λᾶας ἕπειθε,*
*Ψυχὰς ἀντιτύπους πετρώδεας.*

Stlburg.

(39) *Εὔνομον τὸν Λοκρόν.* De Eunomo et cicada narrat Antigonus Παραδόξων συναγωγῇ, initio. Stlburg. — De cicadis Locrensibus Ælianus *De animalibus*, lib. V, cap. 9. Vide proverbium *Acanthia cicada.* Collect. Conf. etiam Cononis Διήγησις quinta.

(40) *Ἐπιτάφιον ἑρπ.* Ἐπιτάφιον ἑρπετοῦ· ᾄδοντος Εὐν. ms. Nov.

(41) *Δράκοντι τῷ νεκρῷ.* Τῷ Πυθικῷ addit ms. Nov., interpretamenti, ut videtur, loco.

δῳ, τῷ ὀργάνῳ· καὶ τοῦ τέττιγος τῷ ᾄσματι ἁρμοσάμενος (42) ὁ ᾠδὸς, τὴν λείπουσαν ἀνεπλήρωσε χορδήν. Οὐκοῦν ᾠδῇ τῇ Εὐνόμου ἄγεται ὁ τέττιξ, ὡς ὁ μῦθος βούλεται, χαλκοῦν (43) ἀναστήσας Πυθοῖ τὸν Εὔνομον, αὐτῇ τῇ κιθάρᾳ, καὶ τὸν συναγωνιστὴν τοῦ Λοκροῦ· ὁ δὲ ἑκὼν ἐφίπταται, καὶ ᾄδει ἑκών· Ἕλληνι δὲ ἔδοκει ὑποκριτὴς γεγονέναι μουσικῆς. Πῇ δὴ οὖν μύθοις κενοῖς πεπιστεύκατε, θέλγεσθαι μουσικῇ τὰ ζῶα ὑπολαμβάνοντες· ἀληθείας δὲ ὑμῖν τὸ πρόσωπον τὸ φαιδρὸν μόνον, ὡς ἔοικεν, ἐπίπλαστον εἶναι δοκεῖ, καὶ τοῖς ἀπιστίας (44) ὑποπέπτωκεν (45) ὀφθαλμοῖς; Κιθαιρὼν δὲ ἄρα, καὶ Ἑλικὼν, καὶ τὰ Ὀδρυσῶν δρη, καὶ Θρᾳκῶν τελεστήρια, τῆς πλάνης τὰ μυστήρια, τεθείαται καὶ καθύμνηται. Ἐγὼ μὲν, εἰ καὶ μῦθός εἰσι, δυσανασχετῶ τοσαύταις ἐκτραγῳδουμέναις συμφοραῖς· ὑμῖν δὲ, καὶ τῶν κακῶν ἀναγραφαὶ γεγόνασι δράματα (46). Ἀλλὰ γὰρ τὰ μὲν δράματα, καὶ τοὺς ληναΐζοντας ποιητὰς, τέλεον ἤδη παροινοῦντας, κιττῷ (47) που ἀναδήσαντες, ἀφραίνοντας ἐκτόπως τελετῇ βακχικῇ, αὐτοῖς σατύροις, καὶ θυάσῳ μαινάδι (48) σὺν καὶ τῷ ἄλλῳ δαιμόνων χορῷ, Ἑλικῶνι καὶ Κιθαιρῶνι καταχλείσωμεν γεγηρακόσιν. Κατάγωμεν (49) δὲ ἄνωθεν ἐξ οὐρανῶν ἀλήθειαν, ἅμα φανωτάτῃ φρονήσει, εἰς ὄρος ἅγιον Θεοῦ καὶ χορὸν τὸν ἅγιον τῶν προφητικῶν. Ἡ δὲ ὡς ὅτι μάλιστα τηλαυγὲς ἀποστίλβουσα φῶς, καταυγαζέτω πάντη τοὺς ἐν σκότει κυλινδουμένους, καὶ τῆς πλάνης τοὺς ἀνθρώπους ἀπαλλαττέτω, τὴν ὑπερτάτην (50) ὀρέγουσα (51) δεξιὰν, τὴν σύνεσιν, εἰς σωτηρίαν. Οἱ δὲ ἀνανεύσαντες (52) καὶ ἀνακύψαντες, Ἑλικῶνα μὲν καὶ Κιθαιρῶνα καταλειπόντων, οἰκούντων δὲ Σιών· *Ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἰερουσαλήμ.* Λόγος οὐράνιος, ὁ γνήσιος ἀγωνιστὴς (53) ἐπὶ τῷ παντὸς κόσμου θεάτρῳ στεφανούμενος. Ἄδει δέ γε ὁ Εὔνομος ὁ ἡμὸς οὐ τὸν Τερπάνδρου νόμον, οὐδὲ

stantiorem : tum rupta Locrensi chorda, in citharæ jugum advolat cicada, et instrumento musico tanquam ramo personat : citharœdus autem cicadæ cantui suum attemperans, deficientem chordam supplevit. Cicada ergo Eunomi cantu ducitur, ut in fabulis est, quæ æreum Eunomum, cum ipsa cithara, unaque sociam certaminis Pythone statuerunt : hæc autem sponte advolat, sponte etiam canit; et a gentibus musicam imitata fuisse credita est. Quare ergo vanissimis fabulis eam tribuistis fidem, ut bestias musica demulceri posse credatis : cum interea clarissima veritatis facies, sola vobis fuco esse obducta videatur, sola infidelibus oculis subjecta sit? Proinde Cithæron, et Helicon, et Odrysii montes, et Thracum telesteria, illa deceptionis mysteria, divinum in cultum relata sunt hymnisque celebrantur : quibus ego calamitatibus, quæ tragice decantantur, quamvis fabulas esse noverim, haud leviter perturbor, utcunque inter vos humanæ miseriæ in scenis repræsentari ✻ solent. Sed has quidem fabularum actiones, una cum poetis, qui tanquam Bacchanalia agentes penitus insaniunt, et ultra modum delirant, hedera redimitis more Bacchico, Satyris quoque ipsis, et furente turba Bacchantium, reliquoque deorum choro, in Heliconem et Cithæronem, qui jam consenuerunt, includamus. Horum loco veritatem, cum sapientia late splendente, in sanctum Dei montem, sanctumque prophetarum chorum e cœlo deducamus. Hæc autem clarissima sua luce omnes homines, qui in tenebris volutantur, undique illustret; et intelligentia, tanquam opitulatrice dextra, porrecta, ex erroribus in salutem vindicet. Tum illi, sublatis oculis, e tenebris emicantes, Helicone ac Cithærone desertis, Sion habitent : *Nam ex Sion egredietur lex, et verbum Do-*

✻ P. 3 ED. POTTER.

(42) *Τῷ ᾄσματι ἁρμοσάμενος.* Vult citharœdum cicadæ cantui suum instrumentum sic attemperasse, ut illa chordæ deficientis locum suppleret. Sic pag. 4 : Τὸν ἄνθρωπον ἁγίῳ Πνεύματι ἁρμοσάμενος. Et *Pædag.* lib. 1 sub finem cap. 12 : Ἡμᾶς ἁρμοσαμένους χρὴ αὖθις αὐτοὺς πρὸς τὸν παιδαγωγὸν....τῷ ὄντι ζῆν.

(43) *ὨΙδῇ τῇ Εὐνόμου ἄγεται ὁ τέττιξ, ὡς ὁ μῦθος βούλεται, χαλκοῦν.* Hæc omittit ms. Nov. scriptoris haud dubio negligentia, qui sententiam inter voces ὁμοιοτελεύτους, scilicet οὐκοῦν et χαλκοῦν, positam oculo male festinanti præterit.

(44) *Τοῖς ἀπιστίας.* Τοῖς τῆς ἀπιστίας, ms. Nov.

(45) *Ὑποπέπτωκεν.* Ὕποπτον, *suspectum*, legere mavult Lowthius. Sed ὑποπίπτειν eodem aut simili sensu adhibent, cum alii scriptores, tum etiam ipse Clemens.

(46) *Δράματα.* Hæc addit ms. Nov. : καὶ τῶν δραμάτων οἱ ὑποκριταὶ θυμηδίας θεάματα, *et fabularum actores jucunda spectacula.* Quæ propter δράματα et θεάματα, voces ὁμοιοτελεύτους, excidisse verisimile est.

(47) *Κιττῷ.* Scilicet more ebriorum et bacchantium, quibus hedera sese coronare, sacra Baccho arbore, solemne olim erat.

(48) *Μαινάδι.* Μαινώλῃ ms. Nov. Legendum porro μαινόλῃ. Nam μαινόλης est apud Hesychium et Suidam, et Clemens Bacchum postea vocat Διόνυσον μαινόλην p. 9, idemque in epigrammate μαινόλιος Βάκχος dicitur.

(49) *Κατάγωμεν.* Partes hujus sententiæ totidem præcedentis partibus sunt ἀντίστοιχοι· scilicet ἀλήθεια et φρόνησις Christianorum, τῇ πλάνῃ et ἀφραδίᾳ gentium : Mons Dei, poeticis montibus, Heliconi et Cithæroni : prophetarum denique chorus dæmonum et bacchantium choro respondet.

(50) *Ὑπερτάτην.* Id est, ἰσχυροτάτην. Quemadmodum apud Sophoclem, ἐξ ὑπερτέρας χειρός explicari solet ἰσχυροτέρας, seu μετὰ δυνάμεως μείζονος.

(51) *Ὀρέγουσα.* Ὀρέγουσαν ms. Nov. manifesto errore.

(52) *Οἱ δὲ ἀνανεύσαντες.* Simile est, quod postea dicit hujus libri pag. 66 : Ἀνανεύσατε τῆς γῆς εἰς αἰθέρα, ἀναβλέψατε εἰς οὐρανόν : *a terra in æthera oculos attollite, in cœlum suspicite.* Nam ἀνανεύειν hoc loco non est ἀνανήφειν, *ad se reverti*, ut Hervetus, et post eum alii putarunt; sed idem fere quod ἀνακύψαι, *sursum oculos attollere.*

(53) *Γνήσιος ἀγών.* Per metaphoram a Græcis certaminibus sumptam, in quibus coronæ victoribus dari solebant, dicit Christum, quem οὐράνιον Logon vocat, universas totius mundi gentes tandem devicisse. Similis locus occurrit hujusce libri, pag. 68, 69. Γνήσιος γὰρ ἦν ἀγωνιστὴς, καὶ τοῦ πλάσματος συναγωνιστής· τάχιστα δὲ εἰς πάντας ἀνθρώπους διαδοθεὶς, θᾶττον ἡλίου ἐξ αὐτῆς ἀνατολῆς τῆς πατρικῆς βουλήσεως ῥᾷστα ἡμῖν ἐπέλαμψε τὸν Θεόν. Conf. Strom. VII, pag. 710.

*mini de Hierusalem*[1] : cœleste, inquam, *Verbum*, ob legitimi certaminis victoriam in theatro totius mundi coronatum. Et meus quidem Eunomus, non Terpandri modum, non Capitonis, non Phrygium, non Lydium, non Doricum canit; sed æternum *canticum*[2], Leviticum,

A τὸν Καπίτωνος, οὐδὲ μὴν Φρύγιον, ἢ Λύδιον, ἢ Δώριον, ἀλλὰ τῆς καινῆς ἁρμονίας τὸν ἄϊδιον νόμον, τὸν φερώνυμον τοῦ Θεοῦ, τὸ ᾆσμα τὸ καινόν (54), τὸ Λευιτικόν,

novæ harmoniæ modum, Dei cognominem, *novum*

*Leniens dolorem, iramque, et malorum oblivionem inducens omnium.*

Etenim dulce quoddam, et in animis hominum potens pharmacum, cum hoc cantico commistum est. Mihi autem videntur Thracius ille Orpheus, et Thebanus alter, tertiusque Methymnæus, viri quidam, non viri, ✠ impostores fuisse, qui prætextu musicæ labefactarunt humanam vitam, utique mores ingeniosis suis præstigiis corrumperent, dæmoniaco quodam furore stimulati, probra et dolores hominum in religionem, deorumque cæremonias trahendo, eos ad simulacrorum cultum primi converterunt. Quinetiam lapidibus et lignis, hoc est statuis et simulacris, tanquam fundamentis constituendæ inter gentes impuritatis usi, illam vere pulchram libertatem hominum sub cœlo agentium, carminibus suis et incantationibus extremæ servituti illigarunt; non est autem ejusmodi meus cantor, qui, ut servitium **2** dæmonum crudeliter dominantium brevi dissolveret, advenit; nos autem ad mite et facile jugum pietatis traducit, humique

*Νηπενθὲς* (55) *τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθες ἁπάντων.*

Γλυκύ τε καὶ ἀληθινὸν φάρμακον πειθοῖ ἐγκέκραται τῷ ᾄσματι. Ἐμοὶ μὲν οὖν δοκοῦσιν ὁ Θρᾴκιος ἐκεῖνος Ὀρφεὺς καὶ ὁ Θηβαῖος, καὶ ὁ Μηθυμναῖος, ἄνδρες τινὲς, οὐκ ἄνδρες (56), ἀπατηλοὶ γεγονέναι, προσχήματι μουσικῆς (57) λυμηνάμενοι τὸν βίον, ἐντέχνῳ τινὶ γοητείᾳ δαιμονῶντες εἰς διαφθορὰς, ὕβρεις ὀργιάζοντες, πένθη ἐκθειάζοντες, τοὺς ἀνθρώπους ἐπὶ τὰ εἴδωλα χειραγωγῆσαι πρῶτοι· καὶ μὴν λίθοις καὶ ξύλοις, τουτέστιν ἀγάλμασι καὶ σκιαγραφίαις, ἀνοικοδομῆσαι τὴν σκαιότητα τοῦ ἔθνους (58)· τὴν καλὴν ὄντως ἐκείνην ἐλευθερίαν τῶν ὑπ' οὐρανὸν πεπολιτευμένων ᾠδαῖς καὶ ἐπῳδαῖς ἐσχάτῃ δουλείᾳ καταζεύξαντες (59)· ἀλλ' οὐ τοιόσδε ὁ ᾠδὸς ὁ ἐμὸς, οὐδ' εἰς μακρὰν καταλύσων (60) ἀφῖκται τὴν δουλείαν τὴν πικρὰν τῶν τυραννούντων δαιμόνων· ὡς δὲ τὸν πρᾶον καὶ φιλάνθρωπον τῆς θεοσεβείας μετάγων ἡμᾶς ζυγὸν, αὖθις εἰς οὐρανοὺς ἀνακαλεῖται τοὺς εἰς γῆν ἐρριμμένους. Μόνος γοῦν τῶν πώποτε τὰ ἀργαλεώτατα θηρία (61), τοὺς ἀνθρώπους, ἐπιθάσσευεν

*Etenim dulce quoddam, et in animis hominum potens pharmacum, cum hoc cantico commistum est. Mihi autem videntur Thracius ille Orpheus, et Thebanus alter, tertiusque Methymnæus, viri quidam, non viri, impostores fuisse, qui prætextu musicæ labefactarunt humanam vitam, utique mores ingeniosis suis præstigiis corrumperent, dæmoniaco quodam furore stimulati, probra et dolores hominum in religionem, deorumque cæremonias trahendo, eos ad simulacrorum cultum primi converterunt. Quinetiam lapidibus et lignis, hoc est statuis et simulacris, tanquam fundamentis constituendæ inter gentes impuritatis usi, illam vere pulchram libertatem hominum sub cœlo agentium, carminibus suis et incantationibus extremæ servituti illigarunt; non est autem ejusmodi meus cantor, qui, ut servitium dæmonum crudeliter dominantium brevi dissolveret, advenit; nos autem ad mite et facile jugum pietatis traducit, humique*

✠ P. 4 ED. POTTER, 3 ED. PARIS. [1] Isa. II, 3. [2] Psal. XCV, 1; XCVII, 1.

(54) *Τὸ ᾆσμα τὸ καινόν.* Quid hoc velit, paulo post satis plene explicat p. 5.

(55) *Νηπενθὲς τ'. ...τ'* omittit ms. Nov. Respicit autem Clemens *Odyss.* Δ, v. 220, quo loco de Circe hæc scribit Homerus:

Αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον, ἔνθεν ἔπινον,
Νηπενθές τ', ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθες ἁπάντων.

*Statim autem in vinum injecit medicamentum, inter bibendum,*
*Quod luctum sedat, iramque, et malorum omnium oblivionem inducit.*

Conf. etiam Gregorii Nazianz. *Carm. Nicobuli ad filium*, v. 202.

(56) *Ἄνδρες τινὲς, οὐκ ἄνδρες.* Gatakerus, in *Advers.* cap. 8, ait: Lege οὐκ ἀΐδριες. *Non inscitos, non imperitos*, sed callidos, gnaros, astutos, i. e. ἀπατηλούς, uti continuo sequitur, appellat: utpote qui artificii musici lenocinio, tanquam carmine quodam magico delinitos in fraudem ac perniciem, morumque labem, et simulacrorum cultum, ac dæmonum malignorum servitium, mortales miseros illexerint. Hæc ille. Verumtamen veterem lectionem retinere visum est: quippe cum velit auctor, eos, qui humano generi tantam perniciem intulerunt, non tam *viros* esse, quam dæmones, habendos. Quemadmodum alias homines vitiis deditos dicit θηρία μᾶλλον ἢ ἀνθρώπους, *feras potius bestias, quam homines*, esse, *Strom.* IV, p. 479, homines ἀφελεῖς, *simplices*, ὡς ἄρνας, οὐκ ἄνδρας, *tanquam agnos* habendos esse, non *viros*, *Pædag.* lib. I, cap. 5, p. 86. Denique viros molles et effeminatos, οὐκ ἄνδρας, βατάλους δὲ, καὶ γύνιδας, *non* esse vocandos *viros*, *sed batalos et semiviros*. Simile est, quod de falso dictis philosophis protulit Tatianus pag. 15 ed. Oxon.: Μὴ παρατυθέτωσαν ὑμᾶς αἱ τῶν φιλοσόφων καὶ οὐ φιλοσόφων πανηγύρεις. *Ne vos traducant philosophorum istorum non philosophorum cœtus.* Illud item Euripidis *Ores.* v. 1555.

Διττοὺν λέοντοιν· οὐ γὰρ ἄνδρ' αὐτὼ καλῶ.
*Duorum leonum: non enim viros eos voco.*

Et quod dixit *Constit. apost.* auctor, lib. II, cap. 21: Παραδύσεις λύκοις εἰς κατάβρωμα, τουτέστι δαίμοσι καὶ πονηροῖς ἀνθρώποις, μᾶλλον δὲ οὐκ ἀνθρώποις, ἀλλὰ θηρίοις ἀνθρωποειδέσιν, ἐθνικοῖς, καὶ Ἰουδαΐσταῖς καὶ αἱρεσιώταις ἀθέοις. *Devorandum trades lupis, hoc est dæmonibus et pravis hominibus: imo vero non hominibus, sed feris humana forma præditis, ethnicis nempe, judaizantibus et impiis hæreticis.*

(57) *Προσχήματι μουσ.* Προσχήματι μουσικῆς· λυμηνάμενοι τὸν βίον ἐντέχνῳ τινὶ γοητείᾳ δαιμονῶντες· εἰς διαφθορὰς ὕβρεις ὀργιάζ. Ms. Nov. Similia his habet Minutius *Octavio*: *Considera denique sacra ipsa et ipsa mysteria, invenies exitus tristes, fata et funera, et luctus atque planctus.* Atheganoras *Legatione*, Τὰ πάθη αὐτῶν, inquit, δεικνύουσι μυστήρια. *Deorum passiones et libidines vocant mysteria.*

(58) *Σκαιότητα τοῦ ἔθνους.* Scribe ἔθους *consuetudinis*, auctoritate ms. Nov. Similiter apud Philonem Judæum, lib. I *De vita Moysis*, pag. 645, pro ἐθνῶν ἰδιότητα, scribendum ex codice ms. G. Whelani, ἐθῶν ἰδιότητα.

(59) *Καταζεύξαντες.* In exemplari scriptum ambiguo errore κατεξεύξαντες. H. legit κατιξεύσαντες, ut sit, *ceu visco involventes.* Nostrum et H. καταζεύξαντες confirmat continuata ζυγοῦ metaphora, et repetita inferius ejusdem verbi usurpatio: τῶν ἀνθρώπων τὴν συνωρίδα καταζεύξας εἰς τὸν Θεόν. SYLBURG.

(60) *Καταλύσων.* Paria sunt quæ dixit Tatianus, cap. 47, p. 105: ὅτι λύει τὴν ἐν κόσμῳ δουλείαν, καὶ ἀρχόντων μὲν πολλῶν καὶ μυρίων ἡμᾶς ἀποσπᾷ. *A servitute mundi solvunt* (sacræ sc. Scripturæ) *et a multis dominis et innumeris tyrannis liberant.*

(61) *Θηρία.* His similia habes *Strom.* IV, p. 479.

πτηνὰ μὲν, τοὺς κούφους αὐτῶν· ἑρπετὰ δὲ, τοὺς ἀπατεῶνας· καὶ λέοντας μὲν, τοὺς θυμικούς· σύας δὲ, τοὺς ἡδονικούς· λύκους δὲ, τοὺς ἁρπακτικούς. Λίθοι δὲ καὶ ξύλα οἱ ἄφρονες· πρὸς δὲ καὶ λίθων ἀναισθητότερος ἄνθρωπος ἀγνοίᾳ βεβαπτισμένος. Μάρτυς ἡμῖν προφητικὴ παρίτω φωνὴ, συνῳδὸς ἀληθείας, τοὺς ἐν ἀγνοίᾳ καὶ ἀνοίᾳ κατατετριμμένους οἰκτείρουσα· Δυνατὸς γὰρ (62) ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ· ὃς, κατιλεήσας τὴν ἀμαθίαν τὴν πολλὴν καὶ τὴν σκληροκαρδίαν τῶν εἰς τὴν ἀλήθειαν λελιθωμένων, ἤγειρεν θεοσεβείας σπέρμα, ἀρετῆς αἰσθόμενον, ἐκ λίθων ἐκείνων, τῶν λίθοις πεπιστευκότων ἐθνῶν. Αὖθις οὖν ἰοβόλους εἰνὰς καὶ παλιμβόλους ὑποκριτὰς ἐροδεύοντας δικαιοσύνῃ *γεννήματα ἐχιδνῶν* κέκληκέ που· ἀλλὰ καὶ τούτων εἴ τις τῶν ὄφεων μετανοήσαι ἐκών, ἑπόμενος δὴ τῷ Λόγῳ, *ἄνθρωπος* γίνεται *Θεοῦ*. Λύκους δὲ ἄλλους ἀλληγορεῖ *προβάτων κωδίοις ἠμφιεσμένους*, τοὺς ἐν ἀνθρώπων μορφαῖς ἁρπακτικοὺς αἰνιττόμενος. Καὶ πάντα ἄρα ταῦτα τὰ ἀγριώτατα (63) θηρία, καὶ τοὺς τοιούτους λίθους, ἡ οὐράνιος ᾠδὴ μετεμόρφωσεν εἰς ἀνθρώπους ἡμέρους. *Ἦμεν γάρ*, ἦμέν *ποτε καὶ ἡμεῖς ἀνόητοι, ἀπειθεῖς, πλανώμενοι, δουλεύοντες ἡδοναῖς καὶ ἐπιθυμίαις ποικίλαις, ἐν κακίᾳ καὶ φθόνῳ διάγοντες, στυγητοί, μισοῦντες ἀλλήλους*, ἧ φησιν ἡ ἀποστολικὴ γραφή. *Ὅτε δὲ ἡ χρηστότης, καὶ ἡ φιλανθρωπία ἐπεφάνη τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ, ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸ αὐτοῦ ἔλεος ἔσωσεν ἡμᾶς*. Ὑρα τὸ ᾄσμα τὸ καινὸν ὅσον ἴσχυσεν· ἀνθρώπους ἐκ λίθων, καὶ ἀνθρώπους ἐκ θηρίων πεποίηκεν· οἱ δὲ τηνάλλως ὡς νεκροὶ (64), οἱ τῆς ὄντως οὔσης ἀμέτοχοι ζωῆς, ἀκροαταὶ μόνον γενόμενοι τοῦ ᾄσματος, ἀνεβίωσαν. Τοῦτό τοι καὶ τὸ πᾶν ἐκόσμησεν ἐμμελῶς, καὶ τῶν στοιχείων τὴν διαφωνίαν εἰς τάξιν ἐνέτεινεν ἐμφωνίας (65), ἵνα δὴ ὅλος ὁ κόσμος αὐτῷ ἁρμονία γένηται· καὶ θάλασσαν μὲν ἀνῆκε λελυμένην, γῆς δὲ ἐπιβαίνειν κεκώλυκεν (66) αὐτήν. Γῆν δ' ἐμπαλιν ἐστερέωσε, φερομένην, καὶ ὄρον αὐτῇ ἔπηξε θάλασσαν. Καὶ μὴν καὶ πυρὸς (67) ὁρμὴν ἐμάλαξεν ἀέρι, οἱονεὶ Δώριον ἁρμονίαν κράσας Λυδίῳ· καὶ τὴν ἀέρος ἀπηνῆ ψυχρότητα τῇ παραπλοκῇ τοῦ πυρὸς ἐτιθάσευσε, τοὺς νεάτους τῶν ὅλων φθόγγους τούτους χειρὶ ἐμμελῶς. Καὶ δὴ τὸ ᾄσμα τὸ ἀκήρατον, ἔρεισμα τῶν ὅλων, καὶ ἁρμονία τῶν πάντων, ἀπὸ τῶν μέσων ἐπὶ τὰ πέρατα, καὶ ἀπὸ τῶν ἄκρων ἐπὶ τὰ μέσα διαταθὲν, ἡρμόσατο τόδε τὸ πᾶν, οὐ κατὰ τὴν Θρᾴκιον μουσικὴν, τὴν παραπλήσιον Τουβάλ (68), κατὰ δὲ τὴν πάτριον τοῦ

abjectos ad cœlum revocat. Solus igitur ille inter omnes, quos adhuc novimus, feras sævissimas, homines, mansuefecit; volucres quidem, qui leves ex illis sunt; reptiles, qui deceptores; leones, qui iracundi; sues, qui voluptatibus dediti; lupos denique, qui rapaces. Lapides autem et ligna sunt insipientes, nisi quod qui ignorantia imbuitur, ipsis quoque lapidibus stupidior esse comperiatur. Testem advoco vocem illam propheticam veritati consonam, qua deploratur eorum miseria, qui ignorantia et amentia conteruntur: *Potens* enim *est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ* [a]. Qui maximam eorum inscitiam et *duricordiam* miseratus, qui ad veritatem plane lapides facti sunt, ex his lapidibus, nempe gentibus, quæ in lapides crediderunt, pietatis semen, sensu virtutis præditum suscitavit. Rursum illos veneficos et versipelles hypocritas, qui justitiæ clam insidiabantur, quodam loco *progeniem viperarum* appellavit [b]: sed tamen horum etiam serpentum si quis voluntaria ductus pœnitentia Verbum sequatur, is *homo Dei* efficitur [c]. Alios item vocat *lupos pellibus ovium indutos* [d], rapaces homines innuens. Has igitur omnes immanissimas feras, et hujusmodi lapides, cœlestis ille cantus in mansuetos homines transformavit. *Eramus enim*, eramus *aliquando et nos insipientes, increduli, errantes, servientes voluptatibus et desideriis variis, in malitia et invidia agentes, odibiles, et odientes invicem* [e], ut ait scriptura apostolica. ✠ *Cum autem benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei, non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit* [f]. En! quantam habet vim illud novum canticum, quod homines ex lapidibus, homines ex feris formavit; quin et ii, qui alioquin veluti mortui fuerunt, utpote illa, quæ sola vera est vita, privati, audito hoc cantico, statim revixerunt. Hoc et universitatem rerum apteque numeroseque concinnavit, et elementa dissonantia sic docuit servare concentum, ut totus hic mundus harmonia quadam constaret. Mari quidem humidam et instabilem naturam dedit, et tamen terram incursare prohibuit. Terram vero, quæ prius huc illuc fluitabat, immobilem fecit, eique mare pro termino constituit. Quin etiam circumfuso aere vim ignis mollivit, quodammodo Doricos modos Lydiis moderans: et immite frigus aeris ignis complexu lenivit, hujus universi partibus, tanquam extremis sonis, æqualiter temperatis: proinde hoc immortale can-

✠ P. 5 ED. POITIER, 4 ED. PARIS. [a] Matth. III, 9; Luc. III, 8. [b] Matth. III, 7; Luc. III, 7. [c] II Tim. III, 17. [d] Matth. VII, 15. [e] Tit. III, 3. [f] Tit. III, 4, 5.

(62) Δυνατὸς γάρ. Hanc interpretationem ex Irenæo forte sumpsit Clemens. Is enim lib. IV, cap. 16, hæc ait: *Potens est enim Deus*, etc. *Hoc autem fecit Jesus a lapidum religione extrahens nos, et a nostris duris et infructuosis cogitationibus transferens nos, et similem Abrahæ fidem in nobis constituens.*

(63) Τὰ ἀγρ. Τὰ omittit ms. Nov.

(64) Ὡς νεκρ. Ὡς omittit ms. Nov.

(65) Ἐνέτεινεν ἐμφωνίας. Scribe ex ms. Nov. ἐνέτεινε συμφωνίας. Etenim συμφωνία præcedenti διαφωνίᾳ melius respondet quam ἐμφωνία. Quod Sylburgius etiam vidit.

(66) Κεκώλ. Κεκώλυκεν αὐτὴν δὴ γῆν ἐμπαλιν, ἐστερέωσε φέρ. Ms. Nov. Idem mox pro ἐτιθάσευσε habet ἐτιθάσσευεν.

(67) Πυρός. Scilicet ignis elementaris, quem supra aerem sub concavo lunæ cum Aristotele ponere videtur.

(68) Τουβάλ. Ille, cum e Caini familia esset, musicam invenit: quam proinde Clemens, ut profa-

ticum, totius firmamentum, omniumque partium harmonia, a mediis ad extremos fines, et rursus a finibus ad media pertingens, hoc universum apte disposuit, non quidem secundum Thraciam musicam, quæ similis est ei, quam invenit Tubal; sed secundum eam, quam æmulatus est David, Dei Creatoris voluntatem. Verbum autem Dei, quod ex David natum, ante eum fuit, lyra et cithara, quæ inanima sunt instrumenta, contemptis, mundum hunc, et hominem, qui parvus quidam mundus est, ejusque animam et corpus divino Spiritui attemperans, multarum vocum instrumento Deum celebrat, et huic instrumento, nempe homini, accinit: *Tu enim es cithara, et tibia, et templum meum.* Cithara quidem, propter harmoniam; tibia, propter Spiritum; templum autem, propter Verbum: ut illa resonet, ista inspiret, hoc vero contineat Dominum. Porro David, rex ille citharœdus, paulo ante memoratus, ✠ hortabatur ad veritatem, a dæmoniis abducebat, tantumque ab eorum laudibus celebrandis abfuit, ut eos vera musica expelleret, et Saul malo spiritu vexatum solo cantu sanaret. Nec solum hominem pulchrum et spirans instrumentum Dominus ad sui imaginem effecit; sed ipse, supramundana sapientia, cœlesteque Verbum, est instrumentum Dei numeris omnibus instructum, concinnum, et sanctum. Quid ergo instrumentum hoc, Dominus noster Dei Verbum, quid illud novum canticum vocant? Cæcis visum restituere, surdis aures aperire, et claudos atque errantes in viam justitiæ deducere, Deum insipientibus monstrare, corruptionem tollere, mortem vincere, filios denique immorigeros patri reconciliare. Nam Dei instrumentum amat humanum genus: Dominus miseretur, castigat, hortatur, admonet, conservat, custodit, et doctrinæ

✠ P. 6 ED. POTTER, 5 ED. PARIS.

nam, opponit musicæ τοῦ θεοπνεύστου David.

(69) *Κόσμον δέ. Physici*, inquit Macrobius, l. II, in *Somnium Scipionis*, cap. 12, *mundum, magnum hominem; et hominem brevem mundum esse dixerunt.* Quod sic expressit Philo Judæus libro *Quis rerum divinarum hæres*, pag. 502: Ἐναλλάττοντες, βραχὺν μὲν κόσμον τὸν ἄνθρωπον, μέγαν δὲ ἄνθρωπον ἔφασαν τὸν κόσμον εἶναι. De homine *microcosmo*, κόσμῳ συντόμῳ, ubique legas. Mox τόν omittit ms. Nov. ante σμικρόν.

(70) *Τούτῳ τῷ ὀργάνῳ.* Τούτῳ omittit ms. Nov. His similia habet Clemens *Pædag.*, lib. II, cap. 4, pag. 164, et *Strom.* VI, pag. 658, 659. Plerique veterum Patrum homines θεοπνεύστους *organis* musicis assimilant. Justinus M., *Paræn.*, pag. 61. ed. Oxon.: Αὐτὸ τὸ θεῖον ἐξ οὐρανοῦ κατιὸν πλῆκτρον, ὥσπερ ὀργάνῳ κιθάρᾳ τινὸς ἢ λύρας τοῖς ἀνδράσι δικαίοις χρώμενον, τὴν τῶν θείων ἡμῖν καὶ οὐρανίων ἀποκαλύψῃ γνῶσιν. *Ipsum divinum plectrum cœlitus descendens, quasi instrumento quopiam citharæ alicujus vel lyræ viris justis utens, divinarum nobis et cœlestium rerum cognitionem revelaret.* Athenagoras *Legat.* p. 38 ed. Oxon. de prophetis ait: Συγχρησαμένου τοῦ Πνεύματος, ὥστε καὶ αὐλητὴς, αὐλὸν ἐμπνεῦσαι, *cum Spiritus eodem modo per illos operaretur, quo tibicen inflat fistulam.* Et pag. 56, de toto mundo: Εἰ τοίνυν ἐμμελὲς ὁ κόσμος ὄργανον καὶ κινούμενον ἐν ῥυθμῷ, τὸν ἁρμοσάμενον καὶ τιτάροντα τοὺς φθόγγους, καὶ τὸ σύμφωνον ἐπάδοντα μέλος, οὐ τὸ ὄργανον, προσκυνῶ. *Si ergo mundus instrumentum canorum est, quod moretur ad numerum, ego eum, qui concentum temperat, et sonos eribrat, et congruum succinit carmen, non instrumentum, adoro.* Quæ sunt his, quæ dicit Clemens, persimilia.

(71) *Σὺ γὰρ εἶ.* Christi verba, ut videtur, e sacro aliquo hymno citata. Cæterum pro ἐμός Nov. habet ἐμοί.

(72) *Διὰ τὸν Λόγον.* Scilicet ἐνοικοῦντα, propter Dei Verbum in animabus justorum habitantem. Ἀνθρώπου δικαίου ψυχὴ ἐν ᾗ διὰ τῆς τῶν παραγγελμάτων ὑπακοῆς τεμενίζεται καὶ ἐνιδρύεται ὁ πάντων ἡγεμὼν ... Λόγος αἰώνιος. *Hominis justi anima, in qua per præceptorum obedientiam ut in templo collocatur omnium dux, æternum Verbum.* Strom. VII, pag. 708.

(73) *Ὃς πρ.* Nov. omittit ὃς.

(74) *Ἢ τῷ Σαοὺλ ἐνεργουμένῳ.* Ἦτω ἐναυλος ὁ ἐνεργούμενος, Nov.; ἐνεργουμένη edit. Flor.; ἐνεργουμένη Sylburg, mendose omnia.

(75) *Τοῦ Θεοῦ.* Τοῦ abest a Nov.

(76) *Ὀφθαλμούς.* Respicit Matth. XI, 5; Luc. VII, 22.

(77) *Φιλάνθρωπον.* Conf. Pædag., lib. I, principio c. 9, et fine c. 7.

(78) *Ἐπὶ μόνῃς. Strom.* VII, pag. 707, dicit nec sacrificia, nec aliud quidquam nunc a nobis exspectari, nisi ut nosmet Deo dedicemus. Μόνῃ γὰρ τῇ ἡμετέρᾳ σωτηρίᾳ ὁ Θεὸς ἥδεται. *Sola enim nostra salute delectatur Deus.*

(79) *Φιλανθρωπίαν· τῆς.* Φιλανθρωπίαν τῆς χάριτος μεταλάμβανε Nov.

ριτος μεταλάμβανε. Καί μου τὸ ᾆσμα τὸ σωτήριον μὴ καινὸν οὕτως ὑπολάβῃς, ὡς σκεῦος ἢ ὡς οἰκίαν· *Πρὸ ἑωσφόρου* (80) γὰρ ἦν, καὶ *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος*. Παλαιὰ δὲ ἡ πλάνη, καινὸν δὲ ἡ ἀλήθεια φαίνεται. Εἶτ' οὖν ἀρχαίους τοὺς Φρύγας διδάσκουσιν αἶγες μυθικαί· εἴτε αὖ τοὺς Ἀρκάδας (81) οἱ *προσελήνους* ἀναγράφοντες ποιηταί· εἴτε μὴν αὖ τοὺς Αἰγυπτίους, οἱ καὶ πρώτην ταύτην ἀναφῦναι (82) τὴν γῆν Θεούς τε καὶ ἀνθρώπους ὀνειρώσσοντες· ἀλλ' οὐ πρό γε τοῦ κόσμου τοῦδε τούτων οὐδὲ εἷς. Πρὸ δὲ τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς ἡμεῖς, οἱ τῷ δεῖν ἔσεσθαι ἐν αὐτῷ πρότερον γεγεννημένοι τῷ Θεῷ· τοῦ Θεοῦ Λόγου τὰ λογικὰ πλάσματα ἡμεῖς· δι' ὃν ἀρχαῖζομεν, ὅτι *ἐν ἀρχῇ ὁ Λόγος ἦν*. Ἀλλ' ὅτι μὲν ἦν ὁ Λόγος ἄνωθεν, ἀρχὴ θεία τῶν πάντων ἦν τε καὶ ἔστιν· ὅτι δὲ νῦν ὄνομα ἔλαβεν τὸ πάλαι καθωσιωμένον, δυνάμεως ἄξιον, ὁ Χριστὸς, καινὸν ᾆσμά μοι κέκληται. Οὗτος γοῦν ὁ Λόγος ὁ Χριστὸς, καὶ τοῦ εἶναι πάλαι ἡμᾶς (ἦν γὰρ ἐν Θεῷ [83]·) καὶ τοῦ εὖ εἶναι, νῦν δὴ ἐπιφάνη ἀνθρώποις αὐτὸς οὗτος ὁ Λόγος, ὁ μόνος ἄμφω, Θεός τε καὶ ἄνθρωπος, ἁπάντων ἡμῖν αἴτιος ἀγαθῶν· παρ' οὗ τὸ εὖ ζῆν ἐκδιδασκόμενοι, εἰς ἄῖδιον ζωὴν παραπεμπόμεθα. Κατὰ γὰρ τὸν θεσπέσιον ἐκεῖνον τοῦ Κυρίου Ἀπόστολον· *Ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις ἐπεφάνη, παιδεύουσα ἡμᾶς, ἵνα, ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σωφρόνως, καὶ δικαίως, καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*. Τοῦτό ἐστι τὸ ᾆσμα τὸ καινὸν, ἡ ἐπιφάνεια ἡ νῦν ἐκλάμψασα (84) ἐν ἡμῖν τοῦ *ἐν ἀρχῇ* ὄντος καὶ *πρό*ντος Λόγου· ἐπεφάνη δὲ ἐναγχος ὁ προὼν Σωτήρ· ἐπεφάνη ὁ ἐν τῷ ὄντι ὤν, ὅτι ὁ Λόγος, ὃς ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, *Διδάσκαλος* ἐπεφάνη, ᾧ τὰ πάντα δεδημιούργηται· Λόγος, ὁ καὶ τὸ ζῆν ἐν ἀρχῇ μετὰ τοῦ πλάσαι παρασχών, ὡς δημιουργὸς, τὸ εὖ ζῆν (85) ἐδίδαξεν, ἐπιφανεὶς ὡς διδάσκαλος, ἵνα τὸ ἀεὶ ζῆν ὕστερον ὡς Θεὸς χορηγήσῃ. Ὃ δὲ, οὐ νῦν γε πρῶτον ἔφθειρεν ἡμᾶς τῆς πλάνης, ἀλλ' ἄνωθεν ἀρχῆθεν· νῦν δὲ, ἤδη ἀπολλυμένους, ἐπιφανεὶς περιέσωκε· τὸ γὰρ πονηρὸν καὶ ἐρπυστικὸν θηρίον, γοητεῦον, καταδουλοῦται, καὶ αἰκίζεται εἰσέτι νῦν τοὺς ἀνθρώπους· ἐμοὶ δοκεῖν, βαρβαρικῶς τιμωρούμενον, οἱ νεκροῖς τοὺς αἰχμαλώτους συνδεῖν (86) λέγονται σώμασιν, ἔστ' ἂν αὐτοῖς

A mercedem, tanquam ex redundanti, regnum cælorum pollicetur, nor alium ex nobis fructum percipiens, quam quod salvi sumus. Vitium enim hominum interitu pascitur: veritas autem, quæ veluti apis innoxia rebus insidet, nor nisi eorumdem salute lætatur. Habes, quid pollicetur; habes, quanto affectu humanum genus amat. Tu igitur accede, et participa hanc gratiam. Meum porro canticum ne perinde novum existimes, ac vas aliquod sive domum; nam *ante Luciferum erat* [9], et *in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* [10]. Sed error, inquis, vetus est; veritas autem recens. Proinde seu capræ Phrygas vetustissimos esse doceant; seu Arcadas poetæ, qui ante lunam eos fuisse prodiderunt; seu, denique, 3
B Ægyptios, qui horum terram deorumque hominumque matrem esse somniant: tamen eorum nemo se ante mundum fuisse jactat. At nos ante mundi constitutionem fuimus, ratione futuræ nostræ productionis in ipso Deo quodammodo tum præexsistentes. Divini igitur Verbi, sive rationis, nos creaturæ rationales sumus: et per eum primi esse dicimur, quoniam *in principio erat Verbum*. Quod quidem, quatenus olim ante jacta mundi fundamenta exsistebat, divinum rerum omnium principium fuit, etiamque nunc est; quatenus vero novissimis temporibus venerando illo et olim sancto Christi nomine appellari voluit, novum a me Canticum vocatur. Hoc ✠ igitur Verbum Christus, non solum ut olim essemus causa fuit (nam ille tum erat in Deo), sed idem
C etiam bene esse nobis dedit, et jam nuper hominibus apparuit, qui solus uterque, Deus et homo, est, ut omnimodam nobis felicitatem daret. Etenim ab eo recte vivere edocti, ad æternam vitam transmittimur. Nam ut ait ille divinus Domini Apostolus: *Apparuit gratia Dei salutaris omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, et sæcularia desideria, sobrie, et juste, et pie vivamus in hoc sæculo, exspectantes beatam spem et adventum gloriæ magni Dei et Salvatoris nostri, Jesu Christi* [11]. Novum ergo canticum est Verbi, quod *in principio* et ante principium fuit, exortus, qui modo nobis effulsit; modo enim apparuit, qui olim erat, Servator; apparuit, qui ens est in ente; Verbum nempe, quod
D apud Deum erat, et a quo facta sunt omnia, *Præceptoris* habitu apparuit: et qui tanquam opifex

✠ P. 7 ED. POTTER, 6 ED. PARIS. [9] Psal. cix, 3. [10] Joan. i, 1. [11] Tit. ii, 11-13.

(80) *Πρὸ ἑωσφ.* Respicit psalm. cix, 3: Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε.

(81) *Τοὺς Ἀρκάδας.* De προσελήνοις Arcadibus vide Plutarchi *Problemata Romana*. II. Sylburg. Confer etiam Lycophronis *Cassandram* v. 482, ibique Tzetzæ, et Meursii *Commentarios*.

(82) *Ἀναφῦναι.* A. ἀναφῆναι. Sylb. Utriusque lectionis exempla infra *Pædag.*, lib. III, cap. 1, et *Strom.* lib. I. Ἀναφῦναι tamen neutraliter plerumque accipitur, ut ἀναφῦσαι active.

(83) *Οὗτος γοῦν ὁ Λόγος ὁ Χριστὸς, καὶ τοῦ εἶναι πάλαι ἡμᾶς· ἦν γὰρ ἐν Θεῷ καὶ τοῦ εὖ εἶναι.* Scribe καὶ τοῦ εἶναι πάλαι ἡμᾶς (ἦν γὰρ ἐν Θεῷ)· καὶ τοῦ εὖ εἶναι αἴτιος. Quod repræsentat ipsa quoque interpretatio. Heins.

(84) *Ἐπιφάνεια... ἐκλάμψασα.* Locutio Sophocleæ illi similis *Œdip. Tyr.*, p. 172, edit. Steph.

*Ἔλαμψε γὰρ τοῦ νιφόεντος*
*Ἀρτίως φανεῖσα*
*Φάμα Παρνασσοῦ.*

(85) *Ἐν ἀρχῇ... τὸ εὖ ζῆν.* Hæc omittit Nov. Ea scilicet scriptor, a priori ζῆν in posterius oculum conjiciens, præteriit. Cæterum his similia quædam occurrunt sub finem *Pædag.* lib. I.

(86) *Οἱ νεκροῖς τοὺς αἰχμαλώτους συνδεῖν.* Mezentius idem facit Æn. VIII.

*Mortua quin etiam jungebat corpora vivis.*

mundi vitam nobis in prima creatione dedit, præceptoris habitu sumpto bene vivendi rationem nos docuit, ut postea tanquam Deus æternam vitam largiatur. Is vero non est nunc primum erroris nostri misertus, sed olim a principio mundi; nunc vero tandem apparens, perituros ex faucibus exitii liberavit. Nam in hunc usque diem malignus ille serpens humanum genus præstigiis suis in contumeliosam et miseram servitutem abducit; sævitque in eos, ut ita dicam, barbarorum ritu, qui captivos suos mortuorum cadaveribus, donec una putrescant, alligare feruntur. Dum enim quoscunque a sui ortus principio ad proprias trahere partes valet, crudelis ille tyrannus et serpens ad lapides, ligna, statuas, reliquaque idola misero superstitionis vinculo constringit, non incommode dicitur, vivos communi tumulo inferre, donec una cum illis intereant. Quamobrem Evam olim (unus etenim idemque seductor est) et alios nunc homines in mortem ducit. Unus itidem nobis adjutor et vindex est Dominus, qui salutem a principio prophetice prænuntiavit, et nunc ad eam consequendam aperte ac palam invitat. Fugiamus igitur, Apostoli præcepto obsequentes, *principem potestatis aeris hujus, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiæ* [12]; et ad Dominum Servatorem confugiamus, qui per prodigia et signa cum in Ægypto, tum etiam in deserto, et per rubum, et nubem, ✠ quæ divina gratia Hebræos, velut ancilla quædam, sequebatur, ad salutem invitat. Cæterum contumaces quidem et duri cordis homines metu impellit; alios vero, qui auribus præditi sunt, per Moysen illum sapientiæ omnis magistrum, per Isaiam veritatis cultorem, et per totum propheticum chorum magis rationali methodo ad rationem seu Verbum convertit. Aliquando convitiis utitur; est ubi et minis; hos idem deflet, illos cantu demulcet: veluti sapiens medicus alios quidem ægros cataplasmatibus, alios purgationibus curat; alios fomentis emollit, alios ferro lancinat; sunt etiam quos adurit, et quibus resectionem adhibet, si qua ratione humani corporis alicui parti vel membro sanitas restitui possit; varias enim Salvator noster voces adhibet, et varias experitur vias, ut homines ad salutem perducat. Dum minatur, admonet; dum convitiatur, emendat; dum luget, miseretur; dum cantat, hortatur; in rubo etiam loquitur, quod illi signis et prodigiis indigerent. Idem eos igne perterrefacit, flammam e columna suspensam, terroris simul et gratiæ signum, exhibens; morigeris quidem lucem, sed immorigeris ignem. Postea quod corpus humanum columna et rubo nobilius esset, prophetis usus est; ipse Dominus in Isaia loquitur, ipse in Elia, ipse in ore prophetarum.

καὶ συσσαπῶσιν. Ὁ γοῦν πονηρὸς οὑτοσὶ τύραννος καὶ δράκων, οὓς ἂν οἷός τε εἴη ἐκ γενετῆς σφιτερίσασθαι, λίθοις, καὶ ξύλοις, καὶ ἀγάλμασι, καὶ τοιούτοις τισὶν εἰδώλοις προσφίγξας τῷ δεισιδαιμονίας ἀθλίῳ δεσμῷ, τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον, ζῶντας ἐπιφέρων συνέθαψεν αὐτοῖς (87), ἕστ' ἂν καὶ συμφθαρῶσιν· οὗ δὴ χάριν (88) (εἷς γὰρ ὁ ἀπατεὼν) ἄνωθεν μὲν τὴν Εὔαν, νῦν δὲ ἤδη καὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους εἰς θάνατον ὑποφέρων· εἷς καὶ αὐτὸς ἐπίκουρος καὶ βοηθὸς ἡμῖν ὁ Κύριος, προσμηνύων (89) ἀρχῆθεν προφητικῶς, νῦν δὲ ἤδη καὶ ἐναργῶς εἰς σωτηρίαν παραλαῶν. Φύγωμεν οὖν, ἀποστολικῇ πειθόμενοι παραγγελίᾳ, *Τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας*· καὶ τῷ Σωτῆρι τῷ Κυρίῳ προσδράμωμεν, ὃς καὶ νῦν καὶ ἀεὶ προὔτρεπεν εἰς σωτηρίαν, διὰ τεράτων καὶ σημείων ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἐν ἐρήμῳ· διά τε τῆς βάτου, καὶ τῆς ἀκολουθούσης χάριτι φιλανθρωπίας, θεραπαίνης δίκην Ἑβραίοις ναφέλης. Τούτῳ μὲν δὴ τῷ φόβῳ τοὺς σκληροκαρδίους προὔτρεπεν· ἤδη δὲ καὶ διὰ Μωϋσέως τοῦ πανσόφου, καὶ τοῦ φιλαλήθους Ἡσαΐου, καὶ παντὸς τοῦ προφητικοῦ χοροῦ, λογικώτερον ἐπὶ τὸν Λόγον ἐπιστρέφει τοὺς τὰ ὦτα κεκτημένους· καὶ ἔσθ' ὅπη μὲν λοιδορεῖται· ἔστιν δ' οὗ καὶ ἀπειλεῖ· τοὺς δὲ καὶ θρηνεῖ τῶν ἀνθρώπων· ᾄδει δὲ ἄλλοις, καθάπερ ἰατρὸς ἀγαθὸς, τῶν νοσούντων σωμάτων τὰ μὲν καταπλάττων, τὰ δὲ καταλείαινων, τὰ δὲ καταντλῶν· τὰ δὲ καὶ σιδήρῳ διαιρῶν, ἐπικαίων δὲ ἄλλα, ἔστι δ' οὗ καὶ ἀποτρίων, εἴ πως οἷόν τε κἂν παρὰ μέρος ἢ μέλος τὸν ἄνθρωπον ὑγιᾶναι. Πολύφωνός γε ὁ Σωτὴρ καὶ πολύτροπος εἰς ἀνθρώπων σωτηρίαν· ἀπειλῶν νουθετεῖ· λοιδορούμενος ἐπιστρέφει· θρηνῶν ἐλεεῖ· ᾠδῶν παραλαεῖ· διὰ βάτου λαλεῖ· ὅτι σημείων ἐκεῖνοι καὶ τεράτων ἐχρῄζον. Καὶ τῷ πυρὶ διδίττεται τοὺς ἀνθρώπους, ἀνάπτων ἐκ κίονος τὴν φλόγα, δεῖγμα ὁμοῦ χάριτος καὶ φόβου· ἐὰν ὑπακούσῃς, τὸ φῶς· ἐὰν παρακούσῃς, τὸ πῦρ. Ἐπειδὴ δὲ καὶ κίονος καὶ βάτου ἡ σὰρξ τιμιωτέρα, προφῆται μετ' ἐκεῖνα φθέγγονται. Αὐτὸς ἐν Ἡσαΐᾳ ὁ Κύριος λαλῶν· αὐτὸς ἐν Ἠλίᾳ· ἐν στόματι προφητῶν αὐτός. Σὺ δὲ ἀλλ' εἰ προφήταις μὴ πιστεύεις, μύθῳ δὲ ὑπολαμβάνεις, καὶ τοὺς ἄνδρας, καὶ τὸ πῦρ· αὐτός σοι λαλήσει ὁ Κύριος, *ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· ἐκένωσε δὲ ἑαυτὸν* ὁ φιλοικτίρμων Θεὸς, σῶσαι τὸν ἄνθρωπον γλιχόμενος. Καὶ αὐτὸς ἤδη σοι ἐναργῶς ὁ Λόγος λαλεῖ, δυσωπῶν τὴν ἀπιστίαν· ναὶ, φημὶ, ὁ Λόγος ὁ τοῦ Θεοῦ, ἄνθρωπος γενόμενος· ἵνα δὴ καὶ σὺ παρὰ ἀνθρώπου μάθῃς, πῇ ποτε ἄρα ἄνθρωπος γένηται Θεός. Εἶτ' οὐκ ἄτοπον, ὦ φίλοι, τὸν μὲν Θεὸν ἀεὶ προτρέπειν ἡμᾶς ἐπ' ἀρετὴν, ἡμᾶς δὲ ἀναδύεσθαι τὴν ὠφέλειαν, καὶ ἀναβάλλεσθαι τὴν σωτηρίαν; Ἢ γὰρ οὐχὶ καὶ Ἰωάννης ἐπὶ σωτηρίαν πα-

✠ P. 8 ED. POTTER, 7 ED. PARIS. [12] Ephes. II, 2.

Qua de re et Livius lib. I, et Petrus Victorius, *Var. lect.*, lib. IV, cap. 18. SYLBURG.

(87) Αὐτοῖς. Αὐτοὺς Nov.

(88) Οὗ δὴ χ. Hæc sic distingue: οὗ δὴ χάριν (εἷς γὰρ ὁ ἀπατεὼν) ἄνωθεν, etc., quod in Latina versione expressimus.

(89) *Προσμηνύων*. Προμηνύων Nov.

ραλεῖ, καὶ τὸ πᾶν γίνεται φωνὴ (90) προτρεπτική; Πυθώμεθα τοίνυν αὐτοῦ, Τίς πόθεν εἶ ἀνδρῶν (91); Ἠλίας μὲν οὐκ ἐρεῖ, Χριστὸς δὲ εἶναι ἀρνήσεται· φωνὴ δὲ ὁμολογήσει (92) ἐν ἐρήμῳ βοῶσα. Τίς οὖν ἐστιν Ἰωάννης; ὡς τύπῳ λαβεῖν, ἐξέστω εἰπεῖν, φωνὴ τοῦ Λόγου προτρεπτικὴ, ἐν ἐρήμῳ βοῶσα. Τί βοᾷς, ὦ φωνή; Εἰπὲ καὶ ἡμῖν. *Εὐθείας ποιεῖτε τὰς ὁδοὺς Κυρίου.* Πρόδρομος Ἰωάννης, καὶ ἡ φωνὴ πρόδρομος τοῦ Λόγου, φωνὴ παρακλητικὴ, προετοιμάζουσα εἰς σωτηρίαν, φωνὴ προτρέπουσα εἰς κληρονομίαν οὐρανῶν· δι' ἣν ἡ στεῖρα καὶ ἔρημος, ἄγονος οὐκέτι. Ταύτην μοι τὴν κυοφορίαν προεθέσπισεν ἀγγέλου φωνή· πρόδρομος ἦν κἀκείνη τοῦ Κυρίου, στεῖραν εὐαγγελιζομένη γυναῖκα, ὡς Ἰωάννης τὴν ἔρημον. Διὰ ταύτην τοίνυν τοῦ Λόγου τὴν φωνὴν ἡ στεῖρα εὐτεκνεῖ, καὶ ἡ ἔρημος καρποφορεῖ. Αἱ πρόδρομοι τοῦ Κυρίου φωναὶ δύο, ἀγγέλου καὶ Ἰωάννου, αἰνίττονταί μοι τὴν ἐναποκειμένην σωτηρίαν, ὡς, ἐπιφανέντος τοῦ Λόγου τοῦδε, εὐτεκνίας ἡμᾶς καρπὸν ἀπενέγκασθαι, ζωὴν ἄδιον. Ἀμφω γοῦν ἐς ταὐτὸν ἀγαγοῦσα τὰ φωνὰ ἡ Γραφὴ, σαφηνίζει τὸ πᾶν· *Ἀκουσάτω ἡ οὐ τίκτουσα· ῥηξάτω φωνὴν ἡ οὐκ ὠδίνουσα· ὅτι πλείονα τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα.* Ἄνδρα ἡμῖν εὐηγγελίζετο ἄγγελος· ἡμᾶς προὔτρεπεν Ἰωάννης νοῆσαι τὸν γεωργὸν, ζητῆσαι τὸν ἄνδρα. Εἷς γὰρ καὶ ὁ αὐτὸς οὗτος ὁ τῆς στείρας (93) ἀνὴρ, ὁ τῆς ἐρήμου γεωργὸς, ὁ τῆς θείας ἐμπλήσας δυνάμεως καὶ τὴν στεῖραν, καὶ τὴν ἔρημον. Ἐπεὶ γὰρ πολλὰ τὰ τέκνα τῆς εὐγενοῦς, ἄπαις δὲ ἦν δι' ἀπείθειαν, ἡ πολύπαις ἀνέκαθεν Ἑβραία γυνή· ἡ στεῖρα τὸν ἄνδρα λαμβάνει, καὶ ἡ ἔρημος τὸν γεωργόν· εἶτα ἡ μὲν καρπῶν, ἡ δὲ πιστῶν· ἄμφω δὲ μητέρες, διὰ τὸν Λόγον. Ἀπίστοις δὲ εἰσέτι νῦν καὶ στεῖρα καὶ ἔρημος περιλείπεται. Ὁ μὲν Ἰωάννης, ὁ κήρυξ τοῦ Λόγου, ταύτῃ πῃ παρεκάλει, ἑτοίμους (94) γίνεσθαι εἰς Θεοῦ τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν· καὶ τοῦτο ἦν, ὃ ἠνίττετο ἡ Ζαχαρίου σιωπὴ, ἀναμένουσα τὸν πρόδρομον τοῦ Χριστοῦ καρπὸν, ἵνα τῆς ἀληθείας τὸ φῶς, ὁ Λόγος τῶν προφητικῶν αἰνιγμάτων τὴν μυστικὴν ἀπολύσηται σιωπὴν, Εὐαγγέλιον γενόμενος. Σὺ δὲ εἰ πόθεῖς ἰδεῖν ὡς ἀληθῶς τὸν Θεὸν, καθαρσίων μεταλάμβανε θεοπρεπῶν· οὐ δάφνης πετάλων (95), καὶ ταινιῶν τινων, ἐρίῳ καὶ πορφύρᾳ πεποικιλμένων (96)· δικαιοσύνην

rum. Quod si nullam prophetis fidem deberi putas, sed viros, haud secus ac ignem, in numero fabularum habes; ipse Dominus tibi loquetur, *qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo; sed semetipsum exinanivit* [13] misericors Deus, ut humanum genus servaret. Ipsum adeo Dei Verbum palam tibi loquitur, ut infidelitati pudorem incutiat. Verbum, inquam, Dei homo factum, ut tu quoque ab homine discas, qua arte homo fieri Deus possit. Quam autem absurdum istud fuerit, amici, ut, cum Deus ad virtutem hortari nunquam desinit, nos spreto ejus beneficio, oblatam salutem respuamus? Annon Joannes homines ad salutem impellit, et totus *vox hortatrix* sit? Ipsum ergo rogemus, *Quisnam, unde gentium es?* Etiam se non dicet, Christum esse pernegabit; sed *vocem* se fatebitur *in deserto clamantem* [14]. Quis est ergo Joannes? summatim dicere liceat, *Vox Verbi hortatrix in deserto clamans.* Quid clamas, o vox? Dicetiam nobis. *Rectas facite semitas Domini* [15]. Præcursor est Joannes: et vox ea Verbum præcurrit, vox adhortativa, quæ ad salutem præparat; vox, quæ ad cœlorum hæreditatem invitat; qua sterilis et deserta ✠ fecundatur; quam quidem fertilitatem prædixit angeli vox, quæ, tanquam alius Domini præcursor, sterili mulieri evangelium prædicavit, non secus ac Joannes regioni desertæ. Hac igitur Domini voce sterilis fit mater, et deserta fructum fert. Cæterum duæ illæ Angeli et Joannis voces, quæ Dominum præcurrebant, innuere mihi videntur salutem nobis repositam, qui, cum apparuerit hoc Verbum, fertilitatis nostræ fructum percepturi sumus, æternam vitam. Utramque igitur vocem eodem ducens, rem totam explicat Scriptura: *Audiat, quæ non parit, erumpat vocem, quæ non parturit; quia multi filii desertæ, magis quam ejus, quæ habet virum* [16]. Virum nobis annuntiat Angelus; ut deprehendamus agricolam, ut quæramus virum, hortatur nos Joannes. Unus enim et idem est, ille sterilis vir, et desertæ agricola, qui cum sterilem, tum etiam desertam divina virtute implevit. Quia enim ingenuæ multi erant liberi, illa autem incredulitate sua meruit, ut filiis orba esset, quæ multos olim filios habuerat, uxor Hebræa; sterilis virum,

✠ P. 9 ED. POTTER, 8 ED. PARIS. [13] Philip. II, 6, 7. [14] Joan. I, 23. [15] Isai. XL, 3. [16] Isai. LIV, 1.

(90) *Τὸ πᾶν γίνεται φωνή.* Joannis dictum respicit, qui interrogatus quis esset, nil aliud respondit, quam se esse φωνὴν βοῶντος ἐν ἐρήμῳ. Joan. I, 23.

(91) *Τίς πόθεν εἶς ἀνδρῶν.* Interpungendum quemadmodum apud Homerum, cujus ex Odyss. T, v. 105, Clemens hoc hemistichium sumpsit:

*Τίς; πόθεν εἶς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;*
*Quis? undenam es virorum? ubi tibi civitas, et parentes?*

(92) *Ὁμολογήσει.* Ὁμολογήσῃ Nov. Mox τί οὖν, pro τίς οὖν.

(93) *Τῆς στείρας.* Locus ille de *sterili* et *deserta* tractatur infra *Strom.* lib. II, pag. 372. Et a Justino M., *Apol.* I, pag. 101, 102, edit. Oxon.

(94) *Ἑτοίμους.* Respicit Joannis præconium, Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, Matthæi III, 3.

(95) *Δάφνης πετάλων.* Mos erat sacra facturos, antequam in templa deorum ingrederentur, lauri ramo sacra aqua intincto aspergere; qui erat lustrandi ritus. Juvenalis, Sat. II, v. 157:

*. . . Cuperent lustrari, si qua darentur*
*Sulphura cum tædis, et si foret humida laurus.*

Sozomenus, *Eccles. hist.*, lib. VI, cap. 6, de Valentiniano Julianum sequente agens, Ἐπεὶ δὲ ἔμελλον, inquit, ὑπεραμείβειν τοῦ ναοῦ τὸν οὐδὸν, θαλλούς τινας διαβρόχους κατέχων ὁ ἱερεὺς νόμῳ Ἑλληνικῷ, περιῤῥάινε τοὺς εἰσιόντας. *Cumque limen templi transgressurus esset, sacerdos ramos quosdam aqua tinctos manu gestans Græcorum more, ingredientes conspersit.*

(96) *Ταινιῶν τινων, ἐρίῳ καὶ πορφύρᾳ κεκ.* Qui diis supplicabant, vittas gestabant. Virgil. *Æneid.* VII, 237:

*Præferimus manibus vittas, et verba precantum.*

deserta agricolam accipit. Inde hæc quidem fructuum, illa fidelium, utraque Verbi virtute mater facta est: iis vero, qui in sua infidelitate permanent, sterilis et deserta etiamnum relinquitur. Joannes, Verbi præco, hac utique ratione hortabatur, ut ad Dei Christi adventum parati fierent; et hoc erat, quod innuebat Zachariæ silentium, ex spectans fructum Christi præcursorem; ut Verbum veritatis lux, mysticum propheticorum ænigmatum silentium solveret, Evangelium factum. Quamobrem, si vere Deum videre cupis, piaculorum, quæ Deo A δὲ ἀναδησάμενος, καὶ τῆς ἐγκρατείας τὰ πέταλα περιθέμενος, πολυπραγμόνει Χριστόν. Ἐγώ γάρ εἰμι ἡ θύρα, φησί που ἦν ἐκμαθεῖν δεῖ νοῆσαι θελήμασι (97) τὸν Θεόν, ὅπως ἡμῖν ἀθρόας τῶν οὐρανῶν ἀναπετάσῃ πύλας· λογικαὶ γὰρ αἱ τοῦ Λόγου πύλαι πίστεως ἀνοιγνύμεναι κλειδί. Θεὸν οὐδεὶς ἔγνω, εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, καὶ ᾧ ἂν ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψῃ. Θύραν δὲ εὖ οἶδ' ὅτι τὴν ἀποκεκλεισμένην τέως ὁ ἀνοιγνὺς ὕστερον ἀποκαλύπτει τέχνδον, καὶ δείκνυσιν ἃ μήτε γνῶναι οἷόν τε ἦν πρότερον, εἰ μὴ διὰ Χριστοῦ πεπορευμένοις, δι' οὗ μόνου Θεὸς ἐποπτεύεται.

conveniunt, particeps fias; non foliorum lauri aut sertorum, quæ ex lana et purpura concinnari solent; sed justitia redimitus, et temperantiæ foliis cinctus, toto animo enitere, ut Christum invenias. Nam *ego sum ostium* [17], inquit quodam in loco; quod quidem discendum iis est, qui ad Dei notitiam pervenire cupiunt, ut simul universas cœlorum portas nobis aperiat. Sunt enim rationales Rationis seu Verbi portæ, et ✠ fidei clave panduntur. *Deum nemo novit nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare* [18]. Nec mihi dubium est, quin is, qui portam antehac clausam aperuit, posthac ea, quæ intus latent, revelabit, eaque nobis ostendet, quæ a nemine unquam cognosci potuerunt, nisi qui per Christum ingressus fuerit, per quem solum Deus cernitur.

## CAPUT II.

*Absurditatem simul ac impietatem mysteriorum ethnicorum et fabularum de deorum suorum ortu et interitu ostendit.*

Nolite igitur scelerata impiaque adyta curiosius B explorare, nec profundorum antrorum hiatus, præstigiis monstrisque plenos, aut Thesprotæum lebetem, aut tripodem Cirrhæum, aut æneum Do- Ἄδυτα τοίνυν (98) ἄθεα μὴ πολυπραγμονεῖτε, οὐδὲ (99) βαράθρων στόματα (1), τερατείας ἔμπλεα, ἢ λέβητα Θεσπρωτικὸν (2), ἢ τρίποδα Κιρραῖον (3), ἢ Δωδωναῖον χαλκεῖον· γεράνδρυον (4) δὲ ψάμμοις

✠ P. 10. ED. POTTER, 9 ED. PARIS. [17] Joan. x, 9. [18] Matth. xi, 27.

Homerus *Iliad.* A, v. 14:
*Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος.*
*Vittas habens in manibus eminus ferientis Apollinis.*

Erat autem στέμμα *lana* plerumque obvolutum. Sophoclis scholiastes *Œdip. Tyr.* v. 3: Στέμμα δέ ἐστίν τι προσειλημένον ἔριον τῷ θαλλῷ. *Est autem στέμμα, lana quædam viridi ramo circumvoluta.* Adhibebant nonnunquam *purpuram.* Tertullianus *Apol.* c. 15: *Sub iisdem vittis, et apicibus, et purpuris.* Similem Judæis morem fuisse testatur Scriptor ad Hebræos IX, 19: Λαβὼν τὸ αἷμα τῶν μόσχων καὶ τράγων μετὰ ὕδατος, καὶ ἐρίου κοκκίνου, καὶ ὑσσώπου, αὐτό τε τὸ βιβλίον, καὶ πάντα τὸν λαὸν ἐράντισε. Conf. *Archæologia* nostra Græc., l. II, c. 4 et 5.

(97) *Θελήμασι.* Θελήσασι C; ut A, θελήσουσι. In qua lectione si quem offendit δεῖ cum dativo personæ, sciat ille infra quoque in *Strom.* I similiter legi Οὐδὲ ἀντιμισθίας ἐφίεσθαι χρὴ τῷ εἰς ἄνδρας ἐγγραφομένῳ. A., Sylburg. Θελήσασι habet Nov. quod a Clemente positum fuisse, est proinde verisimile.

(98) *Ἄδυτα τοίνυν.* Locus hic de non consulendis oraculis recitatur ab Eusebio *De præp. evang.* lib. II, p. 61; ed. Par., ubi hæc ei præfatio est præmissa: Ταῦτα δὲ Κλήμης ὁ θαυμάσιος ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας *Προτρεπτικῷ* διαῤῥήδην ἐκκαλύπτει, πάντων μὲν διὰ πείρας ἐλθὼν ἀνήρ, θᾶττόν γε μὴν τῆς πλάνης ἀνανεύσας, ὡς ἂν πρὸς τοῦ σωτηρίου λόγου, καὶ διὰ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας τῶν κακῶν ἀλυτρωμένος. *Atque horum turpitudinem admirabilis ille Clemens, ea, quam ad Græcos dirigit, Cohortatione, nudam omniumque spectandam oculis proponit: quippe qui cum omnes illorum cæremonias sua ipsius experientia cognoverit, tum celerrime ab infami errore caput extulerit, verbi salutaris et evangelicæ doctrinæ vi ex tot tantorumque malorum contagione liberatus.* Dein Clementis verbis, quasi tituli loco, præponit ea quæ sequuntur:

*Ἐπιτομὴ τῶν ἀῤῥήτων τελετῶν, καὶ κρυφίων μυστηρίων τῆς καλυθέου κλάρης.*

(99) *Οὐδέ.* Μηδέ Nov. Euseb. et ms. Eusebii codex in Collegio D. Joannis Baptistæ Oxon. asservatus.

(1) *Βαράθρων στόματα.* Sic vocat oracula quæ ex antris et speluncis proferebantur. De specu oraculi Delphici vid. *Archæologiæ* nostræ lib. II, quæ de cæteris etiam oraculis et vaticinandi artibus paulo infra memoratis a Clemente consuli potest.

(2) *Λέβητα Θεσπρωτικὸν.* Θεσπρώτιον Euseb., Joan. ubi tamen Mont. leg. Θεσπρώτιον· quod etiam in Nov. occurrit. Quæ omnia probari posse observavit Vigerus, qui notas in illum Eusebii librum scripsit.

(3) *Τρίποδα Κιρραῖον.* Modo a Græcis Κύρραν scriptum reperias, modo Κίρραν. Cirrham sæpius Latini dixere. Plinius lib. IV, cap. 3: *Ultra,* inquit, *Cirrhæi Phocidis campi, oppidum Cirrha.* Vigerus.

(4) *Γεράνδρυον.* Perperam ante apud Eusebium legebatur γερανδρεῖον. Nos reposuimus γεράνδρυον ex Clemente. Nec dubium videtur, quin Livycum illud, ac Dodonæ prope Ammonis oraculum intelligat. Sed mirum est, apud scriptores omnes de quercu illa, vel alia quavis arbore pervetusta, quod γεράνδρυον hic nominat, silentium. Arrianus quidem, et Curtius lib. IV, qui omnium uberrime oraculi situmque, solumque describunt, opacissimum ei nemus circumfundunt, nullam tamen alias inter arborem signant, aut vetustate aut cultu eximiam. Plinius autem lib. XII, cap. XLIX, 23, ubi de Hammoniaci sive Ammoniaci lacryma loquitur, ita scribit: *Æthiopiæ subjecta Africa,* inquit, *Hammoniaci lacrymam stillat in arenis suis (unde nomen etiam Hammonis oraculo, juxta quod gignitur arbor; quam Metopion vocant), resinæ modo, aut gummi.* Verum, opinor, genus arboris innuit, non singularem aliquam indicat, nec ullam aut vetustatis aut cultus notam adjungit. Theodoretus lib. X *De Græc. affect.* qui totus de oraculis est, inter cætera, καὶ τὴν ἱερὰν δρῦν commemorat, continuoque subdit, καὶ τὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον. An ἱερὰ δρῦς nostrum hoc γεράνδρυον est? Viger. Ita esse inde probabile videtur, quia Clemens paulo post simul memorat Ammonis et Dodonæi Jovis oracula. Verum integrum hunc Theodoreti locum, quia Clementi lucem aliquam allaturus videtur, et ex eo forte

ἐρῆμας τετιμημένον, καὶ τὸ αὐτόθι μαντεῖον, αὐτῇ A
δρυῒ μεμαρασμένον, μύθοις γεγηρακόσι καταλείψατε.
Σεσίγηται γοῦν ἡ Κασταλίας πηγὴ, καὶ ἡ (5) Κολοφῶ-
νος ἄλλη πηγὴ, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως τέθνηκε νάματα
μαντικά (6)· καὶ δὴ τοῦ τύφου κενὰ ἀχὲ μὲν; ὅμως δ'
οὖν διελήλεγκται τοῖς ἰδίοις συνεκρεύσαντα μύθοις.
Διήγησαι ἡμῖν καὶ τῆς ἄλλης μαντικῆς, μᾶλλον δὲ
μανικῆς, τὰ ἄχρηστα χρηστήρια (7)· τὸν Κλάριον,
τὸν Πύθιον, τὸν Διδυμέα (8), τὸν Ἀμφιάρεω (9), τὸν
Ἀπόλλω (10), τὸν Ἀμφίλοχον· εἰ δὲ βούλει, καὶ
σαρατοσκόπους (11), καὶ οἰωνοσκόπους, καὶ τοὺς
ἐνείρων κριτὰς ἀνιέρου (12) σὺν αὐτοῖς· στῆσον δὲ
ἐμοῦ παρὰ τὸν Πύθιον τοὺς ἀλευρομάντεις ἄγων
καὶ κριθομάντεις, καὶ τοὺς εἰσέτι παρὰ τοῖς πολ-
λοῖς τετιμημένους ἐγγαστριμύθους· καὶ μὴν ἄδυτα
Αἰγυπτίων, καὶ Τυρρηνῶν νεκυομαντεῖαι (13) σκότῳ
παραδιδόσθων (14). Μανικὰ ταῦτα, ὡς ἀληθῶς, ἀν-
θρώπων ἀπίστων σοφιστήρια (15)· συνέμποροι τῆσδε
τῆς γοητείας αἶγες, αἱ (16) ἐπὶ μαντικὴν ἠσκημέναι,
καὶ κόρακες, ἀνθρώποις χρᾶν ὑπὸ ἀνθρώπων διδα-
σκόμενοι. Τί δ' εἴ σοι καταλέγοιμι τὰ μυστήρια; οὐκ
ἐξορχήσομαι (17) μὲν, ὥσπερ Ἀλκιβιάδην λέγουσιν,
ἀπογυμνώσω δὲ εὖ μάλα ἀνὰ τὸν τῆς ἀληθείας λό-
γον, τὴν γοητείαν τὴν ἐγκεκρυμμένην αὐτοῖς, καὶ αὖ-

donæ tintinnabulum; Gerandryon autem illud de-
sertis olim in arenis cultum, quodque ibidem ce-
lebrabatur oraculum, jam vero cum ipsa quercu
prorsus emarcuit, rancidis ac vetustate contritis fa
bulis relinquite. Enimvero siluit utique fons ille
Castalius, siluit Colophonius alter, ac reliquæ simul
omnes fatidicæ undæ aruerunt, quas ventoso fastu,
sero licet, palam tamen aliquando spoliatas vide-
runt, posteaquam illæ suis cum fabellis omnino
diffluxissent. Decanta tu nobis, per me licet, reli-
liqua vaticinationis aut furiosæ potius vanitatis
oracula, Clarium, Pythium, Didymea, Amphia-
raum, Apollinem, Amphilochum; adde, si lubet,
prodigiorum interpretes, adde augures, et somnio-
rum conjectores. Quin age sis, ac simul eos
coram Pythio statue, qui divinationes ✠ suas
farina hordeove perficiunt, quique a plurimis
etiamnum observantur ventriloquos. Jam vero
et Ægyptiorum penetralia, et manium apud He-
truscos vaticinationes in tenebris jaceant. Ve-
sanæ profecto illæ sunt infidelium hominum fal-
lendi artes; ejusdemque fascinationis velati nego-
tiationis sociæ habeantur capræ ad divinandum in-
formatæ: necnon corvi illi, quos ad responsa ho-

✠ P. 11 ED POTTER.

desumptus est, solet enim Theodoretus Clementem compilare, apposuisse haud abs re fuerit ex operum ejus vol. 4, pag. 623: Διά τοι τοῦτο πανταχοῦ τῆς γῆς τὰ τῆς ἀπάτης κατεσκεύασαν ἐργαστήρια, καὶ τὰς μαντικὰς ἐπενόησαν μαγγανείας, τοὺς ἀλευρομάν-
τεις, καὶ στερνομάντεις, καὶ νεκυομάντεις, καὶ τὴν Κα- C
σταλίας πηγὴν, καὶ τὸ Κολοφώνιον ῥεῖθρον, καὶ τὴν
ἱερὰν δρῦν, καὶ τὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον, καὶ τὸν Κι-
φαῖον τρίποδα, καὶ τὸν Θεσπρώτιον λέβητα· καὶ ἐν
Λιβύῃ μὲν τὸ μαντεῖον Ἄμμωνος, ἐν δέ γε Δωδώνῃ
τὸ τοῦ Διός· ἐν δὲ Βραγχίδαις, καὶ Δήλῳ, καὶ Δελφοῖς,
καὶ Κολοφῶνι, τοῦ Κλαρίου, καὶ Πυθίου, καὶ Δηλίου,
καὶ Διδυμαίου· καὶ ἐν Λεβαδείᾳ μὲν Τροφωνίου, ἐν
Ὠρωπῷ δὲ Ἀμφιάρεως, ἐν δὲ τῇ Τυρρηνῶν καὶ Χαλ-
δαίων τῆς νεκυομαντείας τὰ ζοφώδεστατα ἄντρα· καὶ
ἀλλαχοῦ δὲ Ἀμφιλόχου, ἀλλαχοῦ δὲ Γλαύκου, καὶ ἑτέ-
ρωθι Μόψου, καὶ ἄλλων τινῶν δυσωνύμων ἀνθρώπων.

(5) *Καὶ ἡ Κ.* Euseb., Joan.

(6) *Νάμ. μαντικά.* Τὰ μαντ. νάματα, Eus., Joan.

(7) *Χρηστήρια.* Μυστήρια, Joan. Porro cum ea Clemens enumerasset oracula, quæ per res inanimas, velut instrumenta, sc. tripodem, lebetem, fontem, etc., futura prædicebant; jam pergit ad ἄλλην, ut vocat, μαντικήν, qua dæmones ipsis hominibus futurorum scientiam afflatu suo indebant; mox ad tertiam μαντικῆς speciem transiturus, qua ipsi homines ex avium volatu, prodigiis, aliisve rebus futura conjectabant.

(8) *Διδυμέα.* Fed. Morello, professori regio, doctissimo viro legendum videtur Δωδωνέα, ex Cicerone lib. I *De divinat.*, Arnob., lib. VI et aliis. Collect. Verum nulla est causa, ob quam recepta lectio mutari debeat. Non enim de oraculo Dodonæo loquitur, quod supra memoravit; sed de Apollinis oraculis. Is autem non solum dicitur Διδυμαῖος, ut in Theodoreti verbis ante citatis, sed etiam Διδυμεύς. Vid. Stephanus *De urb.*

(9) Ἀμφιάρεω. Ἀμφιάρεων. Euseb.

(10) *Τὸν Ἀπόλλω.* Forte glossema est. Quorsum enim post Clarium, Pythium, Didymea, quæ omnia sunt Apollinis cognomenta, ejusdem Apollinis nominatim meminisse? Vigea.

(11) *Καὶ τερατοσκόπους.* Καὶ omittit Joan., τερασκόπους Nov.

(12) *Κριτὰς ἀνιέρου.* Κριτὰς τοὺς ἀνιέρους legunt Euseb., Joan. Verum recepta Clementis lectio significantior et gravior est. Vigea.

(13) *Τυρρηνῶν νεκυομαντεῖαι.* Hæc in *Odyssea* late describuntur, quo loco Ulysses ad inferos descendit. Vid. *Archæologiæ* nostræ lib. II.

(14) *Σκότῳ παραδιδόσθων.* Σκότει παραδιδόσθων Euseb., Joan.

(15) *Σοφιστήρια.* Subjungitur in ms. Nov. Euseb. et Joan. hæc sententiola, καὶ πλάνης ἀκράτου κυβευτήρια, *et comparatæ ad purum putamque frandem quasi aleæ officinæ.* Quæ quidem, ut Vigero non immerito videtur, plane est Clementis ex genio, et fortasse propter ὁμοιοτέλευτον excidit. Quamvis nec impressæ Clementis editiones, nec Eusebii Montac. codex agnoscant.

(16) *Αἱ.* Omittunt Euseb., Joan.

(17) *Ἐξορχήσομαι.* Ea voce Clemens alias usus est; ut *Pædag.* lib. III, cap. 3, pag. 225: Τῆς φύσεως τὰ ἀπόῤῥητα εἰς τὸ συμφανὲς ἀπογυμνοῦντας, ἐξορχου-
μένους, *naturæ arcana palam denudantes, prodentes;* et *Strom.* I, pag. 279: Μέγας ὁ κίνδυνος τὸν ἀπόῤῥητον ὡς ἀληθῶς τῆς ὄντως φιλοσοφίας λόγον ἐξορ-
χήσασθαι. *Magnum est periculum vere arcanam veræ philosophiæ rationem propalare.* Tatianus, perinde D
ac Clemens, ait quemdam ἐξορχήσασθαι μυστήρια, *mysteria propalasse*, pag. 95, edit. Oxon. Est itaque ἐξορχήσασθαι, temere, quæ tacenda fuerant, enuntiare, atque sic ea ridenda proponere; sumpta ab illis metaphora, qui extra templi vestibulum sacras choreas celebrabant. Hesychius, Ἐξορχήσο-
μαι, χλευάζω, ὑβρίζω: ubi scribendum, mutato tempore, χλευάσω, ὑβρίσω. Suidas, Ἐξωρχησάμην· Ἵρις ὃν ἐξωρχησάμην τὰ τέως ἀνέκπυστα, ἐξεφαύ-
λισα, κατέπαιξα. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ μεθυσθεὶς ἐν τῇ οἰκίᾳ Πουλτίωνος τοῦ παρασίτου τὰ μυστήρια ἐξωρ-
χήσατο· ἀντὶ τοῦ ἐξεμυκτήρισεν, ἔκπυστα ἐποίησεν. Ad quem locum adnotavit Kusterus, fragmentum id intelligendum esse de Alcibiade, qui in domo Pultionis, vel potius Polytionis, mysteria Cereris enuntiasse et derisisse legitur. Vide Andocidem *De mysteriis*, pag. 2, et Plutarchum in *Alcibiade*, pag. 200. Mox pro ἀνὰ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον, Lowthius legere maluit μὰ τόν, etc.

minibus reddenda homines erudiere. Quid si ipsa quoque mysteria tibi enucleem? Non ea quidem temere vulgabo, ut Alcibiadem fecisse tradunt; sed tamen belle admodum quidquid sub iis præstigiarum latet, nudabo per verbum veritatis, quosque deos nuncupatis, atque mysticis ritibus colitis, illos sic tanquam in aliqua hujus vitæ scena inclusos veritatis spectatorum oculis objiciam. Ac primum ecce tibi homines furoris œstro perciti Bacchum Mænolen solemnibus Orgiis celebrant, crudarumque carnium belluatione sacram insaniam peragentes, cæsarum victimarum partes dividunt, serpentibus coronati, Evamque vastis ululatibus inclamantes, Evam scilicet illam, per quam janua est errori primum patefacta. Et tunc cum orgiorum Bacchicorum sit quasi quoddam insigne serpens arcano ritu consecratus, tum vero si accurate vo-

A τούς γε τοὺς καλουμένους ὑμῶν θεούς, ὧν αἱ τελεταὶ μυστικαὶ, οἷον ἐπὶ σκηνῆς τοῦ βίου τοῖς τῆς ἀληθείας ἐγκυκλήσω (18) θεαταῖς. Διόνυσον μαινόλην (19) ὀργιάζουσι Βάκχοι, ὠμοφαγίᾳ (20) τὴν ἱερομανίαν ἄγοντες (21) καὶ τελίσκουσι τὰς χρεωνομίας τῶν φόνων (22) ἀνεστεμμένοι τοῖς ὄφεσιν (23), ἐπολολύζοντες Εὐαν (24) ἐκείκην, δι' ἣν ἡ πλάνη παρήκολούθησε (25). Καὶ σημεῖον ὀργίων βαχχικῶν ὄφις ἐστὶ τετελεσμένος. Αὐτίκα γοῦν κατὰ τὴν ἀκριβῆ τῶν Ἑβραίων φωνὴν, τὸ ὄνομα τὸ Εὔια δασυνόμενον (26), ἑρμηνεύεται ὄφις ἡ θήλεια. Δηὼ δὲ καὶ Κόρη, δράμα ἦδη (27) ἐγενέσθην μυστικόν· καὶ τὴν πλάνην, καὶ τὴν ἁρπαγὴν, καὶ τὸ πένθος αὐταῖν Ἐλευσὶς δαδουχεῖ. Καί μοι δοκεῖ τὰ ὄργια καὶ τὰ μυστήρια δεῖν ἐτυμολογεῖν, τὰ μὲν ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς Δηοῦς, τῆς πρὸς Δία γεγενημένης, τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ μύστους (28) τοῦ συμβεβηκότος περὶ τὸν Διόνυσον· εἰ δὲ καὶ ἀπὸ

B

Bacchi sacris addicta erat, et Mænadum more dracones alebat : Οἱ πολλοὶ περιελιττόμενοι θύρσοις τῶν γυναικῶν καὶ τοῖς στεφάνοις, ἐξέπληττον τοὺς ἄνδρας. COLLECT.

(24) *Ἐπολολύζοντες Εὖ.* Ἐπολολύζοντες Εὐαν· Εὐαν· ἐκείνην δὲ ἣν, etc. Nov. Non male.

(25) *Παρηκολούθησε.* Addit Eusebius, καὶ ὁ θάνατος ἐπηκολούθησε· *et mors insecuta est*; quod propter ὁμοτοτέλευτον excidisse videtur ex Clemente : unde factum etiam est, ut posterius illud Εὐαν ex Eusebii codicibus eliminaretur. Utroque loco mss. Joan. cum impressis Eusebii codd. consentit.

(26) *Τὸ Εὖια δασυνόμενον.* Gen. III, v. 1, serpens Hebraice dicitur חִוָּה, at in Chaldaica paraphrasi חִוְיָא. Item Exod. IV, 3, ut quidem vult A. Mazius a verbo חוה, *nuntiavit, judicavit* : q. d. *Nuntium*; quod nuntiavit ipsi חוה, *Chavæ*, Evæ, fructum vetitum. Unde Bar-Cepha Syrus eam dictam putat ab *indicatione*, Hebræi a *vita*. Est ergo Syro-Chaldaica vox *Chevia*; sed et alibi sæpe Hebræa lingua dicitur Syriaca, ut in Actis apost. Epiphanius in *Epitome librorum contra hæreses* : Καὶ τὴν χρεωνομίαν μυοῦντες τοὺς ὄφεις ἀνεστεμμένοι, εὐάζοντες τὸ Οὐὰ, Οὐὰ, ἐκείνην τὴν Εὐαν ἔτι, τὴν διὰ τοῦ ὄφεως ἀπατηθεῖσαν, ἐπικαλούμενοι, ἢ διὰ τῆς δασείας φωνῆς τὸν ὄφιν ἀπὸ τῆς Ἑβραΐδος εἰς ἑαυτῶν πλάνην κεκλῃσκότες. Εὔα γὰρ κατὰ τὴν ψιλὴν ἀπόδοσιν τὴν γυναῖκα, κατὰ δὲ τὴν δασείαν Εὔια τὸν ὄφιν παῖδες Ἑβραίων ὀνομάζουσι. Hoc Epiphanius atque Eusebius a Clemente acceperunt. Cæterum quod Evæ nomen scribi dicitur cum spiritu leni, non, opinor, viris doctis probabitur; multo minus J. Drusii opinio, qui *Evantes* inde putat appellatas, et Græcæ vocis etymologiam quærit in Syria, lib. I *Animadvers.*, cap. 33. COLLECT. Theophilus Antiochenus, lib. II *ad Autolycum*, pag. 104 : Ταύτην τὴν Εὐαν, διὰ τὸ ἀρχῆθεν πλανηθῆναι ὑπὸ τοῦ ὄφεως, καὶ ἀρχηγὸν ἁμαρτίας γεγονέναι, ὁ κακοποιὸς δαίμων, ὁ καὶ Σατὰν καλούμενος, ὁ τότε διὰ τοῦ ὄφεως λαλήσας αὐτῇ, ἕως γὰρ τοῦ δεῦρο ἐνεργῶν ἐν τοῖς ἐνθουσιαζομένοις ὑπ' αὐτοῦ ἀνθρώποις, Εὐαν ἐκκαλεῖται. *Hanc Evam principem et caput peccati (quia seducta est a serpente, per quem maleficus Diabolus locutus est, qui diabolus et Satan vocatur, et usque adhuc operatur in iis, qui ipsius spiritu aguntur) diabolus non cessat vocare.* At Hesychius Εὐάν, inquit, ὁ χισσὸς ὑπὸ Ἰνδῶν. Quo facit, quod Bacchus in expeditione Indica hedera coronatus fuerit, ut in fabulis est.

(27) Δράμα ἦδη. Δρᾶμα ἦδη ἐγενέσθην· μυστικὴν καὶ τὴν, etc. Joan.

(28) *Μύσους.* Μίσους Nov. Mox pro Μυοῦντος Eusebius habet Μυσοῦντος. Item κυνηγίῳ, pro κυνηγί· Nov.

(18) Ἐγκυκλήσω. Ἐγκεκλήσθω. Euseb., Joan. Scribendum videtur ἐκκυκλήσω, id est *evolvam, explicabo.* Qua voce Clemens usus est *Strom.* VII, p. 752 : Οὐ γὰρ ἐκκυκλεῖν χρὴ τὸ μυστήριον, *non enim evolvendum est mysterium.* Solet etiam apud alios auctores ἐγκυκλεῖν pro ἐκκυκλεῖν poni, scriptorum, ut videtur, negligentia. Hesychius et Suidas ἐκκυκλεῖν expl. ἐκκαλύπτειν. Est autem vox scenica, significans *in medium proferre*, translatione ducta a machina theatrali, cujus versatione res oculis spectatorum exhibebantur. Inde ἐκκύκλημα, vel ἐγκύκλημα, ut a nonnullis scribitur, μηχάνημα ξύλινον τροχοὺς ἔχον, ὅπερ περιστρεφόμενον τὰ δοκοῦντα ἔνδον ὡς οἰκίᾳ πράττεσθαι, καὶ τοῖς θεαταῖς ἐδείκνυεν· *machina lignea rotas habens, quæ conversa ea, quæ intus ut in ædibus geri videbantur, spectatoribus ostendebat*; ut ait Scholiastes in Aristophanis Acharn. p. 392, et ex eo Suidas v. Ἐγκυκληθῆναι. Quo loco καὶ delendum post πράττεσθαι. Conf. etiam Pollux lib. IV, et Casaubonus in Athenæi lib. VIII, cap. 15.

(19) *Μαινόλην.* Μανώμην Nov. mendose. Mox Βάκχοις pro Βάκχοι. Euseb., Joan.

(20) Ὠμοφαγίᾳ. In festis Bacchi insanientium more crudas carnes devorabant. Hinc Bacchus Ὠμοφάγος et Ὠμηστής, de quibus nominibus vid. *Archæologia* nostra lib. II, ubi de Bacchi festis agitur. Julius Firmicus de Bacchi festis agens : *Cretenses*, inquit, *ut furentis tyranni sævitiam mitigarent, festos funeris* (sc. Bacchi a Titanibus discerpti) *dies statuunt, et annum sacrum trieterica consecratione componunt, omnia per ordinem facientes, quæ puer* (Bacchus) *moriens aut fecit, aut passus est : virum laniant dentibus taurum, crudeles epulas annuis commemorationibus excitantes*, etc.

(21) Ἄγοντες. Ἀγόντων scripsit aliquis in margine Joan. Mox χρεανομίας, pro χρεωνομίας, habent Euseb., Joan.

(22) *Τῶν φόνων.* Τῶν φόρων Eusebius. At Clementis lectionem sequitur codex Montac., φωνῶν etiam habet Joan. Arnobius tamen lib. V, legisse visus est τῶν ἐρίφων· *hædos* enim reddidit : quod etiam, ait Vigerus, magis placet; nam et illud : χρεανομία φόνων, admodum insolens; et hædis optime cum illis Bacchi sacris convenit.

(23) Ἀνεστεμμένοι τοῖς ὄφεσιν. Arnobius lib. V : *Bacchanalia etiam prætermittemus inania, quibus nomen Omophagiis Græcum est, in quibus furore mentito, et sequestrata pectoris sanitate, circumplicatis vos anguibus, atque ut vos plenos Dei numine ac majestate doceatis, caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus dissipatis.* Sic apud Nonnium citatur e Lycurgo Nævii versus hic, qui forte huc pertinet : *Alte jugatos angues in se gerunt.* Plutarchus in *Alexandro* de Olympiade verba faciens, quæ

Μυοῦντός τινος Ἀττικοῦ, ὃν ἐν κυνηγίᾳ διαφθαρῆναι Ἀπολλόδωρος λέγει, οὐ φθόνος (29) ὑμῶν δεδόξασθαι τὰ μυστήρια ἐπιτυμβίῳ τιμῇ. Πάρεστι δὲ καὶ ἄλλως μυθήριά (30) σοι νοεῖν, ἀντιστοιχούντων τῶν γραμμάτων, τὰ μυστήρια· θηρεύουσι γάρ, εἰ καὶ ἄλλοι τινές, ἀτὰρ δὴ (31) καὶ οἱ μῦθοι οἱ τοιοίδε, Θρᾳκῶν τοὺς βαρβαρικωτάτους, Φρυγῶν τοὺς ἀνοητοτάτους, Ἑλλήνων τοὺς δεισιδαίμονας (32). Ὅλλοιτο οὖν (33) ὁ τῆσδε ἀρχὰς τῆς ἀπάτης (34) ἀνθρώποις! εἴτε ὁ Δάρδανος, ὁ μητρὸς (35) θεῶν καταδείξας τὰ μυστήρια· εἴτε Ἠετίων, ὁ τὰ Σαμοθρᾳκῶν ὄργια καὶ τελετὰς ὑποστησάμενος· εἴτε ὁ Φρὺξ ἐκεῖνος ὁ Μίδας, ὁ παρὰ τοῦ Ὀδρύσου μαθών, ἔπειτα διαδοὺς τοῖς ὑποτεταγμένοις ἔντεχνον ἀπάτην. Οὐ γάρ με ὁ Κύπριος ὁ νησιώτης Κινύρας (36) παραπλῆσαι ποτ' ἄν, τὰ περὶ τὴν Ἀφροδίτην μαχλῶντα ὄργια, ἐκ νυκτὸς ἡμέρᾳ παραδοῦναι τολμήσας, φιλοτιμούμενος θεᾶσαι πόρνην πολῖτιδα. Μελάμποδα (37) δὲ τὸν Ἀμυθάονος ἄλλοι φασὶν ἐξ Αἰγύπτου μεταχομίσαι τῇ Ἑλλάδι τὰς Διονύσου ἑορτάς, πένθος ὑμνούμενον. Τούτους ἐγὼ' (38) ἂν ἀρχεκάκους φήσαιμι μύθων ἀθέων καὶ δεισιδαιμονίας ἐλεθρίου πατέρας, σπέρμα κακίας καὶ φθορᾶς ἐγκαταφυτεύσαντας τῷ βίῳ τὰ μυστήρια. Ἤδη δέ, καὶ γὰρ καιρὸς, αὐτὰ ὑμῶν τὰ ὄργια (39) ἐξελέγξω, ἀπάτης καὶ τερατείας ἔμπλεα· καὶ εἰ μεμύησθε, ἐπιγελάσεσθε μᾶλλον τοῖς μύθοις ὑμῶν τούτοις, τοῖς τιμωμένοις (40). Ἀγορεύω δὲ ἀναφανδὸν τὰ κεκρυμμένα, οὐκ αἰδούμενος λέγειν, ἃ προσκυνεῖν οὐκ αἰσχύνεσθε. Ἡ μὲν οὖν ἀφρογενής τε (41), καὶ κυπρογενὴς, ἡ Κινύρᾳ φίλη, τὴν Ἀφροδίτην λέγω, τὴν *φιλομηδέα*, ὅτι *μηδέων* ἐξεφοίτησε, μηδέων ἐκείνων τῶν ἀποκεκομμένων Οὐρανοῦ, τῶν λάγνων, τῶν μετὰ τὴν

cem Hebraicam interpretari velis, Heva cum aspiratione graviori serpentem ✠ femininam significat. Deinde Ceres et Proserpina in mysticum etiam fabulæ genus transiere, quarum errores, et raptum, et luctum nocturnis facibus Eleusis illustrat. Ac mihi quidem tanti est propriam orgiorum et mysteriorum notationem excutere. Orgia sane ἀπὸ τῆς ὀργῆς, hoc est *ab iracundia*, nomen accepere, qua Ceres adversus Jovem exarserat; mysteria vero ἀπὸ τοῦ μύσους, hoc est *ab exsecrando scelere*, quod circa Bacchum ipsum contigerat. Quod si vocem istam a Myunte quodam Attico derivare placet, quem Apollodorus in venatione periisse testatur, equidem nihil hoc vobis invideam, ut mysteria vestra sepulcrali honore decorentur. Quinimo liceat tibi mysteria quasi μυθήρια, hoc est *fabulas venaticas*, mutua duorum elementorum permutatione, accipere; venantur enim, si quæ aliæ, hujusmodi fabulæ quotquot sive apud Thraces immanitate, sive apud Phrygas 5 insania, sive apud Græcos superstitione principes memorantur. At male pereat, quisquis tantæ vecordiæ hominum generi auctor fuit, seu Dardanus, qui Matris deum mysteria docuit; seu Eetion, qui Thracum orgia, cum eorum mysteriis, protulit; seu Phryx ille Midas, qui cum ab Odryso callidam et plenam artificii fraudem accepisset, eam postmodum in subditos suæ ditioni sparsit universos. Nec enim mihi Cinyras ille Cyprius insularis unquam imposuerit, qui cum famosam insulæ suæ meretricem deam efficere vehementer optaret, flagitiosa Veneris orgia ex tenebris in lucem ausus est diemque produ-

✠ P. 12 ED. POTTER, 10 ED. PARIS.

(29) *Λέγει, οὐ φθ.* Λέγει. οὐ φθόνος· ὑμῶν δεδόξασται τὰ μ. Nov. Mox ἐπιτυμβίῳ φωνῇ καὶ τιμῇ. Joan., Euseb. Non male.

(30) *Μυθήρια.* Gulielmus Canterus, lib. VIII, cap. 18, *Nov. lect.* hæc habet, quæ huc pertinent: Hic, inquit, locus male a scriptoribus habitus pristinæ restituetur integritati, si pro μυθήρια reponatur μαστήρια, quasi a venatione velit dicta *Mysteria*. Nam hoc eum velle, satis quæ mox sequuntur indicant: θηρεύουσι γὰρ, εἰ καὶ ἄλλοι τινὲς, ἀτὰρ δὴ καὶ οἱ μῦθοι οἱ τοιοίδε Θρᾳκῶν τοὺς βαρβαρικωτάτους. Collect. Verum μυθήρια ficta vox est, ἀπὸ τοῦ μυεῖν καὶ θηρεύειν· quasi etiam *initiando venentur*. Nihil ergo est, quamobrem μαστήρια reponatur; præsertim cum subjungat, θηρεύουσι γάρ. Dicendum enim potius fuisset, μαστεύουσι γάρ. Nunc τὸ μυθήρια cum τῷ θηρεύουσιν optime convenit. Vigen., Sylburg. — Cæterum ne quis, ut nonnulli existimarunt, veram etymologiam mysteriorum hic tradi putet, advertendum est non tam grammaticum veriloquium, quam rhetoricam regulam a conjugatis argumentandi, aut a notatione nominis, ridendis his vocibus observari; in qua plerumque joco, aut non ita exacta statera res proferuntur; non enim magis hæc sunt certa, quam illa apud Athenæum lib. III Dionysium quemdam nomina nova finxisse: ut columnam, μενεχράτη, quod *valida perduret*; jaculum, βαλλάντιον, quod *jaciatur in adversum*: murium latebras, μυστήρια, quia μῦς τηροῦσι, *mures servant*. Collect.

(31) *Δή.* Δέ, Euseb. Neutrum habet Joan.

(32) *Ἑλλήνων τοὺς δεισιδαίμονας.* G. Canterus, loco jam modo citato, putat aptius esse, τοὺς δεισιδαιμονεστάτους· eo nempe comparationis gradu, quo præcedit ἀνοητοτάτους· idemque sentiunt A. et H. Sylburg. E contra pro ἀνοητοτάτους, aliquis adnotavit ἀνοήτους in margine Joan.

(33) *Ὅλλοιτο οὖν.* Ὅλοιτ' οὖν, Joan.

(34) *Ἀπάτης.* Τῆς ἀπάτης. Nov. Recte. Nam τῆς sequi solet τῆσδε ut paulo ante, τῆσδε τῆς γοητείας. Τῆς ἀτοπίας ἀνὴρ ἀνθρώποις habent Euseb., Joan.

(35) *Μητρός.* Μύθους. Nov., Euseb., Joan. Dein καταδιδάξας, pro καταδείξας; Joan. Sed in margine καταδείξας positum est.

(36) *Κινύρας.* Κιννύρας, Joan. Conf. Julius Firmicus *De errore prof. relig.*, pag. 22, edit. Lugd. Bat.; Arnobius, lib. V; Lucianus, *De dea Syria*. Mox, pro παραπλῆσαι, παραποιῆσαι, et in margine παραπεῖσαι habet Joan.

(37) *Μελάμποδα.* Diodorus Sic., lib. I, p. 87: Μελάμποδά φασιν ἐξ Αἰγύπτου μετενεγκεῖν τὰ Διονύσια νομιζόμενα τελεῖσθαι παρὰ τοῖς Ἕλλησι, καὶ τὰ περὶ Κρόνου μυθολογούμενα, καὶ τὰ περὶ Τιτανομαχίας, καὶ τὸ σύνολον τὴν περὶ τὰ πάθη τῶν θεῶν ἱστορίαν. *Melampoda porro sancita Baccho sacra apud Græcos, et fabulosam de Saturno et Titanum pugna narrationem, adeoque totam de affectibus deorum historiam ex Ægypto traduxisse, perhibent.* Mox, Ἀμυθάωνος pro Ἀμυθάονος, Euseb., Joan.

(38) *Τούτους ἐγὼ' ἄν.* Ἐγώγε τούτους ἄν, Joan.

(39) *Ὄργια.* Ἔργα in marg. Joan.

(40) *Τοῖς τιμ.* Τοῖς omittunt Nov., Euseb., Joan. Mox ἀγορεύω, pro ἀγορεύω, Euseb., Joan.

(41) *Ἀφρογενὴς τε.* Τε omittunt Euseb., Joan. Conf. Homeri *Iliad.* Γ, ibique vetus Scholiastes, et Hesiodi *Theogonia* a v. 188 ad v. 201. Mox καὶ Κινύρᾳ pro ἡ Κινύρᾳ, Euseb., Joan.

cere. Jam alii Melampodem Amythaonis filium, Cereris festa, luctum, inquam, illum carminibus hymnisque decantari solitum, in Græciam ex ✠ Ægypto traduxisse volunt. Istos equidem profanarum fabularum ac pestiferæ superstitionis parentes, malorum principes fuisse omnium merito dixerim, cum illa mysteria scelerum ac mortis semina in hominum vitam intulerunt. At enim jam tempus est, ut orgia vestra fraudis ac præstigiarum plena esse demonstremus; vos, si modo initiati estis, risu ac sibilis vestras illas fabulas, quibus tantum venerationis tribuitur, præ cæteris excipietis. Ego vero abdita penitusque recondita palam in omnium luce collocabo, nec me pudor ab iis proferendis revocabit, quæ vos divinis honoribus colere non pudeat. Vestra igitur illa spumæ marinæ proles, Cyprique fetus, ac Cinyræ delicium, Venerem intelligo, quam φιλομηδέα, hoc est *veretri amantem*, nominatis, quippe *membris ex genitalibus ortam*; utique abscissis illis Cœli genitalibus, usque adeo salacibus, ut secta quoque undam ipsam constuprarint; quare fetus effusis in libidinem corporis partibus longe dignissimus Venus ista procreatur. Itaque in arcanis voluptatis hujus marinæ sacris, tanquam feturæ symbolum, grumus salis, effigiesque veretri, iis tradi solet, qui flagitiosi concubitus artibus initiantur; hi vero nummum ipsi, tanquam amicæ amatores, offerunt. Jam mysteria Cereris aliud nihil sunt, quam incestuosi Jovis cum Cerere matre congressus; ejusdem, matrisne ultra

A τομὴν τὸ κῦμα βεβιασμένων· ὡς ἀστιγῶν (42) ὑμῖν μορίων ἄξιος Ἀφροδίτη γίνεται καρπὸς ἐν ταῖς τελεταῖς· ταύτης τῆς παλαιᾶς ἡδονῆς, τεκμήριον τῆς γονῆς, ἁλῶν χόνδρος, καὶ φαλλὸς τοῖς μυουμένοις τὴν τέχνην τὴν μοιχικὴν ἐπιδίδοται. Νόμισμα (43) δὲ εἰσφέρουσιν αὐτῇ οἱ μυούμενοι, ὡς ἑταίρᾳ (44) ἐρασταί. Δηοῦς (45) δὲ μυστήρια, καὶ Διὸς πρὸς μητέρα Δήμητραν ἀφροδίσιοι συμπλοκαί, καὶ μῆνις, οὐκ οἶδ' ὅτι φῶ λοιπὸν, μητρὸς ἢ γυναικὸς, τῆς Δηοῦς· ἧς δὴ χάριν Βριμὼ προσαγορευθῆναι λέγεται· ἱκετηρίαι Διὸς, καὶ πόμα χολῆς, καὶ καρδιουλκίαι, καὶ ἀρρητουργίαι· ταῦτα οἱ Φρύγες τελίσκουσιν Ἄττιδι, καὶ Κυβέλῃ (46), καὶ Κορύβασιν. Τεθρυλλήκασιν δὲ, ὡς ἄρα ἀποσπάσας ὁ Ζεὺς τοῦ κριοῦ τοὺς διδύμους, φέρων ἐν μέσοις ἔρριψε τοῖς κόλποις τῆς Δηοῦς, τιμωρίαν ψευδῆ τῆς βιαίας συμπλοκῆς ἐκτινύων, ὡς ἑαυτὸν δῆθεν ἐκτιμών. Τὰ σύμβολα τῆς μυήσεως ταύτης, ἐκ περιουσίας παρατεθέντα, οἶδ' ὅτι κινήσει γέλωτα, κἂν μὴ γελᾶσαι ἔπεισιν ὑμῖν (47), διὰ τοὺς ἐλέγχους· *Ἐκ τυμπάνου ἔφαγον* (48), *ἐκ κυμβάλου ἔπιον· ἐκερνοφόρησα* (49)· *ὑπὸ τὸν παστὸν ὑπέδυν* (50). Ταῦτα οὐχ ὕβρις τὰ σύμβολα; οὐχλεύη τὰ μυστήρια; Τί δ' εἰ (51) καὶ τὰ ἐπίλοιπα προσθείην; Κύει μὲν ἡ Δημήτηρ, ἀνατρέφεται δὲ ἡ Κόρη· μίγνυται δ' αὖθις ὁ γεννήσας οὗτοσὶ (52) Ζεὺς τῇ Φερεφάττῃ, τῇ ἰδίᾳ θυγατρὶ, μετὰ τὴν μητέρα τὴν Δηὼ (53), ἐκλαθόμενος τοῦ προτέρου μύσους· πατὴρ καὶ φθορεὺς Κόρης ὁ Ζεύς· καὶ μίγνυται δράκων γενόμενος· ὃς ἦν, ἐλεγχθείς. Σαβαζίων (54) γοῦν μυστηρίων σύμβολον τοῖς μυουμένοις ὁ διὰ κόλπου

B

C

✠ P. 13 ED. POTTER.

(42) *Ὡς ἀστιγ.* Ὡς omittunt Euseb. et Joan., sed id in margine aliquis posuit. Mox λέγεται pro γίνεται, Joan.; sed γίνεται in margine scriptum est. Dein καρπὸς ἐν ταῖς τελεταῖς ταύτης, Nov.; quin etiam τελεταῖς et ταύτης conjungunt Euseb., Joan. Recte, unde id in versione expressum est.

(43) *Νόμισμα.* Julius Firmicus loco superius citato : *Statuisse etiam, ut quicunque initiari vellet, secreto Veneris sibi tradito, assem in manum mercedis nomine deæ daret.* Arnobius, lib. v : *Necnon et Cypriæ Veneris abstrusa illa mysteria prætereamus : quorum conditor indicatur Cinyras rex fuisse : in quibus sumentes ea, certas stipes inferunt ut meretrici, et referunt phallos propitii numinis signa donatos.*

(44) *Ἑταίρᾳ.* Ἑταίρας Nov., ἑτέρᾳ Joan., mendose. Solent enim αι et ε ob similitudinem pronuntiationis confundi.

(45) *Δηοῦς.* Arnobius hoc argumentum copiose tractat lib. v, qui, cum Clemente collatus, lucem dabit accipietque invicem. Conf. etiam Lycophronis *Cassandræ* v. 698 et 1176; et ibi Tzetzæ scholia.

(46) *Κυβέλῃ.* Κυβέλλῃ, Euseb., Joan.

(47) *Κἂν μὴ γελᾶσαι ἔπεισιν ὑμῖν.* Sic legunt Clementis codices, pleniore et illustriore sensu quam Eusebius; καὶ μὴ γελασείουσιν ὑμῖν, Viger.; κἂν μὴ γελασείουσιν, Nov.

(48) *Ἐκ τυμπάνου ἔφαγον.* Sequentem mysteriorum formulam Jul. Firmicus, in lib. *De errore profan. relig.*, cap. 10, paulo aliter citat : *Libet nunc explanare, quibus se signis vel quibus symbolis miseranda hominum turba cognoscat. Habent enim propria signa, propria responsa, quæ illis in ipsis sacrilegiorum cœtibus diaboli tradidit disciplina. In quodam templo ut in interiores partes homo moriturus possit admitti, dicit :* « *De tympano manducavi, de cymbalo bibi, et religionis secreta perdidici.* » *Quod Græco sermone dicitur,* ἐκ τυμπάνου βέβρωκα, ἐκ κυμβάλου πέπωκα, γέγονα μυστικός. Collect., Stlb.

(49) *Ἐκερνοφόρησα.* Olim scriptum fuit ἐκιρνοφόρησα, tam apud Clementem, quam Eusebium. Nostram lectionem debemus P. Leopardo, lib. IV, c. 2, *Emendat.* Athenæus, lib. XI : Τὸ κέρνος, ἀγγεῖον κεραμοῦν, ἔχον ἐν αὐτῷ κοτυλίσκους· cernos, *vas fictile, cui agglutinatæ sunt exiguæ cotylæ multæ, in quibus alba sunt papavera, triticum, farra, mel, oleum. His vescitur, qui fert cernos, ut ei qui cistam gestaverit.* Pollux, lib. IV : Τὸ γὰρ κερνοφόρον ὄρχημα οἶδα ὅτι κέρνα ἢ ἐσχαρίδας ἔφερον (ms. φέροντες). κέρνα δὲ ταῦτα ἐκαλεῖτο. Hesychius, κερνοφόρος, ὁ τὰς θυσίας ἄγων. Est itaque ἐκερνοφόρησα, *cernos tuli*, vel *craticulas* illas *mysteriorum gestavi*, aut quæcunque illa fictilia fuerint vasa. Collect.

D

(50) *Ὑπέδυν.* Ὑπέδυν, Euseb., Joan.

(51) *Τί δ' εἰ.* Τί δή, Euseb. Mox πεπροσθείην pro προσθείην, Joan.

(52) *Οὗτοσί.* Οὗτωσί, Euseb. Similiter porro Athenagoras *Legat.* pag. 71, edit. Oxon., postquam Jovis cum Rhea vel Cerere concubitum memorasset, addit : Εἶθ' ὅτι Περσεφόνῃ τῇ θυγατρὶ ἐμίγη, βιασάμενος καὶ ταύτην δράκοντος σχήματι, ἐξ ἧς παῖς Διόνυσος αὐτῷ. *Deinde, quo modo per vim etiam in forma draconis cum filia Proserpina concubuerit, ex qua filius ei Dionysius natus est.* Conf. etiam Tatianus, pag. 35.

(53) *Τὴν Δηώ.* Τὴν omittit Euseb. Mox, πατὴρ καὶ φθορεὺς Κόρης ὁ Ζεύς e Joan. et Euseb. excidit.

(54) *Σαβαζίων γοῦν μυστηρίων.* Arnobius, l. v : *Auctorem aliquis desiderabit rei, tum illum citabimus tritum notumque senarium, quem antiquitas canit, dicens :*

*Taurus draconem genuit, et taurum draco.*

θεός (55)· δράκων δέ ἐστι οὗτος, διελκόμενος τοῦ κόλπου τῶν τελουμένων· ἔλεγχος ἀκρασίας Διός. Κύει καὶ ἡ Φερεφάττα παῖδα, ταυρόμορφον ἀμίλει, φησί τις ποιητὴς εἰδωλικός (56);

quæque participat nostros affectus, et pro nobis commovetur, imaginem Dei circumferimus. Christi gratia Deo consecrati sumus. Nos *genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus quem* sibi Deus *ut proprium vindicat. qui quondam non populus, nunc autem populus Dei* sumus [11]; qui, ut ait Joannes [12], non sumus *ex inferis;* sed ab eo, *qui superne venit* [13], *omnia* didicimus [14]: qui Dei dispensationem cognitam atque perspectam habemus; qui, denique, ad id sumus exerciti, ut *in novitate vitæ ambulemus* [15]. Haud tamen eodem animo sunt affecti magna pars hominum, sed metu omni atque pudore depositis, turpes dæmonum in Venerem pruritus domi suæ depingunt. Adeo ✠ enim dediti sunt lasciviæ, ut pictis quibusdam tabellis e sublimi suspensis thalamos suos ornent, et impudicitiam pro pietate habeant. Quo fit, ut in cubili jacentes nudam illam Venerem, quæ in adulterio vinculis constricta dicitur, suos inter complexus respiciant. Quin etiam libidinosam illam avem Ledam circumvolantem in annulorum palis depingunt, utunturque sigillis, quæ Jovis impudicitiam repræsentant; nec aliam ob causam hujusmodi picturas recipiunt, quam quod effeminatæ sint atque impuræ. Hæc sunt voluptariæ vestræ ac delicatæ vitæ exemplaria. Illi vestri sermones, quibus petulantiam divino honore afficitis: hæ, denique, deorum, qui una vobiscum stupro se ac libidini dedunt, doctrinæ. Nam *quod quilibet vult, hoc etiam credit,* ut ait orator Atheniensis. Cæterum reliquæ vestræ imagines cujusmodi tandem sunt? Panisci quidam, et nudæ puellæ, et ebrii Satyri, et erecta pudenda, quæ quidem, licet ob libidinem reprehendi mereantur, tamen in tabellis nuda depingi solent. Quin etiam universas impudicitiæ figuras aperte descriptas publicitus intueri haud erubescitis; sed suspensas eo diligentius asservatis; quippe qui velut deorum imagines, has impudicitiæ columnas domi consecretis; nec minus sollicite Philænidis motus, quam Herculis labores curetis depingendos. Quarum rerum non modo usum, sed etiam aspectum, et auditionem esse jam penitus obliterandæ, et memoriæ eximenda annun-

ἀνάθημα γεγόναμεν τῷ Θεῷ ὑπὲρ Χριστοῦ· ἡμεῖς τὸ *γένος τὸ ἐκλεκτὸν, τὸ βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς περιούσιος*· *οἱ ποτε οὐ λαὸς, νῦν δὲ λαὸς τοῦ Θεοῦ*, οἱ, κατὰ τὸν Ἰωάννην, οὐκ ὄντες *ἐκ τῶν κάτω, παρὰ δὲ τοῦ ἄνωθεν ἐλθόντος τὰ πάντα μεμαθηκότες*· οἱ τὴν οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ κατανενοηκότες, οἱ *ἐν καινότητι ζωῆς περιπατεῖν* μεμελετηκότες. Ἀλλ' οὐ ταῦτα φρονοῦσιν οἱ πολλοί· ἀπορρίψαντες δὲ τὴν αἰδῶ καὶ τὸν φόβον, οἷοι τοὺς τῶν δαιμόνων ἐγγράφονται πασχητιασμούς. Πιναξίοις (9) γοῦν τισι καταγράφοις μετεωρότερον ἀνακειμένοις, προσεσχηκότες ἀσελγείᾳ, τοὺς θαλάμους κεκοσμήκασι, τὴν ἀκολασίαν εὐσέβειαν νομίζοντες· κἀπὶ τοῦ σκίμποδος κατακείμενοι, παρ' αὐτὰς ἔτι τὰς περιπλοκὰς, ἀφορῶσιν εἰς τὴν Ἀφροδίτην ἐκείνην, τὴν γυμνὴν, τὴν ἐπὶ τῇ συμπλοκῇ δεδεμένην· καὶ τῇ Λήδᾳ περιπετώμενον τὸν ὄρνιν τὸν ἐρωτικὸν, τῆς θηλύτητος ἀποδεχόμενοι τὴν γραφὴν (10), ἀποτυποῦσι ταῖς σφενδόναις, σφραγῖδι χρώμενοι καταλλήλῳ τῇ Διὸς ἀκολασίᾳ. Ταῦτα ὑμῖν τῆς ἡδυπαθείας τὰ ἀρχέτυπα· αὗται τῆς ὕβρεως αἱ θεολογίαι· αὗται τῶν συμπορνευόντων ὑμῖν θεῶν αἱ διδασκαλίαι· *ὃ γὰρ βούλεται, τοῦθ' ἕκαστος καὶ εἴσεται*, κατὰ τὸν Ἀθηναῖον ῥήτορα. Οἷαι δὲ αὖ καὶ ἄλλαι ὑμῶν εἰκόνες; Πανίσκοι τινὲς, καὶ γυμναὶ κῶραι, καὶ Σάτυροι μεθύοντες, καὶ μορίων ἐντάσεις, ταῖς γραφαῖς ἀπογυμνούμεναι, ἀπὸ τῆς ἀκρασίας ἐλεγχόμεναι. Ἤδη δὲ ἀναφανδὸν τῆς ἀκολασίας ὅλης τὰ σχήματα ἀνάγραπτα πανδημεὶ θεώμενοι, οὐκ αἰσχύνεσθε, φυλάττετε δὲ ἔτι μᾶλλον ἀνακείμενα, ὥσπερ ἀμέλει τῶν θεῶν ὑμῶν τὰς εἰκόνας στήλας ἀναισχυντίας καθιερώσαντες οἶκοι, ἐπ' ἴσης ἐγγραφόμενοι τὰ Φιλαινίδος σχήματα (11), ὡς τὰ Ἡρακλέους ἆθλήματα. Τούτων οὐ μόνον τῆς χρήσεως, πρὸς δὲ καὶ τῆς ὄψεως καὶ τῆς ἀκοῆς αὐτῆς ἀμνηστίαν καταγγέλλομεν. Ἠπαίρηκεν ὑμῖν τὰ ὦτα, πεπορνεύκασιν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ, τὸ καινότερον, πρὸ τῆς συμπλοκῆς, αἱ ὄψεις ὑμῖν μεμοιχεύκασιν (12). Ὦ βιασάμενοι τὸν ἄνθρωπον· καὶ τὸ ἔνθεον τοῦ πλάσματος ἐλέγχει. Ἀπάρξαντες (13), πάντα ἀπιστεῖτε, ἵνα ἐκπαθαίνησθε, καὶ πιστεύητε (14) μὲν τοῖς εἰδώλοις, ζητοῦντες (15) αὐτῶν τὴν ἀκρασίαν, ἀπιστεῖτε δὲ τῷ

✠ P. 53 ED. POTTER. [11] 1 Petr. II, 9, 10. [12] Joan. VIII, 23. [13] Ibid. III, 31. [14] Ibid. IV, 25. [15] Rom. VI, 4.

(9) *Πιναξίοις*. Πινάκιος, Nov. pendose.

(10) *Ἀποδεχόμενοι τ. γ.* Ἀποδεχόμενοι, τὴν γραφὴν ἀποτυπ. Nov. De insignibus annulorum, etc., conf. *Pæd.* lib. III, c. 11, p. 247.

(11) *Τὰ Φιλαινίδος σχήματα*. Athenæus, lib. VIII. p. 113 Aldinæ edit.: Καὶ βιβλία τά τε Φιλαινίδος, καὶ τὴν τοῦ Ἀρχεστράτου γαστρονομίαν, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς θεραπαίνας ἐμπείρους τοιούτοις κινήσεών τε καὶ σχημάτων. Et paulo ante, turpissimum ait de rebus veneris opus illi ascriptum, sed falso honestissimæ feminæ per calumniam id tribuisse Polycratem, ut testatur Æschrion Samius. Meminit ejusdem lib. X. Vide H. Junium proverb. *Philænidis commentarii*. COLLECT. Justinus M., Apol. 2, extrema: Σοντροῖσι, καὶ τοῖς Φιλαινιδείοις, καὶ ὀρχηστικοῖς, καὶ Ἐπικουρείοις, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις ποιητικοῖς διδάγμασιν· *Sotadiis, et Philænidiis, et saltatoriis, et Epicureis, aliisque id genus poeticis institutionibus*. Meminit etiam Tatianus: Φιλαινίδος καὶ Ἐλεφαντίδος τῶν ἀῤῥήτων ἐπινοιῶν. *Philænidis et Elephantidis infandorum commentorum*, pag. 122, 123. Ea qualia fuerint, explicat Suidas: Ἀπτάνασα, Ἑλένης τῆς Μενελάου θεράπαινα· ἥτις πρώτη τὰς ἐν τῇ συνουσίᾳ καταχλίσεις εὗρεν καὶ ἐγράψε περὶ σχημάτων συνουσιαστικῶν· ἣν ὕστερον παρεζήλωσαν Φιλαινὶς καὶ Ἐλεφαντίνη, αἱ τὰ τοιαῦτα ἐξορχησάμεναι ἀσελγήματα. Ejusdem mentio fit apud eumdem v. Δημοχάρης. Conf. *Anthologia Epigr.* lib. III, cap. 10.

(12) *Οἱ ὀφθαλμοὶ... μεμοιχεύκασιν*. Hæc e Nov. excideruut propter voces ὁμοιοτελεύτους.

(13) *Ἐλέγχει. Ἀπάρξαντες*. Legendum conjecte, ἐλέγχει ἀπάρξαντες, eo sensu, quem in versione expressimus.

(14) *Πιστεύητε*. A. πιστεύετε, indicativo modo, SYLBURG. πιστεύηται, Nov.

(15) *Ζητοῦντες*. Legendum ζηλοῦντες, *æmulantes*, quod habet Nov.

Θεῷ, σωφροσύνην μὴ φέροντες· καὶ τὰ μὲν χείττω μεμισήκατε, τὰ δὲ ἥττω τετιμήκατε· ἀρετῆς μὲν θεαταὶ, κακίας δὲ ἀγωνισταὶ γεγενημένοι. Ὅλβιοι μόνοι τοίνυν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐμοθυμαδὸν, ἐκεῖνοι πάντες, κατὰ τὴν Σίβυλλαν (16)·

A tiamus. Scortatæ sunt aures vestræ, oculi quoque stuprum fecerunt, et quod magis inauditum est, ipsi vultus ante concubitum commiserunt adulterium. Oh! qui humanæ naturæ vim intulistis, et quod in illa creatura Divinitatis inest, dedecori atque probro, veluti primitias quasdam, obtulistis. Prorsus increduli estis, ut affectibus vestris obsequamini: et simulacris quidem fidem habetis, quod eorum intemperantiam sequi vobis propositum sit; eam vero Deo negatis, quia moderate atque continenter vivere haud sustineatis. Quo factum est, ut quæ sunt præstantiora, odio; quæ vero deteriora, honore prosequamini: et spectatores quidem virtutis, vitæ autem pugiles sitis. Quocirca ✠ *soli felices sunt*, ut ita dicam, *illi omnes, unanimi consensu*, ut Sibyllæ verbis utar,

*Οἱ ναοὺς μὲν πάντας (17) ἀπαρνήσονται (18) ἰδόντες,*
*Καὶ βωμοὺς, εἰκαῖα λίθων ἱδρύματα (19) κωφῶν,*
*Καὶ λίθινα ξόανα, καὶ ἀγάλματα χειροποίητα,*
*Αἵματι ἐμψύχῳ (20) μεμιασμένα, καὶ θυσίαισι*
*Τετραπόδων, διπόδων, πτηνῶν, θηρῶν τε φόνοισι.*

*Qui sibi visa licet divorum templa negabunt,*
*Surdorum et lapidum, quæ sunt altaria sedes:*
*Ex lapide et manibus simulacra effecta virorum,*
*Cæsorum quæ sunt animato infecta cruore,*
*Quadrupedum, bipedum, volucrumque, et cæde ferarum.*

Καὶ γὰρ δὴ καὶ ἀπηγόρευται ὑμῖν (21) ἀναφανδὸν, ἀπατηλὸν ὁρίζεσθαι (22) τέχνην· Οὐ γὰρ ποιήσεις, φησὶν ὁ προφήτης, *παντὸς ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω.* Ἦ ποὺ γ' ἂν ἔτι τὴν Πραξιτέλους Δήμητραν, καὶ Κόρην, καὶ τὸν Ἴακχον τὸν μυστικὸν, θεοὺς ὑπολάβοιμεν, ἢ τὰς Λυσίππου τέχνας, ἢ τὰς χεῖρας τὰς Ἀπελλικὰς, αἳ δὴ τῇ; θεοδοξίας τὸ σχῆμα τῇ ὕλῃ περιτεθείκασιν; Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν, ὅπως ποτὲ ὁ ἀνδριὰς ὅτι μάλιστα ὡραιότατος τεκταίνηται, προσκαρτερεῖτε· ὅπως δὲ αὐτοὶ μὴ δμοιοι δι' ἀναισθησίαν τοῖς ἀνδριάσιν ἀποτελεσθῆτε, οὐ φροντίζετε. Πάνυ γοῦν ἐμφανῶς καὶ συντόμως ὁ προφητικὸς ἐλέγχει τὴν συνήθειαν λόγος, Ὅτι *πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμονίων εἰσὶν εἴδωλα* (23)· *ὁ δὲ Θεὸς τοὺς οὐρανοὺς ἐποίησε καὶ τὰ ἐν τῷ*

B

C

*Qui sibi visa licet divorum templa negabunt,*
*Surdorum et lapidum, quæ sunt altaria sedes:*
*Ex lapide et manibus simulacra effecta virorum,*
*Cæsorum quæ sunt animato infecta cruore,*
*Quadrupedum, bipedum, volucrumque, et cæde ferarum.*

Nos enim clare prohibemur fallacem hanc artem exercere: *Non facies* enim, inquit propheta [17], *ejusmodi rei similitudinem, eorum quæ sunt in cælo, et quæ sunt in terra infra.* Utrumne vero Praxitelis Cererem et Proserpinam, et Iacchum mysticum, an potius Lysippi artem, vel Apellis manus, quæ materiam ea forma ornarunt, quæ existimationem divinitatis ei præbuit, deos esse putemus? Sed vos quidem in id omnem vestram curam atque studium impenditis, ut statua fiat quam pulcherrima; parum interea solliciti, ne vosmetipsi similes statuis per stuporem efficiamini. Verum hanc consuetudinem dilucide admodum atque breviter refellit hoc dicto Propheta: *Quod omnes dii gentium sint dæmoniorum simulacra: Deus autem cælos fecerit, et ea quæ*

✠ P. 54 ED. POTTER, 41 ED. PARIS. [17] Exod. xx, 4.

(16) *Σίβυλλαν.* Hos Sibyllæ versus, cum aliis pluribus, recitat Justinus M., *Cohort. ad Græc.*, p. 81.

(17) *Οἱ ναοὺς μὲν πάντας.* Μὲν addita ex Justino. Steph. Νηοὺς μὲν ἅπαντας, Justin.

(18) *Ἀπαρνήσονται.* Sic etiam Justin., sed ἀποστρέψουσιν habent edita Sibyll. *Oracula.*

(19) *Ἱδρύματα.* Sic edita *Oracula*: sed ἀφιδρύματα. Justin.

(20) *Αἵματι ἐμψύχῳ.* Αἵμασιν ἐμψύχων, Justin. et edita *Oracula.* Sequentem versum hoc modo scribit Justinus:

*Τετραπόδων, βλέπουσι δ' ἐνὸς Θεοῦ ἐς μέγα κῦδος.*

*Quadrupedum, videbunt autem ad magnam unius Dei gloriam.*

(21) *Ἀπηγόρευται ὑμῖν.* A. et H. ἡμῖν prima persona. Sylb. — Cæterum nonnullis visum est Clementem his verbis pingendi artem, et reliquas ei similes, ut illicitas penitus damnare: quemadmodum etiam *Strom.* VI, p. 687: Ὁ τὰ θεῖα τῶν ἔργων ἀφαιρούμενος διὰ τέχνης, ἤτοι πλαστικῆς ἢ γραφικῆς, καὶ λέγων ἑαυτὸν ποιητὴν εἶναι τῶν ζώων καὶ φυτῶν· *qui divina opera sibi vindicat per pingendi vel pingendi artem, dicens se esse effectorem animantium et plantarum*, dicitur quodammodo præceptum violare, quo furtum prohibetur. Et *Pædag.* lib. III, cap. 2, p. 220, peccare dicit mulieres, quæ faciem suam in speculis contemplantur, quia Moyses prohibuit *facere imaginem, ἀντίτυπον τῷ Θεῷ, Deo similem.* Quin etiam Tertullianus *Adv. Marcion.*, lib. IV, c. 22, ait apostolos *Moysen et Heliam* apparentes *non cognovisse nisi in spiritu. Nec enim imagines eorum, vel statuas populus habuisset, et similitudines, lege prohibente.* Idem, lib. *De idololatr.*, cap 4 et seq. videtur dicere Moysen vetasse fieri quamvis cujusvis rei similitudinem. Et lib. *De spectaculis*, cap. 13: *Jam vero*, inquit, *ipsum opus personarum, quæro an Deo placeat, qui omnem similitudinem vetat fieri, quanto magis imaginis suæ?* Origen. etiam lib. IV, *adv. Cels.*, p. 181, 182, dicit inter Judæos nullum fuisse ζωγράφον οὔτ' ἀγαλματοποιόν, *pictorem nec statuarium*, *legibus totum hoc genus arcentibus*, *ne qua occasio* idololatriæ *præberetur hominibus crassis.* Id præterea Chrysost. affirmat, alios ut præteream. Verumtamen, quemadmodum Judæis signa et imagines in templo Salomonis erant, ita nec prædicti Patres ea illicita esse judicabant extra divinum cultum, et idololatriæ periculum. Proinde Tertullianus memorat *picturas calicum* sacrorum, in quibus Christus pastoris habitu una cum ove insculpi solebat, lib. *De pudicit.*, c. 7 et 10. Et Clemens figuris variis annulos Christianorum inscribi permittit, *Pædag.*, lib. III, cap. 11, pag. 246, 247. Qua vero patientia hi Patres ejusmodi figuris divinum cultum tribuentes eos conspexissent, qui se Christianos profitentur?

(22) *Ὁρίζεσθαι.* Lowthius recte admonuit scribendum esse ἐργάζεσθαι. Ejus enim conjecturam firmat ms. Nov. Cæterum Exodi locum mox imperfecte recitat Clemens.

(23) *Δαιμονίων εἰσὶν εἴδωλα.* Δαιμόνια Psal. Mox, καὶ τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ, additum a Clemente.

*sunt in cœlo* [18]. Hinc autem arrepta, nescio quo modo, occasione, nonnulli eo sunt erroris prolapsi, ut divinum artificium, Solem, Lunam, reliquumque astrorum chorum, potius quam ipsum Deum, colerent; ea scilicet perabsurde deos existimantes, quæ nil aliud sunt quam instrumenta quædam, 19 quibus tempora describuntur: *Verbo* enim ejus *firmata sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum* [19]. Etenim humana ars et domicilia, et naves, et urbes, et picturas conficit; Dei autem opera qua ratione enumerem? Aspice hunc mundum universum. Ille cœlum et solem creavit. Angeli et homines sunt *opera digitorum ipsius* [20]. ✠Quanta est autem Dei potentia, cujus sola voluntas est mundi creatio? Solus enim Deus mundum creavit, ut qui solus sit vere Deus; is autem opera sua volendo conficit, ejusque velle sequitur fieri. Hic autem aberravit philosophorum chorus a veritate, qui perpulchre quidem fatentur ad contemplationem cœli factum fuisse hominem; tamen quæ in cœlo apparent, visuque percipiuntur, adorant. Licet enim ea, quæ sunt in cœlo, non sint hominum artificia: at hominum tamen gratia condita fuerunt. Ne quis igitur solem adoret, verum solis effectorem desideret: ne quis mundum reponat inter deos, verum mundi conditorem requirat. Quamobrem ei, qui ad portas salutis evadere cupit, unicum, ut videtur, perfugium relinquitur divina sapientia. Hinc, velut e sacrosancto quodam asylo, eum, qui ad salutem contendit, nulla vis dæmonum abducere unquam poterit.

οὐρανῷ. Πλανώμενοι γοῦν τινες ἐντεῦθεν, οὐκ οἶδ' ὅπως, θείαν μὲν τέχνην, πλὴν ἀλλ' οὐ Θεὸν προσκυνοῦσιν, ἥλιόν τε καὶ σελήνην, καὶ τὸν ἅλιον τῶν ἀστέρων χορὸν, παραλόγως τούτους θεοὺς ὑπολαμβάνοντες, τὰ ὄργανα τοῦ χρόνου (24)· *Τῷ γὰρ λόγῳ αὐτοῦ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν.* Ἀλλ' ἡ μὲν ἀνθρωπεία τέχνη οἰκίας τε καὶ ναῦς, καὶ πόλεις, καὶ γραφὰς δημιουργεῖ· Θεὸς δὲ πῶς ἂν εἴποιμι ὅσα ποιεῖ; Ὅλον ἴδε (25) τὸν κόσμον· ἐκείνου ἔργον ἐστὶν καὶ οὐρανὸς καὶ ἥλιος· καὶ ἄγγελοι καὶ ἄνθρωποι *ἔργα τῶν δακτύλων αὐτοῦ.* Ὅση γε ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ! μόνον αὐτοῦ τὸ βούλημα κοσμοποιία (26)· μόνος γὰρ ὁ Θεὸς ἐποίησεν, ἐπεὶ καὶ μόνος ὄντως ἐστὶ Θεός· ψιλῷ τῷ βούλεσθαι δημιουργεῖ, καὶ τῷ μόνον ἐθελῆσαι αὐτὸν ἕπεται τὸ γεγενῆσθαι. Ἐνταῦθα φιλοσόφων παρατρέπεται χορὸς, πρὸς μὲν τὴν οὐρανοῦ θέαν (27) παγκάλως γεγονέναι τὸν ἄνθρωπον ὁμολογούντων· τὰ δὲ ἐν οὐρανῷ φαινόμενα καὶ ὄψει καταλαμβανόμενα προσκυνούντων. Εἰ γὰρ (28) καὶ μὴ ἀνθρώπινα τὰ ἔργα τὰ ἐν οὐρανῷ, ἀλλά γοῦν ἀνθρώποις δεδημιούργηται. Καὶ μὴ τὸν ἥλιόν τις ὑμῶν προσκυνείτω, ἀλλὰ τὸν ἡλίου ποιητὴν ἐπιποθείτω, μηδὲ τὸν κόσμον ἐκθειαζέτω, ἀλλὰ τὸν κόσμου δημιουργὸν ἐπιζητησάτω. Μόνη ἄρα ὡς ἔοικεν καταφυγὴ τῷ μέλλοντι ἐπὶ τὰς σωτηρίους ἀφικνεῖσθαι θύρας ὑπολείπεται σοφία θεϊκή· ἐντεῦθεν ὥσπερ ἐξ ἱεροῦ τινος ἀσύλου, οὐδενὶ οὐκ ἔτι ἀγώγιμος τῶν δαιμόνων ὁ ἄνθρωπος γίνεται, σπεύδων εἰς σωτηρίαν.

## CAPUT V.

*Philosophorum sententias de Deo recenset.*

Quin, si libitum tibi sit, philosophorum opinio-

Ἐπιδράμωμεν (29) δέ, εἰ βούλει, καὶ τῶν φιλοσό-

[18] P. 55 ED. POTTER, 42 ED. PARIS. [19] Psal. xcv, 5. [20] Psal. xxxii, 6. [21] Psal. viii, 4.

(24) *Τὰ ἔργανα τοῦ χρόνου.* Respicit Genes. i, 14.

(25) *Ὅλον ἴδε τ.* Malim hunc locum sic distinguere: Ὅλον ἴδε τὸν κόσμον ἐκείνου ἔργον ἐστί· καὶ οὐρανὸς, καὶ ἥλιος, καὶ ἄγγελοι, καὶ ἄνθρωποι, ἔργα δακτύλων αὐτοῦ. *Ecce totum mundum, ejus opus est: et cœlum, ac sol, atque angeli, hominesque sunt opera digitorum ejus.* Ut ἔργον ad totum, ἔργα ad partes referatur. Respicit autem ps. ci, 26.

(26) *Τὸ βούλημα, κοσμοποιία.* Sane quod Clemens Alexandr. sola Dei voluntate mundum, et a solo Deo conditum, quando et solus Deus est, memorat; mihi non est dubium, quin partim excludendis dæmoniis ac idolis exaraverit; partim etiam, imo vero potissimum, confutandis vetustis hæreticis, quorum Simon quidem Magus, veluti signifer quidam, dein Menander ejus discipulus, sed et Saturninus et Carpocrates, et ex Gnosticis nonnulli mundum, et quæ in eo sunt, factum ab angelis emissis ab Ennœa seu Selene multo inferioribus ingenito Patre asserebant; Cerinthus autem et Nicolaitæ non a primo Deo, sed a virtute valde separata, et distante ab ea principalitate, quæ est super omnia. Trismegistus Pœmand. cap. 1: Καὶ πάντα ποιήσαντος καὶ ἑνὸς μόνου, τῇ δὲ αὐτοῦ θελήσει δημιουργήσαντος τὰ ὄντα. Vide Irenæi lib. i, cap. 25, et lib. iii, c. 11. Hæc P. Faber cap. 2 Dodecameni. Collect. Solo volendi actu mundum creatum a Deo dicit, ut ejus infinitam potentiam ostendat, per quam sine labore et conatu omnia produxit. Infra *Pædag.* lib. i, cap. 6, p. 93: Ἔπεται τῷ χαρίσασθαι μόνον βουληθῆναι αὐτὸν, πεπληρῶσθαι τὴν χάριν· *Solam voluntatem gratiam conferendi sequitur perfecta gratiæ collatio. Constitut. apost.* lib. v, cap. 7: Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· καὶ γινώσκομεν, ὅτι οὐχ ὕλης ἦν ἐνδεὴς, ἀλλὰ βουλήσει μόνῃ, ἃ προσετάγη Χριστὸς, ταῦτα καὶ παρήγαγε· etc. « *In principio fecit Deus cœlum ac terram:* » *ac scimus Deum non indiquisse materia; sed Christum sola voluntate ea, quæ jussus est, produxisse, cœlum dicimus, terram, mare, lumen, noctem, diem, luminaria, stellas, volatilia, aquatica, quadrupedia*, etc., *Clementinor.*, hom. 3, c. 33: Αὐτὸς μόνος δήμους ἀγγέλων καὶ πνευμάτων βουλῇς νεύματι δημιουργήσας, ἔπλησε τοὺς οὐρανούς· *Ipse solus populos angelorum ac spirituum, nutu voluntatis condidit, eisque implevit cœlos.*

(27) *Οὐρανοῦ θέαν.* Hinc Anaxagoræ responsum, *Hominem nasci ac vivere* εἰς θεωρίαν ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ οὐρανοῦ. Laertius lib. ii, s. 10. Jamblichus, *Protrept.* cap. 6. Tritum est illud Ovidii, *Metamorph.* i, v. 85:

*Os homini sublime dedit, cœlumque tueri*
*Jussit, et erectos ad sidera tollere vultus.*

(28) *Εἰ γάρ.* Tatianus principio cap. 8, his similia habet.

(29) *Ἐπιδράμωμεν.* Hoc argumentum modo plane simili tractat Justin. M. *Parænes.*, pag. 49, 50, 51, edit. Oxon. Quin etiam philosophorum de principiis sententias collegerunt Plutarchus, Tertull., Hermias philosophus, Eusebius Nemesius,

ςων τὰς δόξας, ὅσας αὐχοῦσι περὶ τῶν θεῶν, εἴ πως καὶ φιλοσοφίαν αὐτὴν κενοδοξίας ἕνεκεν ἀνειδωλοποιοῦσαν τὴν ὕλην ἐφεύρωμεν· εἰ καὶ δαιμόνια ἄττα ἐκθειάζουσαν, κατὰ παραδρομὴν παραστῆσαι δυνηθῶμεν ὀνειρώττουσαν τὴν ἀλήθειαν. Στοιχεῖα μὲν οὖν ἀρχὰς ἀπέλειπον ἐξυμνήσαντες, Θαλῆς ὁ Μιλήσιος τὸ ὕδωρ, καὶ Ἀναξιμένης, ὁ καὶ αὐτὸς Μιλήσιος, τὸν ἀέρα· ᾧ Διογένης ὕστερον ὁ Ἀπολλωνιάτης κατηκολούθησεν. Παρμενίδης δὲ ὁ Ἐλεάτης, θεοὺς εἰσηγήσατο πῦρ καὶ γῆν· θάτερον δὲ αὐτοῖν μόνοιν (30), τὸ πῦρ, θεὸν ὑπειλήφατον Ἵππασός τε ὁ Μεταποντῖνος (31) καὶ ὁ Ἐφέσιος Ἡράκλειτος· Ἐμπεδοκλῆς γὰρ ὁ Ἀκραγαντῖνος, εἰς πλῆθος ἐμπεσών, πρὸς τοῖς τέτταρσι στοιχείοις τούτοις, Νεῖκος καὶ Φιλίαν καταριθμεῖται. Ἄθεοι μὲν δὴ καὶ οὗτοι (32), σοφίᾳ τινὶ ἀσόφῳ τὴν ὕλην προσκυνήσαντες· καὶ λίθους μὲν ἢ ξύλα οὐ τιμήσαντες, γῆν δὲ τὴν τούτων μητέρα ἐκθειάσαντες, καὶ Ποσειδῶνα μὲν οὐκ ἀναπλάττοντες, ὕδωρ δὲ αὐτὸ προστρεπόμενοι (33). Τί γάρ ἐστι πρότερον, Ποσειδῶν, ἢ ὑγρά τις οὐσία, ἐκ τῆς πόσεως ὀνοματοποιουμένη; ὥσπερ ἀμέλει ὁ πολέμιος Ἄρης ἀπὸ τῆς ἄρσεως καὶ ἀναιρέσεως κεκλημένος. Ἦι καὶ ὄκνοῦσί μοι πολλοὶ μάλιστα, τὸ ξίφος μόνον πήξαντες, ἐπιθύειν ὡς Ἄρει. Ἔστι δὲ Σκυθῶν (34) τὸ τοιοῦτον, καθάπερ Εὔδοξος (35) ἐν δευτέρᾳ τῆς *Περιόδου* λέ-

nes quas de diis jactitant, nunc persequamur; si forte contingat nobis, ut ipsam quoque philosophiam invenianus vana de se persuasione materiam in simulacra deorum vertisse; vel si dum dæmonia quædam deorum nomine dignata est, eam tanquam in somnio veritatem vidisse, ostendere in transcursu possimus. Ili itaque elementa nobis reliquerunt principia; quorum Thales Milesius aquam celebravit; Anaximenes autem Milesius et ipse, aerem, quem postea Diogenes Apolloniates secutus est. Parmenides vero Eleates deos introduxit ignem et aquam; quorum alterum, ignem, Hippasus etiam Metapontinus, et Heraclitus Ephesius deum esse putarunt. Empedocles autem Agrigentinus, in multitudinem incidens, præter quatuor elementa, ✠ Contentionem et Amicitiam in numerum deorum cooptavit. Et hi quidem athei sunt, qui insipienti quadam sapientia materiam coluerunt; qui lapidibus quidem et lignis honorem deferre noluerunt; sed tamen Terram, eorum matrem, retulerunt inter deos; qui Neptunum quidem non effingebant, sed Aquam tamen ipsam coluerunt. Quid enim est Neptunus, nisi humida quædam substantia, quæ ἀπὸ τῆς πόσεως sive *a potu*, dicta est Ποσειδῶν? Quemadmodum Mars ille bellicus ἀπὸ τῆς

✠ P. 56 ED. POTTER, 43 ED. PARIS.

Porphyrius, Joannes Philoponus in proœmio ad lib. I Aristotelis *De anima*; auctor *Recognit.* Clementis lib. VIII, cap. 15; Cicero, *De natura deorum*, aliique plures; ac proinde singulorum sententias inter se conferre supervacaneum esset. Mox, pro εἰ καὶ δαιμ. Lowthius mavult ἢ καὶ δαιμ.

(30) *Μόνοιν*. Rectius μόνον, *solum*. V. STEPHANUM.

(31) *Ἵππασός τε ὁ Μεταπ.* Consentit Theodoret. de Hippaso Metapontino et Heraclito Ephesio. Item Plutarchus, *De placitis philos.*, lib. I, cap. 3: Ἡράκλειτος καὶ Ἵππασος ὁ Μεταποντῖνος ἀρχὴν τῶν ὅλων τὸ πῦρ· ἐκ πυρὸς γὰρ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς πῦρ πάντα τελευτᾶν λέγουσι. At Justinus M., *Paræn.*, p. 30, nulla Hippasi mentione facta, dicit: Ἡράκλειτος ὁ Μεταποντῖνος ἀρχὴν τῶν πάντων τὸ πῦρ εἶναι λέγει· ἐκ τοῦ πυρὸς γὰρ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς τὸ πῦρ τὰ πάντα τελευτᾶν: *Heraclitus Metapontinus causam omnium rerum ignem esse asseverat; ex igne namque omnia fieri, et in ignem tandem omnia reverti.* Quo loco scribendum cum Plutarcho, Ἡράκλειτος καὶ Ἵππασος ὁ Μεταποντῖνος, *Heraclitus et Hippasus Metapontinus.* Sylburgius legendum monuit, Ἡράκλειτος δὲ ὁ Ἐφέσιος, καθάπερ καὶ Ἵππασος ὁ Μεταποντῖνος. Sed Plutarchum sequi tutius est, cum manifestum sit horum auctorum unum alterius, aut utrumque alicujus tertii verba recitare.

(32) *Ἄθεοι μὲν δὴ καὶ οὗτοι.* Idem affirmat Clemens, *Strom.* I, p. 296: Στοιχεῖα δὲ σέβουσι Διογένης μὲν τὸν ἀέρα, Θαλῆς δὲ τὸ ὕδωρ, Ἵππασος δὲ τὸ πῦρ· καὶ οἱ τὰς ἀτόμους ἀρχὰς ὑποτιθέμενοι, φιλοσοφίας ὄνομα ὑποδυόμενοι, ἄθεοί τινες ἀνθρωπίσκοι καὶ φιλήδονοι. Idem *Strom.* II, p. 364, refert, nec Thaletem, nec reliquos physicos ante Anaxagoram, Deum agnovisse. Verumtamen ex auctoribus superius laudatis certum est, philosophos, quos enumerat hoc loco Clemens, non fuisse omnes atheos. De Thalete, reliquos ut præteream, Minut. *Octavio*: *Milesius Thales*, inquit, *rerum initium aquam dixit; Deum autem eam mentem, quæ ex aqua cuncta formaverit.* Quæ fere κατὰ λέξιν descripta sunt e Ciceron., lib. I *De natura deor.* Eadem dicit Lactantius lib. I, c. 5. Quin etiam Diogen. Laertius lib. I, seg. 35, inter Thaletis ἀποφθέγματα hæc refert: Πρεσβύτατον τῶν ὄντων Θεός· ἀγέννητον γάρ. Κάλλιστον κόσμος· ποίημα γὰρ Θεοῦ· *Antiquissimum eorum omnium quæ sunt, Deus; ingenitus enim est. Pulcherrimum, mundus: a Deo enim factus est.* Conf. Plutarch., in *Convivio septem Sapient.* Aliud Thaletis responsum quo pietatem suam testatus est, memorat ejusdem lib. seq. 36. Diogen. Laertius et Valer. Maxim., lib. VII, cap. 2: *Mirifice etiam Thales; nam interrogatus an facta hominum deos fallerent, Nec cogitata inquit.* Verum Clemens ideo philosophos omnes ante Anaxagoram atheos dicit fuisse, quod ille πρῶτος ἐπέστησε νοῦν τοῖς πράγμασι, *primus rebus mentem præfecit*, ut refert cum aliis pluribus *Strom.* II, loco superius dicto: unde ei Νοῦς cognominis loco inditus fuit, teste Laertio in Anaxagoræ principio, et Plutarcho, in *Pericle.* Verum licet forte Anaxagoras νοῦς vocabulo primus sit usus, et in Ionica schola sententiam de Deo mundi opifice renovaverit, tamen eandem Thales antea defenderat, licet Anaximander, Anaximenes, aliique Thaletis successores in constituendis principiis Dei nullam mentionem fecerint.

(33) *Προστρεπόμενοι.* Id habent posteriores editiones, consentiente Nov.; at προτραπόμενοι Flor., Sylb., arridose. Mox, ἄρσεως pro ἄρσεως, Nov.

(34) *Ἔστι δὲ Σκυθῶν.* De Scytharum cultu in eandem sententiam Brodæus, *Miscell.*, lib. V, cap. 5, cum alia citat, tum Ammiani Marcellini locum hunc: *Nec templum apud eos visitur, aut delubrum: nec tugurium quidem culmo tectum cerni usquam potest; sed gladius barbarico ritu humi figitur nudus: eumque ut Martem, regionum quas colunt præsidem, verecundius colunt.* V. STEPHANUM. — Solinus *Polyhist.* principio c. 25, de nonnullis Scythiæ populis: *Populis*, inquit, *istis Deus Mars est. Pro simulacris enses statuunt.* Pomponius Mela, lib. II, cap. 1, paulo ante finem, de Scythis: *Mars omnium*, inquit, *Deus. Ei pro simulacris enses et tentoria dedicant.* Conf. Herodotus lib. IV; Lucianus, *Jove Tragœdo*, Arnobius lib. V; Clemens, superius p. 40, ed. Potter, not.

(35) *Εὔδοξος.* Ἐνδώξ., Nov.

Ἄρεως καὶ ἀναιρέτεως, sive *ab insurgendo et interficiendo* dictus est Ἄρης. Quam præcipue ob causam mihi videntur plurimi, deflexo ense, ei quasi Marti sacra facere. Quem sane morem inter Scythas obtinere, auctor est Eudoxus in secunda parte *Periodi*. Sauromatas autem, Scythiæ gentem, acinacem colere, refert Ieesius in opere *De mysteriis*. Idem præterea Heraclito ejusque sectatoribus usu venit, qui ignem, quasi rerum universarum principium, adorant. Etenim hunc ignem alii nominarunt Vulcanum. Persarum autem magi, multique ex his qui Asiam incolunt, et præterea Macedones, prout Diogenes in primo *Persicorum* scribit, igni divinos honores tribuunt. Quid Sauromatas referam, quos Nymphodorus in *Moribus barbarorum* narrat ignem venerari? Quid Persas, et Medos, et Magos? Hos enim sub dio rem divinam facere, eo quod existiment ignem et aquam sola deorum esse simulacra, ex Dinone cognoscimus. Neque enim horum ignorantiam celaverim, qui licet se maxime existiment errorem effugisse, in aliam tamen fraudem delapsi ✠ sunt. Nam etsi neque cum Græcis ligna et lapides, neque cum Ægyptiis ibidas et ichneumonas, tamen cum philosophis ignem et aquam esse deorum simulacra putaverunt. Quin et aliquot postea sæculis eos coluisse simulacra humana specie prædita, ostendit in tertio *Chaldaicorum* Beros: eumque morem ab Artaxerxe, Darii filio, Ochi vero patre, introductum fuisse; etenim is primus statuam Veneris Tanaidis, quam Babylone, et Susis, et Ecbatanis posuisset, Persis, et Bactris, et Damasco, et Sardis exemplo suo præmonstravit esse

✠ P. 57 ED. POTTER.

(36) *Περσῶν*. Herodot. lib. I, refert Persas sacra facere ἡλίῳ, καὶ σελήνῃ, καὶ γῇ, καὶ πυρὶ, καὶ ὕδατι, καὶ ἀνέμοισι· *Soli, et lunæ, et terræ, et igni, et aquæ, et ventis*. Sidonius, Carmine 2 *de Magis*:

*..... juratur ab illis*
*Ignis et unda deus....*

Conf. Strabo lib. XV; Diogen. Laertius, proœmio; Chrysost. IV Ἀνδριάντων; Arnob., lib. VI. Auctor *Recognitionum* Clementis, lib. IV, cap. 29, de Zoroastre agens: *Busti cineres*, inquit, *tanquam fulminei ignis reliquias colligentes hi, qui primitus erant decepti, deferunt ad Persas, ut ab eis, tanquam divinus e cælo lapsus ignis, perpetuis conservaretur excubiis, atque ut cælestis deus coleretur*. Conf. ad eum locum auctores a Cotelerio notati.

(37) *Τί μοι Σαυρομάτ. καταλέγειν*. A, καταλέγειν δεῖ. SYLBURG.

(38) *Θύειν*. Herodotus, lib. I: *Simulacra quidem et templa, et altaria lex eos vetat statuere, et statuentes stultitiæ accusant: eo quod, ut mihi quidem videtur, non, perinde ut Græci, deos humana forma præditos esse existiment*. Conf. auctores superius memorati.

(39) Ὁ Δίνων. Dinonis *Persica* citat aliquoties Athenæus, in *Dipnosoph.* A. et H. SYLBURG.

(40) *Εἰ γὰρ καὶ*. Horatius, *Artis poet.* v. 31:

*In vitium ducit culpæ fuga, si caret arte.*

(41) Ἀφροδίτης Ταναΐδος. Strabo quidem Uxiorum meminit, apud quos Ἀφροδίτη Ἀναΐτης colebatur, et apud Persas sacra fuisse celebrata prodit Anaitidis et Omani: Ταῦτα ἐν τοῖς Ἀναΐτιδος καὶ τοῦ Ὀμανοῦ ἱερεῖς νενόμισται. Videndum ergo, num

A γει. Σκυθῶν δὲ οἱ Σαυρομάται, ὡς φησιν Ἡσίοδος ἐν τῷ *Περὶ μυστηρίων*, ἀκινάκην σέβουσιν. Τοῦτό τοι καὶ οἱ ἀμφὶ τὸν Ἡράκλειτον, τὸ πῦρ ὡς ἀρχέγονον σέβοντες, πεπόνθασιν· τὸ γὰρ πῦρ τοῦτο ἕτεροι Ἥφαιστον ὠνόμασαν. Περσῶν (36) δὲ οἱ Μάγοι τὸ πῦρ τετιμήκασι, καὶ τῶν τὴν Ἀσίαν κατοικούντων πολλοί· πρὸς δὲ καὶ Μακεδόνες, ὡς φησι Διογένης ἐν πρώτῳ *Περσικῶν*. Τί μοι Σαυρομάτας καταλέγειν (37) οὓς Νυμφόδωρος ἐν *Νομίμοις βαρβαρικοῖς*, τὸ πῦρ σέβειν ἱστορεῖ· ἢ τοὺς Πέρσας, καὶ τοὺς Μήδους, καὶ τοὺς Μάγους; Θύειν (38) ἐν ὑπαίθρῳ τούτους ὁ Δίνων (39) λέγει, θεῶν ἀγάλματα μόνα τὸ πῦρ καὶ ὕδωρ νομίζοντας. Οὐκ ἀποκρυψόμην οὐδὲ τὴν τούτων ἄγνοιαν· εἰ γὰρ (40) καὶ τὰ μάλιστα ἀποφεύγειν οἴονται τῆς πλάνης, ἀλλ' εἰς ἑτέραν κατολισθαίνουσιν
B ἀπάτην. Ἀγάλματα μὲν θεῶν οὐ ξύλα καὶ λίθους ὑπειλήφασιν, ὥσπερ Ἕλληνες· οὐδὲ μὴν ἴβιδας καὶ ἰχνεύμονας, καθάπερ Αἰγύπτιοι, ἀλλὰ πῦρ τε καὶ ὕδωρ, ὡς φιλόσοφοι. Μετὰ πολλὰς μέντοι ὕστερον περιόδους ἐτῶν ἀνθρωποειδῆ ἀγάλματα σέβειν αὐτούς, Βήρωσος ἐν τρίτῃ *Χαλδαϊκῶν* παρίστησι, τοῦτο Ἀρταξέρξου τοῦ Δαρείου τοῦ Ὤχου εἰσηγησαμένου, ὃς πρῶτος τῆς Ἀφροδίτης Ταναΐδος (41) τὸ ἄγαλμα ἀναστήσας ἐν Βαβυλῶνι, καὶ Σούσοις, καὶ Ἐκβατάνοις Πέρσαις, καὶ Βάκτροις, καὶ Δαμασκῷ καὶ Σάρδεσιν, ὑπέδειξε σέβειν. Ὁμολογούντων τοίνυν οἱ φιλόσοφοι, τοὺς διδασκάλους τοὺς σφῶν Πέρσας, ἢ Σαυρομάτας, ἢ μάγους, παρ' ὧν τὴν ἀθεότητα τῶν
C σεβασμίων αὐτοῖς μεμαθήκασιν ἀρχῶν, ἄρχοντα τῶν πάντων (42) ποιητὴν, καὶ τῶν ἀρχῶν αὐτῶν δημιουργὸν ἀγνοοῦντες, τὸν ἄναρχον Θεόν· τὰ δὲ πτωχὰ ταῦτα καὶ ἀσθενῆ, ἃ φησιν ὁ Ἀπόστολος, τὰ εἰς τὴν ἀνθρώ-

hæc sit dea, quam Clemens hoc loco indicat. Vide Strabonem lib. XV, ubi Persas Venerem et Solem colere tradit, et lib. XI. COLLECT. Buchartus, *Geographiæ sacræ* pag. 277, ait: « Circa Arbela et Gaugamela Strabo descripsit naphtæ fontem, et ignis scalebras; καὶ τὸ τῆς Ἀναΐας ἱερόν, *et Anææ templum*, id est Anaitidis, de qua idem Strabo alibi passim, et Agathias lib. II, et Pausanias *Laconicis*, et Plutarchus Artaxerxe: ex quibus corrigendus Clementis locus in *Protrept.* de eodem Artaxerxe, ὃς πρῶτος τῆς Ἀφροδίτης Ταναΐδος τὸ ἄγαλ. Lege Ἀναΐτιδος, in qua emendatione non debuit hæsitare vir doctus. Nam præter Persicam illam Anaïtidem, de qua præter Strabonem Agathias lib. II, etiam Ecbatanis Anaïtidem fuisse cultam ex Plutarcho
D scimus, et Susis, et in Lydia, ubi Sardes, ex Pausania. Et in illius cultum Artaxerxes quam fuerit propensus, inde colligas, quod celebrem illam Aspasiam, Cyri olim concubinam, cujus formam et reliquas dotes tam multis prædicat Ælianus in *Variis* initio lib. XII, creavit sacerdotem, ut præficeret templo Anaïtidis Ecbatanenæ. Nec quemquam movere debet, quod Anaïtidem alii Venerem, alii Dianam explicant. Nam raro sibi constant prisci scriptores, cum peregrina numina Græcis nominibus efferunt. Anaïtidem multi Dianam esse voluerunt, quia communi fano cum Deo יהוה *Omano*, id est Sole, colebatur, ut testatur Strabo XV. Vicissim alii Venerem esse maluerunt, quia infami ritu virgines in illius templo prostabant, ut idem in fine lib. XI. » — Nota infra formam dialecticam imperativi ὁμολογούντων pro ὁμολογείτωσαν. EDIT. PATROL.

(42) *Τὸν πάντων*. Legi potest etiam τῶν πάντων, ut postea τῶν ὅλων Πατέρα. SYLBURG.

πων ὑπηρεσίαν πεποιημένα στοιχεῖα, προστρεπόμενοι Τῶν δὲ ἄλλων φιλοσόφων ὅσοι τὰ στοιχεῖα ὑπερβάντες, ἐπολυπραγμόνησάν τι ὑψηλότερον καὶ περιττότερον· οἱ μὲν αὐτῶν τὸ ἄπειρον καθύμνησαν, ὧν Ἀναξίμανδρος (43) ὁ Μιλήσιος ἦν, καὶ Ἀναξαγόρας (44) ὁ Κλαζομένιος, καὶ ὁ Ἀθηναῖος Ἀρχέλαος· τούτω μέν γε ἄμφω τὸν Νοῦν ἐπεστησάτην τῇ ἀπειρίᾳ· ὁ δὲ Μιλήσιος Λεύκιππος (45) καὶ ὁ Χῖος Μητρόδωρος διττάς, ὡς ἔοικε, καὶ αὐτῷ ἀρχὰς ἀπελιπέτην, τὸ πλῆρες καὶ τὸ κενόν. Προσέθηκε καὶ λαβὼν τούτοιν τοῖν δυεῖν τὰ εἴδωλα (46), ὁ Ἀβδηρίτης Δημόκριτος· ὁ γάρ τοι Κροτωνιάτης Ἀλκμαίων (47), θεοὺς ᾤετο τοὺς ἀστέρας εἶναι, ἐμψύχους ὄντας (οὐ σιωπήσομαι οὐδὲ τὴν τούτων ἀναισχυντίαν)· Ξενοκράτης, Καρχηδόνιος (48) οὗτος, ἑπτὰ μὲν θεοὺς τοὺς πλάνητας, ὄγδοον δὲ, τὸν ἐκ πάντων αὐτῶν συνεστῶτα κόσμον αἰνίττεται. Οὐδὲ μὴν τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς (49) παρελεύσομαι, διὰ πάσης ὕλης, καὶ διὰ τῆς ἀτιμοτάτης, τὸ Θεῖον διήκειν λέγοντας, οἳ καταισχύνουσιν ἀτεχνῶς τὴν φιλοσοφίαν. Οὐδὲν δὲ οἶμαι χαλεπὸν, ἐνταῦθα γενόμενος, καὶ τῶν ἐκ τοῦ Περιπάτου μνησθῆναι· καὶ ὅγε τῆς αἱρέσεως πατὴρ, τῶν ὅλων οὐ νοήσας τὸν Πατέρα, τὸν καλούμενον ὕπατον, ψυχὴν (50) εἶναι τοῦ παντὸς οἴεται· τουτέστι τοῦ κόσμου τὴν ψυχὴν

colendam. Fateantur igitur philosophi se Persas, vel Sauromatas, vel magos magistros habuisse, a quibus didicerunt rerum principiis divinum cultum impie decernere: atque inde, Deum, qui princeps, omniumque effector, ipsorumque principiorum conditor est, ipse principii expers, ignorantes, *egena hæc et infirma elementa*, ut ea vocat Apostolus [11], quæ ad usum hominum ministeriumque facta sunt, coluerunt. E reliquis autem philosophis, qui elementis præteritis excelsius aliquid et præstantius indagarunt; alii quidem infinitum celebraverunt; ex quibus fuit Anaximander Milesius, et Anaxagoras Clazomenius, et Archelaus Atheniensis, qui quidem ambo infinitati Mentem præfecere. Leucippus autem Milesius et Metrodorus Chius, ipsi quoque, ut videtur, duplex principium reliquere, plenum et inane. Quæ duo mutuatus Democritus Abderitanus, tertium adjecit simulacra. Alcmæon vero Crotoniates sastra, ✠ cum ea animata esse putaret, in deos retulit (nec enim horum tacebo impudentiam), et Xenocrates Chalcedonius septem quidem deos esse planetas, octavum vero, qui ex istis omnibus constat, mundum innuit. Nec Stoicos vero prætermittam, qui cum asseverent divinum

✠ P. 58 ED. POTTER, 43-44 ED. PARIS. [11] Galat. IV, 9.

(43) Ἀναξίμανδρος. Conf. Diogen. Laertius, in *Anaximandro*, Plutarch., *De placitis philos.*; Euseb., *Præpar. Evang.*, lib. I, c. 8; lib. XIV, c. 14; Simplicius, in *Aristotelis Physic.*, lib. I, c. 2.

(44) Ἀναξαγόρας. Hunc Clemens, *Str.* II, p. 364, refert, πρῶτον ἐπιστῆναι νοῦν τοῖς πράγμασιν. Cicero, *De natura deor.*, lib. I: *Anaxagoras*, inquit, *qui accepit ab Anaximene disciplinam, primus omnium rerum descriptionem et modum mentis infinitæ vi ac ratione designari et confici voluit.* Idem refert Laertius principio Anaxagoræ, aliique plures. Quod quo modo intelligi debeat, paulo superius explicatum est. Porro Anaxagoræ comitem dat Archelaum, quod hic illius discipulus fuerit.

(45) Λεύκιππος. Plutarch., lib. I, *De placit. philos.*: Λεύκιππος, Δημόκριτος, Δημήτριος, Μητρόδωρος, Ἐπίκουρος τὰ μὲν ἄτομα ἄπειρα τῷ πλήθει, τὸ δὲ κενὸν ἄπειρον τῷ μεγέθει. Vult nempe hos principia statuisse immensum spatium et infinitos atomos, et ex atomis in se incidentibus in isto spatio omnia fieri. Conf. Laertius in *Leucippo*.

(46) Εἴδωλα. Primus Democritus teste Iren. lib. II, c. 19, dixit, *multas et varias ab universitate figuras expressas descendisse in hunc mundum.* Minut. pag. 152: *Quid Democritus? quamvis atomorum primus inventor, nonne plerumque naturam, quæ imagines fundat, et intelligentiam, Deum loquitur?* His imaginibus omnia fieri statuit. Ὁρᾶν δὲ ἡμᾶς κατ' εἰδώλων ἐμπτώσεις, *videre nos*, ac proinde alios sensus exercere, *incidentibus in nos rerum imaginibus*; dixisse Democritum, refert Diogenes Laertius lib. IX, segm. 44. Item ὀνείρους γίνεσθαι κατὰ τὰς τῶν εἰδώλων παραστάσεις, *somnia fieri per præsentiam imaginum*, putavit, teste Plutarcho, *De plac. philos.*, lib. V, cap. 1. Inde factum, ut Deum esse negaret. Cicero, *De nat. deorum* lib. II: *Primum igitur aut negandum est deos esse, quod et Democritus simulacra, et Epicurus imagines inducens, quodam pacto negat; aut qui deos esse concedant, iis fatendum est, eos aliquid agere, idque præclarum.* Verumtamen Clemens ex hoc dogmate sequi, quod Deus sit, affirmat, *Strom.* V, pag. 590: *Democritus*, inquit, *velit nolit, per dogmatum consequentiam Deum confitebitur; fecit enim easdem imagines in homines incurrentes, et in animantes rationis expertes, ἀπὸ τῆς θείας οὐσίας, a divina essentia.* Sed tamen ille per *divinam essentiam* nil aliud quam naturam intellexit. Cicero, lib. I *De natura deorum*, c. 12: *Quid Democritus, qui tum imagines earumque circuitus, in deorum numero refert; tum illam naturam, quæ imagines fundat ac mittat; tum scientiam, intelligentiamque nostram: nonne in maximo errore versatur?*

(47) Ἀλκμαίων. Cicero, lib. I *De natura deor.*: *Crotoniates autem Alcmæo, qui soli, et lunæ, reliquisque sideribus, animoque præterea divinitatem dedit, non sensit sese mortalibus rebus immortalitatem dare.*

(48) Ξενοκράτης Καρχηδόνιος. Clemens, *Strom.* V, p. 590, rursus hunc philosophum Καρχηδόνιον vocavit. Idem eum Χαλχηδόνιον appellat *Strom.* II, p. 419, et *Str.* V, p. 601, idque recte. Nam Xenocrates Chalcedonius fuisse dicitur a Strabone, Æliano, Athenæo, Diogene Laertio ac Suida. Sed facilis ac frequens est error scriptorum voces Χαλχηδόνιος et Καρχηδόνιος inter se permutantium. Proinde Eusebius verba *Strom.* V recitans, perperam habet Καρχηδόνιος· idque in nonnullos Laertii codices irrepsit: quemadmodum etiam apud Philostratum, *De vitis philosoph.*, lib. I, cap. 14, in editis et mss. cod. Thrasymachus dicitur Καρχηδόνιος, quem tamen omnes sciunt Chalcedone natum fuisse: itaque *Olearius* reposuit Χαλχηδόνιος.

(49) Τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς. Stoicorum sententiam similiter describunt Tatianus pag. 18; Athenagoras p. 28, 29; ipse Clemens *Strom.* I, p. 295, et *Str.* V, p. 591, quibus locis conf. quæ adnotata sunt. Putabant illi Deum esse materiale quoddam πνεῦμα aut animam mundi, quæ omnia pervadit.

(50) Ψυχήν. De hac sententia Aristotelis conf. Athenagoræ *Legat.* p. 28; Plutarchus, *De placit. philosoph.* lib. I, c. 7. Quod idem philosophus Dei providentiam intra lunæ orbem terminaverit, refert Clemens *Str.* V, p. 591, ad quem locum vide adnotata.

numen omnem, quantumvis vilem et abjectam, materiam pervadere, insignem sane notam dedecoris philosophiæ impresserunt. Nec vero molestum erit, ut arbitror, cum ad hunc locum pervenerim, meminisse etiam Peripateticorum. Cujus sectæ pater rerum omnium patrem ignorans, eum, qui *supremus* dicitur, animam esse universi existimat : adeoque animam hujus mundi pro Deo habens, ipse a se confoditur. Etenim manifesti erroris arguitur, qui, cum providentiam intra lunæ orbem definiat, tamen mundum esse Deum statuit; ac proinde eum, qui Dei expers est, Deum esse existimat. **20** Eresius autem ille Theophrastus, Aristotelis discipulus, modo quidem cœlum, modo vero spiritum esse Deum affirmat. Equidem Epicuri solius lubens oblivisci, qui cum Deum nihil prorsus curare existimet, per omnia quidem est impius. Quid vero Heraclides Ponticus? Ubique quidem is ad simulacra Democriti abripitur.

A Θεὸν ὑπολαμβάνων, αὐτὸς αὐτῷ περιπείρεται. Ὁ γάρ τοι μέχρι τῆς σελήνης αὐτῆς διορίζων τὴν πρόνοιαν, ἔπειτα τὸν κόσμον Θεὸν ἡγούμενος, περιτρέπεται, τὸν ἄμοιρον τοῦ Θεοῦ Θεὸν δογματίζων. Ὁ δὲ Ἐρέσιος ἐκεῖνος Θεόφραστος, ὁ Ἀριστοτέλους γνώριμος, πῇ μὲν οὐρανὸν, πῇ δὲ πνεῦμα τὸν Θεὸν ὑπονοεῖ. Ἐπικούρου μὲν γὰρ μόνου καὶ ἑκὼν ἐκλήσομαι, ὃς οὐδὲ μέλειν (51) οἴεται τῷ Θεῷ, διὰ πάντων ἀσεβῶν. Τί γὰρ Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός; Οὐκ ἔσθ' ὅπη οὐκ ἐπὶ τὰ Δημοκρίτου καὶ αὐτὸς κατασύρεται εἴδωλα.

## CAPUT VI.

*Philosophos aliquando, ipso aspirante, verum hoc in argumento attigisse.*

Ingens præterea hujusmodi turba se mihi ingerit, inauditorum dæmoniorum velut terricula quædam introducens, quæ nil aliud sunt quam absurdæ fictæque ab auctoribus fabularum imagines, et aniles nugæ. Cujusmodi sermones tantum abest ut audiri a viris permittamus, ut ne vagientes quidem, prout dici solet, pueros fabellis lenire soleamus, ne forte cum ipsis connutriamus impietatem, quam hi profitentur, qui cum vere sint rudiores infantibus, tamen sibi videntur sapientes. Quid enim, per ego te veritatem oro, eos, qui tibi crediderunt, corruptioni ac interitui gravi sane atque parum honesto, reddis obnoxios? Cur autem vitam imples simulacris, cum vel ventos, vel aerem, vel ignem, vel terram, vel lapides, vel ligna, vel ferrum, vel hunc mundum esse deos fingis; aut astrologiæ hujus vulgo jactatæ, potius quam astronomiæ ope ad cœlestia corpora tuam orationem convertens, ad homines, qui sane errant, errantia sidera deos esse mentiris? ✠ Ego vero Dominum spirituum desidero, Dominum ignis, opificem mundi, quique soli lucem suam dedit : Deum requiro, non autem opera Dei. Quem vestrum habebo disquisitionis hujus adjutorem? Platonem quidem, si tibi videatur, haud penitus repudiamus. Quibus igitur argumentis, o Plato, Deum exquiremus? *Universi enim hujus patrem et effectorem, et invenire difficile est, et cum inveneris, ut eum verbis*

B Καὶ πολύς μοι ἐπιῤῥεῖ τοιοῦτος ὄχλος, οἱονεὶ μορμώ τινα δαιμονίων παρεισάγων (52) ξένων· ἄτοπον σκιαγραφίαν μυθολόγων, ὕθλῳ γραϊκῷ· πολλοῦ γε δεῖ ἀνδράσιν ἐπιτρέπειν, ἀκροᾶσθαι τοιούτων λόγων, οἳ μηδὲ (53) τοὺς παῖδας τοὺς ἑαυτῶν, τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον, κλαυθμυριζομένους ἐθίζομεν παρηγορεῖσθαι μυθίζοντες, ὀρρωδοῦντες συνανατρέφειν αὐτοῖς ἀθεότητα, τὴν πρὸς τῶν δοκησισόφων (54) δὴ τούτων καταγγελλομένην, μηδέν τι νηπίων μᾶλλον τἀληθὲς εἰδότων. Τί γάρ, ὦ πρὸς τῆς ἀληθείας, τοὺς σοὶ πεπιστευκότας δεικνύεις ῥύσει καὶ φθορᾷ δεινῶς τε καὶ ἀτάκτως (55) ὑποβεβλημένους; Τί δαί μοι εἰδώλων ἀναπίμπλης τὸν βίον, ἀνέμους τε, ἢ ἀέρα, ἢ πῦρ, ἢ γῆν, ἢ λίθους, ἢ ξύλα, ἢ σίδηρον, ἢ κόσμον τόνδε, θεοὺς ἀναπλάττουσα· θεοὺς δὲ καὶ τοὺς ἀστέρας τοὺς πλανήτας τοῖς ὄντως πεπλανημένοις τῶν ἀνθρώπων, διὰ τῆς πολυθρυλλήτου ταύτης ἀστρολογίας, οὐκ ἀστρονομίας, μετεωρολογοῦσα καὶ ἀδολεσχοῦσα; τὸν Κύριον τῶν πνευμάτων ποθῶ, τὸν Κύριον τοῦ πυρὸς, τὸν κόσμου δημιουργὸν, τὸν ἡλίου (56) φωταγωγὸν Θεὸν ἐπιζητῶ, οὐ τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ. Τίνα δὴ λάβω παρὰ σοῦ συνεργὸν τῆς ζητήσεως; Οὐ γὰρ παντάπασιν ἀπεγνώκαμέν γε, εἰ βούλει, τὸν Πλάτωνα. Πῇ δὴ οὖν ἐξιχνευτέον τὸν Θεὸν, ὦ Πλάτων (57); *Τὸν γὰρ πατέρα καὶ ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς, εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς ἅπαν ἐξειπεῖν ἀδύνατον.* Διὰ τί δῆτα; ὦ πρὸς αὐτοῦ·

✠ P. 59 ED. POTTER, 45 ED. PARIS.

(51) *Οὐδὲ μ.* Lowthius mavult οὐδέν.

(52) *Παρεισάγ.* Παρεισάγων· ξένον ἄτοπον σκ. Nov.

(53) *Οἳ μηδέ.* Οἷς μηδέ, dativo casu. SYLBURG.

(54) *Δοκησισόφων.* Δοκησόφων Nov. Rectius δοκησισόφων, aut divise δοκήσει σοφῶν.

(55) *Δεινῶς τε καὶ ἀτάκτως.* Sic Heinsius, et post eum reliquæ edittt. At Flor. Sylburg. editiones et Nov. habent δειναῖς τε καὶ ἀτάκτοις, quæ proinde vera lectio est.

(56) *Τὸν ἡλίου.* Distingue cum Nov. τὸν ἡλίου φωταγωγόν· Θεὸν ἐπιζητ., quod in versione expressum est.

(57) *Πλάτων.* Platonis locus est in *Timæo* pag. 28 tomi tertii edit. Serrani. Nec dissimile illud Hermæ Trismegisti, Θεὸν νοῆσαι μὲν χαλεπὸν, φράσαι δ' ἀδύνατον, de quo quæ sit Gregorii Nazianz. epicrisis, declarat oratio 2 *Περὶ θεολογίας* pag. 198. Vide et Theodoretum lib. II *Therap.* H. SYLBURG. — Platonis locus in *Timæo*, pag. 1047 edit. Ficini, sic se habet : Τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν· *Opificem quidem et patrem mundi invenire difficile, et cum jam inveneris, prædicare in vulgus nefas.* E quo pro ἅπαν scribendum videtur πάντας, aut potius ἅπαντας, quod habet Nov. Clemens hæc verba rursus laudavit *Strom.* v, p. 585, ubi πάντας scripsit. Eorum priorem partem iterum recitavit *Strom.* v, pag. 592. Porro dictum hoc Socrati tribuit Justinus M., *Apol.* II, p. 27., memoriæ lapsu : non enim Socratis, sed Timæi effatum est apud Platonem. Id recitant præterea Athenagoras, *Legat.* p. 25 ; Tertullianus, *Apol.*, cap. 46 ; Cyrillus, *contra Julian.*, lib. I, p. 31; auctor *Recognit.* Clementis lib. VIII, cap. 20, p. 564; Minucius *Octavio*, p. 155.

Ῥητέος (58) γὰρ οὐδαμῶς ἐστιν. Εὖγε, ὦ Πλάτων, ἐπαφᾶσαι τῆς ἀληθείας· ἀλλὰ μὴ ἀποκάμῃς· ξύν μοι λαβοῦ τῆς ζητήσεως τάγαθοῦ πέρι· πᾶσι γὰρ ἁπαξαπλῶς ἀνθρώποις, μάλιστα δὲ τοῖς περὶ λόγους ἐνδιατρίβουσιν, ἐνέσταχταί τις ἀπόῤῥοια θεῖχή· οὗ δὴ χάριν καὶ ἄκοντες μὲν ὁμολογοῦσιν ἕνα τε εἶναι Θεὸν, ἀνώλεθρον καὶ ἀγένητον (59)· τοῦτον ἄνω που περὶ τὰ νῶτα τοῦ οὐρανοῦ (60) ἐν τῇ ἰδίᾳ καὶ οἰκείᾳ περιωπῇ ὄντως ὄντα ἀεί.

*Θεὸν δὲ ποῖον,' εἰπέ μοι, νοητέον;*
*Τὸν πάνθ' ὁρῶντα, κ' αὐτὸν οὐχ ὁρώμενον,*

Εὐριπίδης λέγει. Πεπλανῆσθαι γοῦν ὁ Μένανδρός μοι δοκεῖ, ἔνθα φησίν·

*Ἥλιε· σὲ γὰρ δεῖ προσκυνεῖν πρῶτον θεῶν,*
*Αἰ' ὃν θεωρεῖν ἔστι τοὺς ἄλλους θεούς.*

Οὐδὲ γὰρ ἥλιος ἐπιδείξει ποτ' ἂν τὸν Θεὸν τὸν ἀληθῆ, οὐδὲ λόγος (61) ὁ ὑγιὴς, ὃς ἐστιν ἥλιος ψυχῆς, δι' οὗ μόνου ἔνδον ἀνατείλαντος ἐν τῷ βάθει τοῦ νοῦ, καὶ τοῦ νοὸς αὐτοῦ καταυγάζεται τὸ ὄμμα. Ὅθεν οὐκ ἀπεικότως ὁ Δημόκριτος τῶν λογίων ἀνθρώπων ὀλίγους φησὶν ἀνατείραντας τὰς χεῖρας· ἐνταῦθα ὃν νῦν ἠέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες, πάντα διαμυθεῖσθαι (62)· καὶ πάντα οὗτος οἶδεν, καὶ δίδοῖ, καὶ ἀφαιρεῖται, καὶ βασιλεὺς οὗτος τῶν πάντων. Ταύτῃ πῃ καὶ Πλάτων (63), διανοούμενος τὸν Θεὸν, αἰνίττεται περὶ τὸν πάντων βασιλέα, πάντ' ἐστὶ, κἀκεῖνο (64) αἴτιον ἁπάντων καλῶν. Τίς οὖν ὁ βασιλεὺς τῶν πάντων; Θεὸς, τῆς τῶν ὄντων ἀληθείας τὸ μέτρον. Ὥσπερ οὖν τῷ μέτρῳ καταλῃπτὰ μετρούμενα, οὕτωσὶ δὲ καὶ τῷ νοῆσαι τὸν Θεὸν μετρεῖται καὶ καταλαμβάνεται ἡ ἀλήθεια. Ὁ δὲ ἱερὸς ὄντως Μωϋσῆς· *Οὐκ ἔσται, φησὶν, ἐν τῷ μαρσίππῳ σου στάθμιον καὶ στάθμιον, μέγα ἢ μικρὸν* (65),

A *enunties, prorsus impossibile.* Cur vero? quæso te per ipsum. *Enuntiari enim non potest.* Euge, o Plato, attigisti veritatem; tamen ne pigeat te laboris, sed una mecum suscipe boni inquisitionem. Universo enim generi humano, præcipue vero illis qui in studiis litterarum versati sunt, divina quædam semina sunt instillata; a quibus fateri vel inviti et reluctantes coguntur, quod unus sit Deus, interitus ortusque expers, qui supra nos in aliqua cœlestis planitiei regione, velut in propria specula, semper versetur.

*Dic autem, qualem Deum concipere debeam:*
*Qui cuncta cernit, ipse se cerni vetat,*

ait Euripides. Adeoque errasse mihi quidem Menander videtur, cum dixit:

B *Sol, nam deorum colere te primum decet,*
*Cujus beneficio alios spectamus deos.*

Neque enim sol unquam verum Deum ostendet, sed verum Verbum, quod est animæ sol, per quem solum mentis nostræ oculus illustratur, ubi primum interiorem ejus recessum irradiavit. Haud abs re itaque dixit Democritus, *paucos admodum e litteratis hominibus esse, qui manus ad eum locum sustulerint, quem nos Græci aerem nunc vocamus; Jovem omnia fari: idem etiam omnia novit, omnia dat auferique, omniumque rex est.* Similiter sentiens Plato, quodam ✠ in loco de Deo sic loquitur: *Circa regem omnium omnia sunt, estque ille causa bonorum omnium.* Quisnam igitur est rex omnium? Deus, rerum veritatis norma ac mensura. Quemadmodum igitur mensura comprehendit res demensas, sic

C etiam qui Deum animo suo concepit, ipsam quoque veritatem metitur et comprehendit. Unde sanctissimus Moyses.: *Non erit,* inquit, *in tuo marsupio statera et statera, magna vel parva; sed statera vera,*

✠ P. 60 ED. POTTER, 45-46 ED. PARIS.

(58) Ῥητέος. Ῥητέον Nov. Hæc porro verba non exstant apud Platonem eodem loco, quo superiora. Forte Clemens ejus sensum tantum exprimit, non verba. Mox, ἐπαφᾶσθαι pro ἐπαφᾶσαι, idem.

(59) Ἀγένητον. Ἀγέννητον, *ingeneratum* seu *ingenitum.* V. Sylburg. — Τοῦτον malim ad ἀγένητον referri, quam ad ea quæ sequuntur.

(60) *Νῶτα τοῦ οὐρανοῦ.* Imitatur Homeri *Il.* B, vers. 159, νῶτα θαλάσσης.

(61) *Οὐδὲ λόγος.* A. et H. cum G. Cantero pro οὐδὲ λόγος legunt ἀλλ' ὁ λόγος, ego ὁ δὲ λόγος malo. Sic enim et minor fit mutatio, et recte constat sensus. Ibidem rectius fortasse optativo modo ἐπιδείξαι, vel ἐπιδείξειε. Sylburg.

(62) *Καλέομεν οἱ Ἕλληνες, πάντα διαμ.* Locus depravatus, sed cui facilis est medicina. Scribe et distingue, ὅθεν οὐκ ἀπεικότως ὁ Δημόκριτος τῶν λογίων ἀνθρώπων ὀλίγους φησὶν ἀνατείναντας τὰς χεῖρας ἐνταῦθα ὃν νῦν ἀέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες. Πάντα Δία μυθεῖσθαι. Emendationem nostram ipse Clemens libro quinto confirmat, ubi idem adducitur Democriti locus, et quidem ex ipso, non ut hic verbis aliquantum immutatis, quemadmodum ex Ionismo apparet, quem infregit hoc loco: Ἠδη δὲ, ὡς εἰπεῖν, ὑπ' αὐγὰς ὁ Δημόκριτος, εἶναί τινας ὀλίγους γράφει τῶν ἀνθρώπων, οἳ δὴ ἀνατείνοντες τὰς χεῖρας ἐνταῦθα ὃν νῦν ἀέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες· πάντα Ζεὺς μυθέεται, καὶ πάνθ' οὗτος οἶδε, καὶ δώσοι, καὶ ἀφαιρέεται. Sed Democritus procul dubio scripserat τὰς εὐχὰς ποιέυσι. Nam pendent posteriora. Et Clemens, quod ipsi usitatum est, διὰ μνήμης eum adduxit et instituto accommodavit. Ne legamus ἀνατείνουσι· quod minus placet, cum utrobique participium servarit Clemens. Et locus miram habebit venustatem: Οἱ δὲ ἀνατείνοντες τὰς χεῖρας ἐνταῦθα ὃν νῦν ἀέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες, ποιέουσι τὰς εὐχάς. Heinsius. — Porro Heinsianam emendationem maxima ex parte firmat Eusebius, *Præparat. evang.*, p. 675.

D (63) *Πλάτων.* Platonis locus exstat in secunda epistola ad Dionysium pag. 1269, edit. Ficini. Eum rursus laudavit Clemens *Strom.* v, pag. 598, quem locum videsis. Cæterum cum inde, tum etiam e Nov. patet hunc locum sic esse distinguendum: Ταύτῃ πῃ καὶ Πλάτων διανούμενος, τὸν Θεὸν αἰνίττεται· Περὶ τὸν πάντων βασιλέα, πάντ' ἐστὶ· κἀκεῖνο αἴτιον ἁπάντων καλῶν· quem sensum in versione secuti sumus.

(64) *Κἀκεῖνο.* Κἀκεῖνος Nov. et posteriores Clementis editiones. Sed alteram lectionem firmant tum ejusdem priores editiones, tum ipse Plato.

(65) *Μικρόν.* Οὐδὲ ἔσται ἐν τῇ οἰκίᾳ σου μέτρον μέγα ἢ μικρόν, addit Nov. In Bibliis Græcis hæc pericope sic se habet: Καὶ οὐκ ἔσται ἐν τῷ μαρσίππῳ σου στάθμιον καὶ στάθμιον, μέγα ἢ μικρόν· οὐκ ἔσται ἐν τῇ οἰκίᾳ σου μέτρον καὶ μέτρον, μέγα καὶ μικρόν· στάθμιον ἀληθ. Deut. xxv, 13, 14. Quinetiam Clemens hæc verba explicans, statim mentionem μέτρου subjecit: στάθμιον καὶ μέτρον καὶ ἀριθμὸν τῶν ὅλων ὑπολαμβάνων τὸν Θεόν. Itaque veri-

(58) *Ἐκλείψει.* Iis similia occurrunt psal. CI 26; Isa. XIII, 10; Ezech. XXXII, 7; Joel. II, 10, 31; III, 15. Ipsa verba, prout ea recitat Clemens nondum inveni.

ἐλάλησεν ταῦτα. *Μὴ τοίνυν μηκέτι* (59), φησὶν, *υἱέ μου, ὀλιγώρει παιδείας Κυρίου· μηδ' ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος.* Ὦ τῆς ὑπερβαλλούσης φιλανθρωπίας! Οὐδ' ὡς μαθηταῖς ὁ διδάσκαλος, οὐδ' ὡς οἰκέταις ὁ κύριος, οὐδ' ὡς Θεὸς ἀνθρώποις, *πατὴρ δέ ὡς, ἠπίως νουθετεῖ υἱούς* (60)· εἶτα Μωσῆς μὲν ὁμολογεῖ *ἔμφοβος* εἶναι *καὶ ἔντρομος*, ἀκούων περὶ τοῦ Λόγου· Σὺ δὲ, τοῦ Λόγου ἀκροώμενος τοῦ θείου, οὐ δέδοικας; οὐκ ἀγωνιᾷς; οὐχὶ ἅμα τε εὐλαβῇ, καὶ σπεύδεις ἐκμαθεῖν, τουτέστι σπεύδεις εἰς σωτηρίαν, φόβου μὲν τὴν ὀργὴν, ἀγαπήσας τὴν χάριν, ζηλώσας τὴν ἐλπίδα, ἵνα ἐκκλίνῃς τὴν κρίσιν; Ἴκετε, ἴκετε, ὦ νεολαία ἡ ἐμή· ἢν γὰρ μὴ *αὖθις ὡς τὰ παιδία γενήσεσθε*, καὶ *ἀναγεννηθῆτε*, ὡς φησὶν ἡ Γραφὴ, τὸν ὄντως ὄντα Πατέρα οὐ μὴ ἀπολάβητε, *οὐδ' οὐ μὴ εἰσελεύσεσθέ ποτε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.* Πῶς γὰρ εἰσελθεῖν ἐπιτέτραπται τῷ ξένῳ; Ἀλλ' ὅταν, οἶμαι, ἐγγραφῇ (61), καὶ πολιτευθῇ, καὶ τὸν πατέρα ἀπολάβῃ, τότε ἐν τοῖς (62) τοῦ πατρὸς γενήσεται, τότε κληρονομῆσαι καταξιωθήσεται, τότε τῆς βασιλείας τῆς πατρῴας κοινωνήσει τῷ γνησίῳ, τῷ ἠγαπημένῳ. Αὕτη γὰρ ἡ *πρωτότοκος* (63) *Ἐκκλησία*, ἡ ἐκ πολλῶν ἀγαθῶν συγκειμένη *παίδων· ταῦτ' ἐστὶ τὰ πρωτότοκα, τὰ ἐναπογεγραμμένα ἐν οὐρανοῖς καὶ τοσαύταις μυριάσιν ἀγγέλων συμπανηγυρίζοντα.* Πρωτότοκοι δὲ παῖδες ἡμεῖς οἱ τρόφιμοι τοῦ Θεοῦ, οἱ τοῦ πρωτοτόκου γνήσιοι φίλοι, οἱ πρῶτοι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τὸν Θεὸν νενοηκότες, οἱ πρῶτοι τῶν ἁμαρτιῶν ἀπεσπασμένοι, οἱ πρῶτοι τοῦ διαβόλου κεχωρισμένοι. Νυνὶ δὲ τοσούτῳ τινὲς εἰσιν ἀθεώτεροι (64), ὅσῳ φιλανθρωπότερος ὁ Θεός· ὁ μὲν γὰρ ἐκ δούλων υἱοὺς ἡμᾶς γενέσθαι βούλεται, οἱ δὲ, καὶ υἱοὶ γενέσθαι ὑπερηφανήκασιν. Ὦ τῆς *ἀπονοίας* πολλῆς (65)! τὸν Κύριον ἀπαισχύνεσθε; Ἐλευθερίαν ἐπαγγέλλεται· ὑμεῖς δὲ εἰς δουλείαν ἀποδιδράσκετε. Σωτηρίαν χαρίζεται· ὑμεῖς δὲ εἰς ἄνθρωπον ὑποφέρεσθε (66). Ζωὴν δωρεῖται αἰώνιον· ὑμεῖς δὲ *τὴν κόλασιν* ἀναμένετε· καὶ *τὸ πῦρ* δὲ προσκοπεῖτε (67), ὃ ἡτοίμασεν ὁ Κύριος τῷ *διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ.* Διὰ τοῦτο ὁ μακάριος Ἀπόστολος, *Μαρτύρο-*

A qui Domini quasi os est, ea est elocutus. *Noli ergo amplius*, inquit, *fili, negligere castigationem Domini, neque deficias, cum ab eo argueris* [59]. O admirabilem erga homines amorem! Non se quemadmodum magister adversus discipulos gerit, nec quemadmodum dominus adversus servos, nec quemadmodum ✠ Deus adversus homines, sed *tanquam pater* filios *mitissime* admonet. Deinde fatetur quidem Moyses se *exterritum ac tremebundum fuisse* [60], cum de Verbo audiret: Tu autem ipsum Verbum audiens, nihil times? nihil admodum commoveris? Nonne simul et ipsum revereris, et ex eo discere festinas; hoc est festinas ad salutem, iram quidem timens, gratiam diligens, spem vero propositam sequens, ut declines judicium? Venite, venite, mei juvenes, nisi B enim *efficiamini rursus pueri*, et *regeneremini*, ut ait Scriptura [61], neque verum Patrem recipere, *neque in regnum cœlorum ingredi* unquam poteritis. Peregrino enim ingredi qua tandem ratione permitti potest? Is tamen, ut ego quidem existimo, cum fuerit inscriptus, et civitate donatus, patremque acceperit, tunc in sui patris domo manebit, tunc hæres instituetur, tunc ingenuo ejus *dilectoque Filio* [62] paterni regni socius atque particeps erit. Hæc enim est *primogenita Ecclesia*, quæ ex multis *pueris* constat. Hi sunt *primogeniti, qui conscripti sunt in cœlis*, et una cum tot *angelorum myriadibus dies festos concelebrant* [63]. Primogeniti autem nos filii, qui sumus Dei alumni, et primogeniti ejus germani amici; qui primi ex omnibus hominibus Deum agnovimus, primi a peccatis liberati, primi a consortio diaboli C separati sumus. Jam vero tanto magis impii sunt nonnulli, quanto benignior est Deus ac humanior. Etenim cum Deus nos ex servis filios fieri voluit, hi in numerum ejus filiorum assumi fastidiunt. O incredibilem amentiam! pudetne vos Domini? Is quidem libertatem pollicetur, vos autem aufugitis in servitutem. Is salutem largitur, vosque in perniciem vestram ruitis. Is æternam salutem donat, et vos *supplicium* exspectatis, et cum præstolamini *ignem*,

✠ P. 69 ED. POTTER, 53-54 ED. PARIS. [59] Prov. III, 11; Hebr. XII, 5. [60] Hebr. XII, 21. [61] Matth. XVIII, 3; Luc. XVIII, 17; Joan. III, 5. [62] Matth. III, 17. [63] Hebr. XII, 22, 23.

(59) *Μὴ τοίνυν μηκέτι.* Μηκέτι τοίνυν Nov.

(60) *Πατὴρ δὲ ὡς, ἠπίως νουθετεῖ υἱούς.* Malim πατὴρ δὲ ὡς ἤπιος, νουθετεῖ υἱούς· *tanquam vero mitis pater, admonet filios.* Quam lectionem præbet Nov. Eidem favet Homerus, cujus hoc hemistichium est,

D . . . . *πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν.*

Solet autem hæc vox peculiariter dici de paterno affectu in liberos. Unde apud Homer. Jupiter Minervæ dicit *Il.* Θ, v. 40:

. . . *ἐθέλω δέ τοι ἤπιος εἶναι.*

Item Paulus I Thess. II, 7, 8: Ἀλλ' ἐγενήθημεν ἤπιοι ἐν μέσῳ ὑμῶν ὡς ἂν τροφὸς θάλπῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα, οὕτως; etc. Mox Ὡς πατὴρ τέκνα ἑαυτοῦ, παρακαλοῦντες ὑμᾶς καὶ παραμυθούμενοι.

(61) *Ἐγγραφῇ.* Respicit veterem Atheniensium, aliarumque gentium morem, quo qui civitate donabantur, aliquem e civibus patrem sibi asciscebant, ejusque nomine in publicis tabulis inscribebantur. Conf. *Archæologiæ Græcæ* lib. I, c. 9.

(62) *Ἐν τοῖς.* Videtur Christi dictum respexisse, quod refert Lucas II, 49: *Οὐκ ἤδειτε, ὅτι ἐν τοῖς τοῦ Πατρός μου δεῖ εἶναί με; nesciebatis, quia in iis, quæ Patris mei sunt, oportet me esse?*

(63) *Αὕτη γὰρ ἡ πρωτότ.* Respicit Hebr. XII, 22, 23: *Ἀλλὰ προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἰερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων, πανηγύρει καὶ Ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένων. Sed accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem et multorum millium angelorum frequentiam, et Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in cœlis.*

(64) *Ἀθεώτεροι.* Ἀθεώρητοι Nov.

(65) *Τῆς ἀπ. πολλῆς.* Τῆς ἀπ. τῆς πολλῆς Nov. Mox, ἐπαισχύνεσθε pro ἀπαισχύνεσθε substituit Tatiani editor, pag. 45.

(66) *Εἰς ἄνθρωπον ὑποφ.* Sunt qui malint, εἰς ἀπώλειαν ὑποφέρεσθε· ut σωτηρία suum habeat contrarium. SYLBURG.

(67) *Προσκοπεῖτε.* Σκοπεῖτε Nov.

quem pararit Dominus *diabolo et angelis ejus* [64]. Propterea beatus Apostolus, *Obtestor*, inquit, *per Dominum, ne amplius ambuletis sicut et gentes ambulant in vanitate mentis suæ, obtenebratum habentes intellectum, et abalienati a vita Dei propter ignorantiam, quæ est in ipsis ex obduratione cordis ipsorum. Qui, cum dedoluerant, semetipsos dediderunt* Ⱡ *proterviæ ad operandam omnem impuritatem et avaritiam* [65]. Cum autem ejusmodi testis hominum amentiam, invocato Dei nomine, arguerit, nunquid aliud restat incredulis, quam judicium et condemnatio? Nec vero curam eorum deponit Dominus, sed instat ipsis assidue hortando, perterrefaciendo, impellendo, excitando, admonendo: et hos quidem, qui erroribus fuerunt impliciti, expergefactos e mediis tenebris excitat. *Expergiscere*, inquit, *qui dormis, et surge a mortuis, et illucescet tibi Christus* Dominus [66], ille Sol resurrectionis, *qui ante luciferum genitus est* [67], suisque radiis vitam præbuit. Ne quis itaque spernat Verbum ac nihili faciat, ne forte semetipsum imprudens contempsisse reperiatur. Dicit enim alicubi Scriptura: *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione in die tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri in probatione* [68]. Quænam autem est illa *probatio*? Si cupis discere, sanctus tibi Spiritus explicabit: *Et viderunt*, inquit, *opera mea quadraginta annis. Quare infensus fui generationi huic, et dixi, Semper errant corde; ipsi vero non cognoverunt vias meas. Itaque juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam* [69]. En minas! en exhortationem! en pœnam! Cur igitur etiamnum iratum nobis Deum ex clementi et beneficio facimus? Cur non aures nostras Verbo patefacimus, Deumque hospitem puris et intaminatis animabus excipimus? Ejus enim promissio immensæ sane gratiæ ac beneficii loco erit, *si hodie vocem ejus audierimus*; cæterum illud hodie in dies augetur, quandiu hodie nominatur. Usque enim ad consummationem rerum ultimam et *hodiernus* dies, et discendi tempus permanet. Exinde verum illud *hodie*, Dei scilicet dies nunquam defecturus, in omnia usque sæcula extenditur. Quocirca *voci* divini Verbi semper *pareamus*:

*μαι ἐν Κυρίῳ, φησὶ, μηκέτι ὑμᾶς περιπατεῖν, καθὼς καὶ τὰ ἔθνη* (68) *περιπατεῖ, ἐν ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτῶν, ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ ὄντες, καὶ ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν ἄγνοιαν τὴν οὖσαν ἐν αὐτοῖς, διὰ τὴν πώρωσιν τῆς καρδίας αὐτῶν· οἵτινες ἑαυτοὺς παρέδωκαν ἀπηλγηκότες τῇ ἀσελγείᾳ εἰς ἐργασίαν ἀκαθαρσίας πάσης καὶ πλεονεξίας.* Τοιούτου μάρτυρος ἐλέγχοντος τὴν τῶν ἀνθρώπων ἄνοιαν καὶ Θεὸν (69) ἐπιβοωμένου, τί δὴ ἕτερον ὑπολείπεται τοῖς ἀπίστοις ἢ κρίσις καὶ καταδίκη; Οὐκ ἀμελεῖ δὲ ὁ Κύριος παραινῶν, ἐκφοβῶν, προτρέπων, διεγείρων, νουθετῶν· ἀφυπνίζει γέ τοι, καὶ τοῦ σκότους αὐτοῦ τοὺς πεπλανημένους διανίστησιν. *Ἔγειρε* (70), φησὶν, *ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν· καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστὸς* Κύριος, *ὁ τῆς ἀναστάσεως Ἥλιος, ὁ πρὸ ἑωσφόρου γεννώμενος, ὁ ζωὴν χαριζάμενος ἀκτῖσιν ἰδίαις.* Μὴ οὖν περιφρονείτω τις τοῦ Λόγου, μὴ λάθῃ καταφρονῶν ἑαυτοῦ. Λέγει γάρ που ἡ Γραφή· *Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν δοκιμασίᾳ* (71). Ἡ δὲ δοκιμασία τίς ἐστιν; Εἰ θέλεις μαθεῖν, τὸ ἅγιόν σοι Πνεῦμα ἐξηγήσεται· *Καὶ εἶδον τὰ ἔργα μου, φησὶ, τεσσαράκοντα ἔτη* (72). *Διὸ προσώχθισα τῇ γενεᾷ ταύτῃ, καὶ εἶπον· Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου. Ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν ἀνάπαυσίν μου.* Ὁρᾶτε τὴν ἀπειλήν. Ὁρᾶτε τὴν προτροπήν· ὁρᾶτε τὴν τιμήν. Τί δὴ οὖν ἔτι τὴν χάριν εἰς ὀργὴν μεταλλάσσομεν, καὶ οὐχὶ ἀναπεπταμέναις ταῖς ἀκοαῖς καταδεχόμενοι τὸν Λόγον, ἐν ἁγναῖς ξενοδοχοῦμεν ταῖς ψυχαῖς (73) τὸν Θεόν; Μεγάλη γὰρ τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ ἡ χάρις, *ἐὰν σήμερον τῆς* (74) *φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσωμεν.* Τὸ δὲ σήμερον καθ' ἑκάστην αὐτοῦ αὔξεται τὴν ἡμέραν, ἕστ' ἂν ἡ σήμερον ὀνομάζηται. Μέχρι δὲ συντελείας καὶ ἡ *σήμερον* καὶ ἡ μάθησις διαμένει· καὶ τότε ἡ ὄντως *σήμερον*, ἡ ἀνελλιπὴς τοῦ Θεοῦ ἡμέρα, τοῖς αἰῶσι συνεκτείνεται. Ἀεὶ οὖν τῆς φωνῆς ὑπακούωμεν τοῦ θείου Λόγου· ἡ σήμερον γὰρ ἀΐδιος αἰών ἐστιν εἰκών (75)· σύμβολον δὲ τοῦ φωτὸς, ἡμέρα (76)· φῶς

[64] P. 70 ED. POTTER, 54-55 ED. PARIS. [65] Matth. xxv, 41, 46. [66] Ephes. iv, 17, 18, 19. [67] Ephes. v, 14. [68] Psal. cix, 3. [69] Psal. xciv, 8, 9. [70] Ibid. 9, 10, 11. [71] Joann. x, 3, 16.

(68) *Τὰ ἔθνη.* Τὰ λοιπὰ ἔθνη Bibl. Græc. Mox, καὶ post ὄντες omitt. Oxon., ἐν πλεονεξίᾳ pro καὶ πλεονεξίας, ibid.

(69) *Καὶ Θεόν.* Τὸν Θεόν Nov.

(70) *Ἔγειρε.* Ἔγειραι Bibl. Græc.

(71) *Ἐν δοκιμασίᾳ.* Ἐδοκίμασαν Bibl. Græc. Ea, quæ sequuntur, hoc modo distinguit Nov. Ἡ δὲ δοκιμασία τίς ἐστιν εἰ θέλεις μαθεῖν.

(72) *Τεσσαράκοντα ἔτ.* Τεσσαράκοντα ἔτη προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, Bibl. Græc.

(73) *Ταῖς ψυχαῖς.* Ταῖς omittit Nov.

(74) *Ἐὰν σήμερον τ.* Hæc sic distingui possunt: *Ἐὰν σήμερον τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσωμεν* (*τὸ δὲ σήμερον καθ' ἑκάστην αὐτοῦ αὔξεται τὴν ἡμέραν*) *ἕς τ' ἂν ἡ σήμερον ὀνομάζηται· Si hodie vocem ejus audierimus* (*illud autem hodie singulis diebus ei accrescit*) *quamdiu nominetur hodie.* Postrema verba sumpsit ex Hebr. III, 13: *Ἀλλὰ παρακαλεῖτε ἑαυτοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται.*

(75) *Ἡ σήμερον γὰρ ἀΐδιος αἰὼν ἐστιν εἰκών.* Sic Flor., Sylb., itemque ms. Nov. In Heinsiana vero editione, quam Parisienses exprimunt, αἰὼν mutatum est in αἰῶνος. Sylburgius scribi voluit ἀϊδίου αἰῶνός ἐστιν εἰκών, *æterni sæculi imago est.* Quam lectionem dicit firmari a Basil. pag. 665, et Gregor. Naz., p. 229. Fortasse aliquis ad marginem libri sui εἰκὼν adnotavit, vel, ut interpretamentum vocis σύμβολον, quæ sequitur; vel, quia putabat τὸ σήμερον non esse αἰῶνα, sed tantum αἰῶνος εἰκόνα. Etenim sæpissime fit ut quæ ad marginem adnotata fuere, ab imperitis scriptoribus in textum recipiantur.

(76) *Ἡμέρα.* Ἡ ἡμέρα Nov. recte.

δὲ, ὁ Λόγος ἀνθρώποις, δι' οὗ καταυγαζόμεθα τὸν Θεόν. Εἰκότως ἄρα πιστεύσασι μὴν καὶ ὑπακούουσιν ἡ χάρις ὑπερπλεονάσει· ἀπειθήσασι δὲ καὶ πλανωμένοις κατὰ καρδίαν, ἃς εὐθείας ποιεῖν καὶ εὐτρεπίζειν παρήγγειλεν Ἰωάννης· τούτοις δὲ προσώχθισεν ὁ Θεὸς, καὶ ἀπειλεῖ. Καὶ δὴ καὶ τὸ τέλος τῆς ἀπειλῆς αἰνιγματωδῶς ἀπειλήφασιν οἱ παλαιοὶ τῶν Ἑβραίων πλανῆται· οὐ γὰρ εἰσελθεῖν εἰς τὴν κατάπαυσιν λέγονται διὰ τὴν ἀπιστίαν, πρινὴ (77) σφᾶς αὐτοὺς, καταχολουθήσαντας τῷ Μωϋσέως διαδόχῳ, ὄψέ ποτε ἔργῳ μαθεῖν, οὐκ ἂν ἄλλως σωθῆναι, μὴ οὐχὶ (78) ὡς Ἰησοῖ (79) πεπιστευκότας. Φιλάνθρωπος δὲ ὢν ὁ Κύριος, πάντας ἀνθρώπους εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας παρακαλεῖ, ὁ τὸν Παράκλητον ἀποστέλλων. Τίς οὖν ἡ ἐπίγνωσις; θεοσέβεια· θεοσέβεια δὲ πρὸς πάντα ὠφέλιμος, κατὰ τὸν Παῦλον, ἐπαγγελίαν ἔχουσα ζωῆς, τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης. Πόσου ὁμολογήσαιτε, ὦ ἄνθρωποι, εἰ ἐπιπράσκετο σωτηρία ἀΐδιος, ὠνήσασθαι (80) ἄν; οὐδὲ εἰ τὸν Πάκτωλόν τις ὅλον, τοῦ χρυσίου τὸ ῥεῦμα τὸ μυθικὸν, ἀπομετρήσειε, ἀνάξιον σωτηρίας μισθὸν ἀριθμήσει. Μὴ οὖν ἀποκάμητε· ἔξεστιν ὑμῖν, ἣν ἐθέλητε, ἐξωνήσασθαι τὴν πολυτίμητον σωτηρίαν οἰκείῳ θησαυρῷ, ἀγάπῃ καὶ πίστει ζωῆς (81)· ὃς ἐστιν ἀξιόλογος μισθός. Ταύτην ἡδέως τὴν τιμὴν ὁ Θεὸς λαμβάνει· Ἠλπίκαμεν γὰρ ἐπὶ Θεῷ ζῶντι, ὃς ἐστι σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων, μάλιστα πιστῶν. Οἱ δὲ ἄλλοι, περιπεφυκότες τῷ κόσμῳ, οἷα φύκιά τινα ἐνάλοις πέτραις, ἀθανασίας ὀλιγωροῦσιν· καθάπερ ὁ Ἰθακήσιος γέρων (82), οὐ τῆς ἀληθείας, καὶ τῆς ἐν οὐρανῷ πατρίδος, πρὸς δὲ καὶ τοῦ ὄντως ὄντος ἱμειρόμενος φωτὸς, ἀλλὰ τοῦ καπνοῦ. Θεοσέβεια δὲ, ἐξομοιοῦσα τῷ Θεῷ κατὰ τὸ δυνατὸν τὸν ἄνθρωπον, κατάλληλον ἐπιγράφεται διδάσκαλον Θεὸν, τὸν (83) καὶ μόνον ἀπαιτήσαι κατ' ἀξίαν δυνάμενον ἄνθρωπον Θεῷ. Ταύτην Ἀπόστολος (84) τὴν διδασκαλίαν, θείαν ὄντως ἐπιστάμενος, Σὺ δὲ, ὦ Τιμόθεε (85), φησὶν, ἀπὸ βρέφους τὰ ἱερὰ γράμματα οἶδας, τὰ δυνάμενά σε σοφίσαι εἰς σωτηρίαν διὰ πίστεως ἐν Χριστῷ (86)· ἱερὰ γὰρ ὡς ἀληθῶς τὰ ἱεροποιοῦντα καὶ θεοποιοῦντα (87) γράμματα· ἐξ ὧν γραμμάτων καὶ συλλαβῶν τῶν ἱερῶν

nam *hodie* illud significat æternitatem : dies vero lucem notat : *lux* autem *hominum* est Verbum [71], cujus ope Deum videmus. Merito igitur his, qui crediderunt, et morigeri fuerunt, *superabundabit gratia* [72]; incredulis autem et contumacibus, qui *errant corde, et non cognoverunt vias* Domini [73], quas Joannes *rectas facere* jussit [74], infensus est et *minatur* Deus. Cujus quidem minationis ✠ finis veteribus illis Hebræis, qui errabant in deserto, ænigmate quodam erat significatus ; dicuntur enim *non fuisse in requiem ingressi propter incredulitatem* [75], antequam Moysis successorem seculi, sero tandem ipso usu forent edocti, se non posse aliter salvos fieri, quam si Jesu crediderint. *Dominus* autem, cum sit humani generis amantissimus, *Paracletum* mittit, qui *omnes homines* hortetur *ad cognoscendam veritatem* [76]. Quæ est igitur ea cognitio ? pietas erga Deum. *At pietas ad omnia utilis est*, dicente Paulo [77], *ut quæ promissionem habeat vitæ præsentis ac futuræ.* Si æterna vita venum exponeretur, quanti vos, o homines, eam empturos promitteretis? Ne si Pactolum quidem, qui totus aureo, ut est in fabulis, decurrit flumine, quis dederit, pro salute justum pretium numeraverit. Quamobrem ne vos animus deficiat. Licet vobis, si videtur, hanc pretiosissimam salutem propriis vestris thesauris, charitate, vivaque fide, quæ merces haud injusta reputatur, emere. Hoc pretium Deus lubenter accipit : *Speravimus* enim *in Deo viro, qui est servator omnium hominum, præcipue* vero *fidelium* [78]. Cæteri autem mundo, velut alga marinis rupibus, circumnati, immortalitatem spernunt : quemadmodum Ithacensis ille senex, haud quidem veræ cœlestisque patriæ, aut veræ lucis, sed *fumi desiderio* flagrabat. Pietas autem, ut hominem Deo, quoad potest, assimilet, idoneum ipsi magistrum Deum ascribit, qui solus hominem, prout est dignum, Deo similem efficere valet. Quam doctrinam cum Apostolus vere divinam esse sciat : *Tu autem*, inquit, *o Timothee, a puero sacras litteras novisti, quæ te possunt sapientem reddere ad salutem per fidem, quæ est in Christo* [79] ; fieri enim nequit, ut

✠ P. 71 ED. POTTER, 55-56 ED. PARIS. [71] Joan. I, 9. [72] I Tim. I, 14. [73] Psal. XCIV, 10. [74] Matth. III, 3. [75] Hebr. III, 18, 19. [76] I Tim. II, 4. [77] I Tim. IV, 8. [78] I Tim. IV, 10. [79] II Tim. III, 15.

(77) *Πρινὴ*. Πρὶν ἢ Nov. Mox, καταχολουθήσαντες pro καταχολουθήσαντας, idem.

(78) *Οὐχί*. Omittit Nov.

(79) *Ἰησοῖ*. A. Ἰησοῦ mavult Sylburg. Quam conjecturam firmare videtur ms. Nov., qui Ἰησοῦς habet, scil. pro Ἰησοῦ.

(80) *Ὠνήσασθαι*. Hanc vocem quidam perperam in ὠνήσεσθε mutandum putarunt. Paulo ante, πόσον pro πόσου habet Nov.

(81) *Πίστει ζωῆς*. Quidam scribendum putant πίστει ζωρᾷ, *fide mera, sincera*. Quod insuitatum esse videtur. Forte ζωῆς juxta πολυτίμητον σωτηρίαν, interpretamenti loco, in margine libri adnotatum, postea in textum irrepsit.

(82) *Ὁ Ἰθακήσιος γέρων*. Ulysses. Respicit autem Clemens *Odyss.* A, vers. 57 :

..... *αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς,*
*Ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι*
*Ἦς γαίης, θανέειν ἱμείρεται ....*

..... *Cæterum Ulysses*
*Capiens vel fumum exsilientem videre*
*Suæ terræ, mori desiderat .....*

(83) *Τόν*. Omittit Nov.

(84) *Ἀπόστολος*. Malim ὁ Ἀπόστολος, cum articulo, ut et alibi passim. Sylburg. hanc lectionem firmat Nov.

(85) *Ὦ Τιμόθεε*. Clementis additamentum.

(86) *Πίστεως ἐν* X. Πίστεως τῆς ἐν X. Bibl. Græc.

(87) *Θεοποιοῦντα*. Clemens, Platonem secutus, sæpe dicit homines per virtutem ac pietatem non solum Deo assimilari, sed etiam deos quodammodo fieri. Conf. hujus libri pag. 71, et quæ ibi adnotata erunt.

illæ *litteræ* non sint *sacræ*, quæ non modo sanctos, sed etiam divinos faciunt. Unde *scripturas* etiam illas, seu volumina, quæ ex his *litteris* syllabisque *sacris* constant, Apostolus appellat [80] *divinitus inspiratas*, ut quæ essent *utiles ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem in justitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.* Neminem certe aliorum sanctorum hortationes perinde commovebunt, ac ipse Dominus, qui genus humanum tantopere dilexit. Is enim ✠ aliud nihil agitat, nihil molitur, nisi ut homines sint salvi ac incolumes. Quocirca urget eos ac impellit ad salutem, clamans : *Appropinquavit regnum cœlorum* [81]. Qua voce attentes sibi homines eos facit, qui paulo timidiores erant. Apostolus itidem Domini cohortans Macedonas, divinam vocem interpretatur : *Appropinquavit Dominus*, inquit, *cavete ne deprehendamur vacui* [82]. Vos autem adeone estis metu vacui, adeone potius increduli, ut nec ipsi Domino, nedum Paulo, ne quidem cum *pro Christo obsecrat* [83], fidem habentes, *gustetis ac videatis* [84] Christum esse Deum? Fides vos introducet, experientia docebit, Scriptura instituet, *Venite*, dicens, *o filii, audite me, timorem Domini docebo vos* [85]. Deinde quasi jam fide imbutis breviter subjicit : *Quis est homo qui vult vitam, qui diligit videre dies bonos* [86] ? Nos, inquiemus, tales sumus, qui bonum colimus, bonosque sectamur. Audite igitur, qui *procul* ; audite, qui *prope* estis [87]. Verbum a nemine unquam celatum fuit, sed, quasi publica lux, illucet *omnibus hominibus* [88], et quod ad ipsum nemo est Cimmerius. Properemus consequi salutem renascendo. Properemus, ad exemplum unitatis unicæ naturæ, uno multi amore conjungi et coalescere : bonæque monadis videndæ studio incensi, qui ejus bonitatis participes sumus, unitatem pariter sequamur. Multorum enim in unum concursus, in divinam quamdam concordiam a variis ac discordibus vocibus

A τὰς συγκειμένας γραφὰς, τὰ συντάγματα, ὁ αὐτὸς ἀκολούθως Ἀποστόλῳ θεοπνεύστους καλεῖ, ὡς *λιμένας οὔσας πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς ἔλεγχον, πρὸς ἐπανόρθωσιν, πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ ἄρτιος ᾖ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένος.* Οὐκ ἄν τις οὕτως ἐκπλαγείη τῶν ἄλλων ἁγίων τὰς προτροπὰς, ὡς αὐτὸν τὸν Κύριον, τὸν φιλάνθρωπον. Οὐδὲν γὰρ ἄλλ' ἢ τοῦτο ἔργον μόνος ἐστὶν αὐτῷ, σώζεσθαι τὸν ἄνθρωπον. Βοᾷ γοῦν, ἐπείγων εἰς, σωτηρίαν αὐτός· *Ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν·* ἐπιστρέφει (88) τοὺς ἀνθρώπους, πλησιάζοντας τῷ φόβῳ. Ταύτῃ καὶ ὁ Ἀπόστολος τοῦ Κυρίου, παρακαλῶν τοὺς Μακεδόνας, ἑρμηνεὺς γίνεται τῆς θείας φωνῆς· *Ὁ Κύριος* (89) *ἤγγικεν*, λέγων, *εὐλαβεῖσθε μὴ καταληφθῶμεν κενοί.* Ὑμεῖς δὲ, ἐς τοσοῦτον ἀδεεῖς (90), μᾶλλον δὲ ἄπιστοι, μήτι αὐτῷ πει- B θόμενοι τῷ Κυρίῳ, μήτε τῷ Παύλῳ, καὶ ταῦτα ὑπὲρ *Χριστοῦ δεομένῳ γεύεσθε* (91), *καὶ ἴδετε ὅτι Χριστὸς ὁ Θεός*; ἡ πίστις εἰσάξει, ἡ πεῖρα διδάξει, ἡ Γραφὴ παιδαγωγήσει, *Δεῦτε, ὦ τέκνα*, λέγουσα· *ἀκούσατέ μου, φόβον Κυρίου διδάξω ὑμᾶς.* Εἶτα, ὡς ἤδη πεπιστευκόσι, συντόμως ἐπιλέγει· *Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωὴν, ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς* ; Ἡμεῖς ἐσμὲν, φήσομεν, οἱ τἀγαθοῦ προσκυνηταὶ, οἱ τῶν ἀγαθῶν ζηλωταί. Ἀκούσατε οὖν οἱ *μακρὰν* (92), ἀκούσατε οἱ ἐγγύς· οὐκ ἀπεκρύβη τινὰς ὁ Λόγος· φῶς ἐστι κοινὸν, ἐπιλάμπει *πᾶσιν ἀνθρώποις*· οὐδεὶς Κιμμέριος ἐν Λόγῳ. Σπεύσωμεν εἰς σωτηρίαν, ἐπὶ τὴν παλιγγενεσίαν, εἰς μίαν ἀγάπην (93) συναχθῆναι οἱ πολλοὶ, κατὰ τὴν τῆς μοναδικῆς οὐσίας ἕνωσιν· σπεύσωμεν (94) ἀγαθοεργούμενοι ἀναλόγως ἑνότητα διώκωμεν, τὴν ἀγαθὴν ἐκζητοῦντες μονάδα. Ἡ δὲ ἐκ πολλῶν ἕνωσις, ἐκ πολυφωνίας καὶ διασπορᾶς ἁρμονίαν λαβοῦσα θείαν, μία γίνεται συμφωνία, ἑνὶ χορευτῇ καὶ διδασκάλῳ τῷ Λόγῳ ἑπομένη, ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν ἀναπαυομένη, *Ἀββᾶ* λέγουσα, *ὁ πατήρ*· ταύτην ὁ Θεὸς τὴν φωνὴν τὴν ἀληθινὴν ἀσπάζεται παρὰ τῶν αὐτοῦ παίδων πρώτην χαρπούμενος.

✠ P. 72 ED. POTTER, 56-57 ED. PARIS. [80] I Tim. III, 16, 17. [81] Matth. IV, 17. [82] Philipp. IV, 5. [83] II Cor. V, 20. [84] Psal. XXXIII, 9. [85] Ibid. 12. [86] Ibid. 13. [87] Esther. IX, 20. [88] Joann. I, 9.

(88) *Ἐπιστρέφει.* Sic distingue, Ἐπιστρέφει τοὺς ἀνθρώπους πλησιάζοντας, τῷ φόβῳ. *Eos, qui ad se accedunt, per timorem convertit.*

(89) *Ὁ Κύρ.* S. Scripturæ sensum, non verba, recitat. Porro καταλειφθῶμεν pro καταληφθῶμεν habet Nov.

(90) *Ἀδεεῖς.* Hervetus legit ἐνδεεῖς, quod A. minus placet. SYLBURG.

(91) *Γεύεσθε.* A. et H. γεύασθε καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ Θεός, ex psalmo XXXIII. Hervetus interpres vulgatam lectionem secutus est : in qua ut interrogatio locum habet, ita in altera non habet. SYLBURG. — Alludit ad psalm. XXXIII 9 : Γεύασθε, καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος. Sic *Pædag.* lib. I, c. 6, p. 103 illa I Pet. II, recitans, *εἰ ἐγεύσασθε ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος*, scripsit : Εἰ ἐγεύσασθε ὅτι Χριστὸς ὁ K. *Strom.* V, pag. 579, iterum psalmi verba sic scribit, Γεύασθε, καὶ ἴδετε ὅτι Χριστὸς ὁ Κύριος. *Protrept.*, p. 76, *χρηστὸς ὁ σύμπας ἀνθρώπων βίος*, τῶν Χριστὸν ἐγνωκότων. Denique *Strom.* II. similiter in his vocibus ludit : Οἱ εἰς τὸν Χριστὸν πεπιστευκότες, χρηστοί τε εἰσὶ, καὶ λέγονται· *Qui in Christum crediderunt, χρηστοί, boni, sunt et dicuntur.* Verum eo loco Χριστοί potius legendum esse, nonnulli existimant. S. Justinus, *Apol.* I, p. 6 : Ὅσον τε ἐκ τοῦ κατηγορουμένου ἡμῶν ὀνόματος χρηστότατοι ὑπάρχομεν· *Quod ad nomen ipsum* Christianorum *spectat, quod criminis loco nobis objicitur, optimi* (χρηστότατοι) *certe sumus.* Idem paulo post : Χριστιανοὶ γὰρ εἶναι κατηγορούμεθα· τὸ δὲ χρηστὸν μισεῖσθαι οὐ δίκαιον· *Christiani esse deferimur : atqui bonum* (χρηστὸν) *odisse, injustum est.* Gentiles per ignorantiam *Chrestum*, sæpe vocabant Christum. Conf. Suetonius in *Claudio* cap. 25; Lucianus in *Philopatride*; Tertullianus, *Apol.*, cap. 3; Lactantius, lib. IV, cap. 7; Theophilus initio lib. I, *Ad Autolyc.*

(92) *Ἀκούσατε οὖν οἱ μ.* Hæc verba οὖν οἱ μακρὰν ἀκούσατε omittit Nov. Porro respicit Clemens Pauli verba ad Ephes. II, 17 : Εὐηγγελίσατο εἰρήνην ὑμῖν τοῖς μακρὰν, καὶ τοῖς ἐγγύς. Ut mox Joan. I, 9 : Τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον.

(93) *Εἰς μίαν ἀγάπ.* Imitatur Christi dictum, quod refert Joan. XVII, 21, 22, 23.

(94) *Ἕνωσιν σπεύσ.* Sic distingui possit, ἕνωσιν, σπεύσωμεν· ἀγαθοεργούμενοι, ἀναλόγως ἑνότ.

redacta, unum concentum efficit, eumdemque chori ducem et magistrum sequitur, et in eadem requiescens veritate, *dicit Abba, pater* [19]. Hanc Deus germanam filiorum suorum vocem, quam primam ei offerre solent, amplectitur.

## CAPUT X.

*Respondens objectioni Gentilium, qua nefas esse aiebant morem patrium deserere, eo impensius hortatur illos ad veritatem amplectendam, qua ab erroribus istis liberentur.*

Ἀλλ' ἐκ πατέρων (95), φατὲ, παραδεδομένον ἡμῖν ἔθος ἀνατρέπειν οὐκ εὔλογον. Καὶ τί δὴ οὐχὶ τῇ πρώτῃ τροφῇ τῷ γάλακτι χρώμεθα, ᾧ δήπουθεν συνεθισαν ἡμᾶς ἐκ γενετῆς αἱ τιτθαί; Τί δαὶ αὐξάνομεν ἢ μειοῦμεν τὴν πατρῴαν οὐσίαν, καὶ οὐχὶ τὴν ἴσην, ὡς παρειλήφαμεν, διαφυλάττομεν; Τί δαὶ οὐκέτι τοῖς κόλποις (96) τοῖς πατρῴοις ἐναποβλύζομεν, ἢ καὶ τἄλλα, ἃ νηπιάζοντες ὑπὸ μητράσιν τε ἐκτρεφόμενοι, γέλωτα ὤφλομεν, ἐπιτελοῦμεν ἔτι (97)· ἀλλὰ σφᾶς αὐτοὺς, καὶ εἰ μὴ παιδαγωγῶν ἐτύχομεν ἀγαθῶν, ἐπανωρθώσαμεν; εἶτα ἐπὶ τῶν παθῶν αἱ παρεκβάσεις, καίτοι ἐπιζήμιοι καὶ ἐπισφαλεῖς οὖσαι, ὅμως γλυκεῖαί πως προσπίπτουσιν (98)· ἐπὶ δὲ τοῦ βίου, οὐχὶ τὸ ἔθος καταλείποντες τὸ πονηρὸν καὶ ἐμπαθὲς καὶ ἄθεον, κἂν οἱ πατέρες χαλεπαίνωσιν, οὐκ ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν ἐκκλινοῦμεν, καὶ τὸν ὄντως ὄντα πατέρα ἐπιζητήσομεν (99), οἷον δηλητήριον φάρμακον τὴν συνήθειαν ἀπωσάμενοι; Τοῦτ' αὐτὸ γάρ τοι τὸ κάλλιστον τῶν ἐγχειρουμένων ἐστὶν ὑποδεῖξαι ὑμῖν, ὡς ἀπὸ μανίας καὶ τοῦ τριταθλίου τούτου ἔθους ἐμιαίθη ἡ θεοσέβεια· οὐ γὰρ ἂν ἐμιαίθη ποτὲ ἢ ἀπηγορεύθη ἀγαθὸν τοσοῦτον, οὗ μεῖζον (1) οὐδὲν ἐκ Θεοῦ δεδώρηται πω τῇ τῶν ἀνθρώπων γενέσει, εἰ μὴ συναρπαζόμενοι τῷ ἔθει, εἶτα μέντοι ἀποβύσαντες τὰ ὦτα ἡμῖν, οἷον ἵπποι (2) σκληραύχενες ἀφηνιάζοντες, τοὺς χαλινοὺς ἐνδακόντες, ἀποφεύγετε τοὺς λόγους, ἀποσείσασθαι μὲν (3) τοὺς ἡνιόχους ὑμῶν τοῦ βίου ἡμᾶς ἐπιποθοῦντες, ἐπὶ δὲ τοὺς χρημνοὺς τῆς ἀπωλείας ὑπὸ τῆς ἀνοίας φερόμενοι, ἐναγῆ τὸν ἅγιον ὑπολαμβάνετε τοῦ Θεοῦ Λόγον. Ἕπεται τοιγαροῦν ὑμῖν, κατὰ τὸν Σοφοκλέα, τὰ ἐπίχειρα τῆς ἐκλογῆς (4)·

A At vero, inquitis, evertere consuetudines a majoribus nobis traditas, rationi minime consentaneum est. Proinde cur non lacte etiam utimur, tanquam primo alimento, cui nutrices nostræ, statim ac fuimus in lucem editi, nos assuefecerunt? Cur augemus patrum facultates, vel minuimus; [20] nec eumdem modum, quem illi nobis reliquere, deinceps perpetuo servamus? Cur nec in sinus patrum cibos nostros regerimus, nec etiam alia adhuc facimus, quibus olim, cum parvuli essemus, et a matribus aleremur, risum commovimus; sed nosmetipsos, etiam nullo præcipiente magistro, corrigimus et emendamus? Quod si in affectibus excessus, etsi sint admodum periculosi et exitiales, tamen aliqua nos voluptate afficiunt: cur non etiam in vita, ex hac flagitiosa, perturbata affectibus atque impia consuetudine ad veritatem, patribus licet ringentibus, deflectemus; et rejecta, tanquam mortifero veneno, consuetudine, verum patrem quæremus? Nam **26** a nobis quidem nihil pulchrius aut præclarius suscipi potest, quam si vobis ostenderimus, hanc insanam ac plane miserrimam consuetudinem esse veræ pietati inimicissimam. Nec enim aut odio haberi, aut omnino repudiari potuit tam eximium beneficium, quo Deus nihil unquam majus humano generi tribuit, nisi consuetudine abrepti, obturatis deinde auribus, tanquam contumaces equi detrectantes habenas, et frenos mordentes, rationes fugeretis, vitæ vestræ nos magistros et aurigas excutere cupientes: et amentia vestra præcipites in exitium acti, sanctum Dei Verbum existimaretis exsecrandum esse ac detestabile. Quamobrem vos electionis vestræ præmia sequuntur, ut ait Sophocles,

B

C

*Mens vana, aures inutiles, cogitationes irritæ.*

Καὶ οὐκ ἴστε ὡς παντὸς μᾶλλον τοῦτο ἀληθὲς, ὅτι

Et nescitis veris omnibus hoc esse verius, quod

[19] P. 73 ED. POTTER, 57 ED. PARIS. [20] Marc. XIV, 36; Rom. VIII, 15.

(95) Ἀλλ' ἐκ πατέρ. Hanc rationem quam ethnici Christianis semper objiciebant, refellit etiam Justinus M. initio *Cohort. ad Græcos.*

(96) Τοῖς κόλποις. Respicit verba Phœnicis ad Achillem alumnum, quæ refert Homerus *Iliad.* I, v. 484:

*Πρίν γ' ἔτε δήσ', ἐπ' ἐμεῖσιν ἐγὼ γούνασσι καθίσας,*
*Ὄψου τ' ἄσαιμι προταμών, καὶ οἶνον ἐπισχών,*
*Πολλάκι μοι κατέδευσας ἐνὶ στήθεσσι χιτῶνα*
*Οἴνου, ἀποβλύζων ἐν νηπιέῃ ἀλεγεινῇ.*

(97) Ὤφλομεν, ἐπιτελοῦμεν ἔτι. Ὀφλῶμεν, ἐπὶ τέλους μὲν ἔτι Nov.

(98) Γλυκεῖαί π. π. Lowthius ait: « Locus mancus et corruptus. Sensus videtur esse: *Siquidem officium* esse ducimus, immoderatos animi affectus coercere, cur non pari ratione absurdas consuetudines ab animi perturbationibus profectas rejicimus? » Porro nos alium sensum in Latina versione expressimus.

(99) Ἐπιζητήσομεν. Il. Ἐπιζητήσωμεν, subjunctivo modo. Sylburg. — Quam lectionem firmat Nov.

(1) Οὗ μεῖζον. Ad Christianam philosophiam accommodat quod de profana dixit Plato in *Timæo*: Οὗ μεῖζον, inquit, ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν, οὔθ' ἕξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν. Id Latine vertit Cicero, *Academ. Quæst.* lib. I, c. 2: *Totum igitur illud philosophiæ studium mihi quidem ipse sumo, et ad vitæ constantiam quantum possum, et ad animi delectationem: nec ullam arbitror, ut apud Platonem est, majus aut melius a diis datum munus homini.* Idem lib. XV, epist. 4, extrema, de philosophia dicit: *Qua nec mihi charior ulla unquam res in vita fuit, nec hominum generi majus a diis munus ullum est datum.*

(2) Οἷον ἵπποι. Iterum Platonem imitatur Phædri pag. 1226, 1227. Eadem comparatione inferius usus est Clemens *Pædag.* lib. II, cap. 10.

(3) Μέν. Μέντοι Nov.

(4) Τῆς ἐκλογῆς. Cæcæ nempe ac stolidæ: qua mendacium veritati prætulistis. V. Sylburg.

boni plique homines, eo quod bonum coluerunt, bonam mercedem consequentur; qui autem contra sunt mali, meritam pœnam. Quin etiam ipsi sceleris principi imminet supplicium; proinde ei minatur Zacharias: *Increpabit te, qui elegit Jerusalem. Nonne ecce hoc est ut torris evulsus ex igne* [91]? Quænam igitur insita est in animis hominum voluntariæ mortis appetitio? Cur ad hunc mortiferum *torrem*, quocum necesse est eos una comburi, ✠confugerunt: cum integrum ipsis fuerit, honeste ex Dei præcepto, non autem ex consuetudine vivere? nam Deus quidem vitam largitur; prava autem consuetudo, postquam excesserint hac vita, seram illis affert inter supplicia pœnitentiam. *Passus autem vel stultus didicit*, quod superstitio quidem exitium et interitum, pietas vero salutem afferat. Conspiciuntur sæpenumero, qui simulacris se addixerunt, coma quidem sordida et inculta, vestibus laceratis et squalore obsitis deformati, lavationibus prorsus abstinentes, unguibus in immanem longitudinem excrescentibus plane efferati, quamplurimi etiam virilitatem exsecti, qui re quidem ipsa satis ostendunt, sepulcra quædam mortuorum aut carceres fuisse simulacrorum templa. Ili sane mihi lugere deos, non colere videntur: ut qui ea patiantur, quæ misericordia potius digna sunt, quam pietate. Vos autem etiamne estis cæci, nec ad omnium rerum Herum et totius universitatis Dominum oculos attollere curatis? An non ex his carceribus elabi, et ad misericordiam e cœlo demissam confugere vobis in animo est? Deus enim hominem, perinde ac mater ad pullum e nido excidentem advolans, pro sua singulari in eum benevolentia sustentat: quod si serpens aliquis pullo inhiet, *mater circumvolat charissimos natos deflens*; Deus vero pater figmentum suum quærit, et lapsum curat, et feram abigit, et pullum recuperans, ut subvolet in nidum, hortatur. Cæterum canes, cum aberraverunt, sagaci nare dominum persequi et indagare solent. Quin etiam equi excusso insessore, vel uno sibilo edito, domino suo paruerunt. *Novit autem*, inquit, *bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui: Israel autem me non novit* [91]. Quid ergo Dominus? Obliviscitur tantæ injuriæ, etiamnum

ἆρα εἰ μὲν ἀγαθοὶ καὶ θεοσεβεῖς, ἀγαθῆς τῆς ἀμοιβῆς τεύξονται, τἀγαθὸν τετιμηκότες, οἱ δὲ ἐκ τῶν ἐναντίων πονηροὶ τῆς καταλλήλου τιμωρίας. Καὶ τῷ γε ἄρχοντι τῆς κακίας ἐπήρτηται κόλασις· ἀπειλεῖ γοῦν αὐτῷ ὁ προφήτης Ζαχαρίας· *Ἐπιτιμήσαι ἐν σοὶ ὁ ἐκλεξάμενος τὴν Ἱερουσαλήμ· οὐκ ἰδοὺ τοῦτο ὡς* (5) *δαλὸς ἐξεσπασμένος ἐκπυρός*; Τίς (6) οὖν ἔτι τοῖς ἀνθρώποις ὄρεξις ἔγκειται θανάτου ἑκουσίου; τί δαὶ τῷ ξυλῷ τῷ θανατηφόρῳ τούτῳ προσπεφεύγασιν (7), μεθ' οὗ καταφλεχθήσονται, ἐξὸν βιῶναι καλῶς, κατὰ τὸν Θεὸν, οὐ κατὰ τὸ ἔθος; Θεὸς μὲν γὰρ ζωὴν χαρίζεται, ἔθος δὲ πονηρὸν, μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν, μετάνοιαν χενὴν ἅμα τιμωρίᾳ προστρίβεται· *Παθὼν* (8) *δέ τε νήπιος ἔγνω*, ὡς ἀπολλύει δεισιδαιμονία, καὶ σώζει θεοσέβεια. Ἰδέτω τις ὑμῶν τοὺς παρὰ τοῖς εἰδώλοις λατρεύοντας, κόμῃ ῥυπῶντας, ἐσθῆτι πιναρᾷ καὶ κατερρηγυίᾳ (9) καθυβρισμένους, λουτρῶν μὲν παντάπασιν ἀπειράτους, ταῖς δὲ τῶν ὀνύχων ἀκμαῖς ἐκτεθηριωμένους, πολλοὺς δὲ καὶ τῶν αἰδοίων ἀφῃρημένους, ἔργῳ δεικνύντας τῶν εἰδώλων τὰ τεμένη, τάφους τινὰς ἢ δεσμωτήρια. Οὗτοί μοι δοκοῦσι πενθεῖν, οὐ θρησκεύειν τοὺς θεούς· ἐλέου μᾶλλον ἢ θεοσεβείας ἄξια πεπονθότες. Καὶ ταῦτα ὁρῶντες, ἔτι τυφλώττετε, καὶ οὐχὶ πρὸς τὸν Δεσπότην τῶν πάντων καὶ Κύριον τὸν ὅλων (10) ἀναβλέψετε; οὐχὶ δὲ καταφεύξεσθε ἐκ τῶν ἐνταῦθα δεσμωτηρίων, ἐκφεύγοντες ἐπὶ τὸν ἔλεον τὸν ἐξ οὐρανῶν; Ὁ γὰρ Θεὸς ἐκ πολλῆς τῆς φιλανθρωπίας ἀντέχεται τοῦ ἀνθρώπου, ὥσπερ ἐκ καλιᾶς ἐκπίπτοντος νεοττοῦ ἡ μήτηρ ὄρνις ἐφίπταται· εἰ δέ που καὶ θηρίον ἑρπυστικὸν περιχάνοι τῷ νεοττῷ, *μήτηρ δ' ἀμφιποτᾶται, ὀδυρομένη φίλα τέκνα* (11)· ὁ δὲ Θεὸς πατὴρ καὶ ζητεῖ τὸ πλάσμα, καὶ ἰᾶται τὸ παράπτωμα, καὶ διώκει τὸ θηρίον, καὶ τὸν νεοττὸν αὖθις ἀναλαμβάνει, ἐπὶ τὴν καλιὰν ἀναπτῆναι παρορμῶν. Εἶτα κύνες μὲν, ἤδη πεπλανημένοι, ὀδμαῖς ῥινηλατοῦντες, ἐξίχνευσαν τὸν δεσπότην· καὶ ἵπποι τὸν ἀναβάτην ἀποσεισάμενοι, ἐν ἵππου συρίγματι ὑπήκουσαν τῷ δεσπότῃ (12)· *Ἐγὼ δέ*, φησὶ, *βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω*. Τί οὖν ὁ Κύριος; Οὐ μνησικακεῖ, ἔτι ἐλεεῖ, ἔτι τὴν μετάνοιαν ἀπαιτεῖ. Ἐρέσθαι δὲ ὑμᾶς βούλομαι, εἰ οὐκ ἄτοπον ὑμῖν δοκεῖ, πλάσμα ὑμᾶς τοὺς ἀνθρώ-

✠ P. 74 ED. POTTER, 58 ED. PARIS. [91] Zach. III, 2. [91] Isa. I, 3.

(5) *Ὡς*. Hæc particula addita ex vulg. Bibl. editione. Sylburg. — Hunc locum Theodoretus explicat de Jesu, Josedec filio, et aliis, qui, cum paulo ante a captivitate rediissent, captivitatis ferebant signa, paupertatem et inopiam. Torris enim semiustulatum lignum est ex igne arreptum. Hieronymus eodem modo explicat. Similis locus est Amos IV, 11, quem reperies lib. I *Pædagogi* cap. 8. Collect.

(6) *Τίς*. Omittit Nov.

(7) *Προσπεφεύγασιν*. Προσφεύγουσι Nov. Mox, καταφλεγήσονται pro καταφλεχθήσονται, idem.

(8) *Παθὼν*. Hemistichium ex Hesiod. *Oper. et Dier.* lib. I, vers. 216.

(9) *Κατερρηγυίᾳ*. Scribe κατερρωγυίᾳ, quod habet Nov.

(10) *Κύριον τὸν ὅλων*. Κύριον τῶν ὅλων rectius, ut supra. Sylburg. — Quam correctionem firmat Nov.

(11) *Ὀδυρομένη φίλα τέκνα*. Hemistichium est Homeri *Iliad.* B, v. 315, ubi describitur illud auspicium, seu prodigium avicularum, quas draco devoravit,

. . . *ἀμφεποτᾶτο ὀδυρομένη φίλα τέκνα*.

Collect. — Hic etiam ἀμφεποτᾶτο habet Nov.

(12) *Καὶ ἵπποι τὸν ἀναβάτην ἀποσεισάμενοι, ἐν ἵππου συρίγματι ὑπήκουσαν τῷ δεσπότῃ*. Hæc vel imprudenti Herveto exciderunt, vel consulto, quod mendosa essent, suppressa sunt. Forte ita corrigi possunt, ἐν ὑποσυρίγματι, vel ἀποσυρίγματι, vel etiam, ut quibusdam placet, ἑνὶ ποσυρίγματι, *equi ipsi excusso insessore, vel uno sibilo edito, domino parere solent*. Jul. Pollux *Περὶ ἱππασίας*· Κλωγμῷ δὲ ἐξεγείρειν (ms. ἐπεγείρειν) τὸν ἵππον ἐρεῖς καὶ ῥοίζῳ· *dicis etiam sibilo et stridore equum excitare*. Collect.

πους ἐπιγεγονότας τοῦ Θεοῦ, καὶ παρ' αὐτοῦ τὴν ψυ- A
χὴν εἰληφότας, καὶ ὄντας ὅλως τοῦ Θεοῦ, ἑτέρῳ δου-
λεύειν δεσπότῃ· πρὸς δὲ καὶ θεραπεύειν ἀντὶ μὲν
τοῦ βασιλέως τὸν τύραννον, ἀντὶ δὲ τοῦ ἀγαθοῦ τὸν
πονηρόν; Τίς γὰρ, ὦ πρὸς τῆς ἀληθείας, σωφρονῶν
γε, τἀγαθὸν καταλείπων, κακίᾳ σύνεστιν; Τίς δαί,
ὅστις τὸν Θεὸν ἀποφεύγων, δαιμονίοις συμβιοῖ; Τίς
δαί, υἱὸς εἶναι δυνάμενος τοῦ Θεοῦ, δουλεύειν ἕλοι-
τ' ἄν; Ἢ τίς οὐρανοῦ πολίτης εἶναι δυνάμενος, ἕρεβον
δύεσθαι, ἐξὸν παράδεισον γεωργεῖν, καὶ οὐρανὸν πε-
ριπολεῖν, καὶ τῆς ζωτικῆς καὶ ἀκηράτου μεταλαμβά-
νειν πηγῆς, κατ' ἴχνος (13) ἐκείνης τῆς φωτεινῆς
ἀεροβατοῦντα νεφέλης, ὥσπερ ὁ Ἠλίας, θεωροῦντα
τὸν ὑετὸν σωτήριον (14); Οἱ δὲ, σκωλήκων δίκην,
περὶ τέλματα καὶ βορβόρους, τὰ ἡδονῆς ῥεύματα, κα-
λινδούμενοι, ἀνοήτους καὶ ἀνοήτοις ἐκβόσκονται B
τρυφὰς, ὑώδεις τινὲς ἄνθρωποι. Ἴσες γάρ, φησὶν (15),
*ἥδονται βορβόρῳ μᾶλλον ἢ καθαρῷ ὕδατι*· καὶ
*ἐπὶ φορυτῷ* (16) *μαργαίνουσι*, κατὰ Δημόκριτον.
Μὴ δῆτα οὖν, μὴ δῆτα ἐξανδραποδισθῶμεν, μηδὲ
ὑώδεις γενώμεθα, ἀλλ' ὡς τέκνα φωτὸς γνήσια,
ἀναθρήσωμεν καὶ ἀναβλέψωμεν εἰς τὸ φῶς, μὴ νό-
θους ἡμᾶς (17) ἐξελέγξῃ ὁ Κύριος, ὥσπερ ὁ ἥλιος
τοὺς ἀετούς. Μετανοήσωμεν οὖν, καὶ μεταστῶμεν ἐξ
ἀμαθίας εἰς ἐπιστήμην, ἐξ ἀφροσύνης εἰς φρόνησιν,
ἐξ ἀκρασίας εἰς ἐγκράτειαν, ἐξ ἀδικίας εἰς δικαιο-
σύνην, ἐξ ἀθεότητος εἰς Θεόν. Καλὸς ὁ κίνδυνος (18)
αὐτομολεῖν πρὸς Θεόν· πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων ἐστὶν
ἀπολαῦσαι ἀγαθῶν τοὺς δικαιοσύνης ἐραστάς. οἳ τὴν
ἀΐδιον δώσομεν σωτηρίαν, ἀτὰρ δὴ καὶ ὧν αὐτὸς
αἰνίττεται ὁ Θεὸς διὰ Ἡσαΐου λαλῶν· *Ἔστι κλῆρο-* C
*νομία τοῖς θεραπεύουσι Κύριον*· καλή γε καὶ ἱρά-
σμιος ἡ κληρονομία, οὐ χρυσίον, οὐκ ἄργυρος, οὐκ
ἐσθὴς, ἔνθα που *σὴς καὶ τὰ τῆς γῆς λῃστὴς που*
*καταδύεται*, περὶ τὸν χαμαίζηλον πλοῦτον ὀφθαλμιῶν·
ἀλλ' ἐκεῖνος ὁ θησαυρὸς τῆς σωτηρίας, πρὸς ὃν γε
ἐπείγεσθαι χρὴ, φιλολόγους γενομένους. Συναπαί-
ρει (19) δὲ ἡμῖν ἐνθένδε τὰ ἔργα τὰ ἀστεῖα, συνίπα-
ται (20) τῷ τῆς ἀληθείας πτερῷ. Ταύτην ἡμῖν τὴν
κληρονομίαν ἐγχειρίζει ἡ ἀΐδιος διαθήκη τοῦ Θεοῦ,
τὴν ἀΐδιον δωρεὰν χορηγοῦσα (21)· ὁ δὲ φιλόστοργος

miseretur, etiamnum exposcit pœnitentiam. Jam vero quærere ex vobis velim, ecquidnam vobis videatur absurdius, quam ut vos, qui a Deo facti estis, qui animas vestras illi debetis acceptas, et toti denique, quanticunque forte estis, ejus estis, alii cuipiam domino servialis; præterea ut pro rege tyrannum, pro bono pessimum colatis? Quis enim, o per veritatem, cui sana mens inest, bono derelicto, malitiæ adhæret? Quis Deum fugiet, ut dæmoniorum convictu fruatur? Quis, cum Dei filiis annumerari liceat, servitutem ducit potiorem? Aut quis in erebum recipi contendit cum ✠cœli civis esse possit; cum ei liceat paradisum colere, et cœlos circuire, vitalisque et perennis esse fontis particeps *lucidam* illam *nubem* per aera sequenti, et salutarem pluviam, velut olim Elias, contemplanti? Cæteri autem, instar vermium, in paludibus ac cœno, voluptatis nempe fluentis, volutantes, stultis ac inutilibus pascuntur deliciis, porcini plane homines. *Solent enim porci*, ut aiunt, *cœno potius quam puriore aqua delectari*, et, quod a Democrito dictum accepimus, *fœdas colluviones insane concupiscant*. Nequaquam igitur nos mancipari sinamus aut porcis effici similes, sed tanquam germani *lucis filii* [92], sursum oculos attollamus adversus lucem, ne quemadmodum sol aquilas, ita nos Dominus adulterinos arguat. Agamus ergo pœnitentiam, et ab ignoratione transeamus ad scientiam, ab imprudentia ad prudentiam, ab intemperantia ad temperantiam, ab injustitia ad justitiam, ab impietate ad Deum. Pulchrum est periculum ad Deum transfugere. Nam cum alia bona permulta proposita nobis sint, qui justitiam colimus, vitamque æternam persequimur, tum ea vero præcipue; quæ Deus ipse per Isaiam significavit: *Constat cultoribus Domini hæreditas* [93]: perpulchra sane et amabilis hæreditas, non aurum, non argentum, non vestis, quam *tinea*; *nec res terrenæ quas latro* subit [94], humilium abjectarumque divitiarum amore captus; verum *thesaurus* ille salutis, ad quem nos oportet contendere, Verbi amatores factos. Hinc

✠ P. 75 ED. POTTER, 59 ED. PARIS. [92] Ephes. v, 8. [93] Isa. liv, 17. [94] Matth. vi, 19, 20.

(13) *Κατ' ἴχνος*. Respicere videtur III Reg. xviii, 44, 45: *Ἰδοὺ νεφέλη μικρὰ, ὡς ἴχνος ἀνδρὸς, ἀναβαίνουσα ὕδωρ.... καὶ ἐγένετο ὑετὸς μέγας*. Et Matth. xvii, 5: *Ἰδοὺ νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτούς*, nempe, Moysem et Eliam.

(14) *Τὸν ὑετὸν σωτήριον*. Malim, articulo geminato, τὸν ὑετὸν τὸν σωτήριον, ut alibi passim, et paulo ante. Sylburg.

(15) *Φησὶν*. A φασὶν plurali numero: ut alludat ad proverbium. Sylburg. — Hoc proverbiale dictum rursus laudavit Clemens *Strom.* i, p. 270: Εἰ δὲ μὴ πάντων ἡ γνῶσις, ὅνος λύρας, ᾗ φασὶν οἱ παροιμιαζόμενοι, ταῖς πολλοῖς τὰ συγγράμματα· ὗες γοῦν βορβόρῳ ἥδονται μᾶλλον ἢ καθαρῷ ὕδατι.

(16) *Ἐπὶ φορυτῷ*. Hervetus vertit, *in palearum cumulo*: φορυτὸς licet Hesychio significet ἄχυρα, et quisquilias aridas, sumitur tamen pro colluvione quavis: ut Chrysostomus τὸν φορυτὸν τῶν ἁμαρτιῶν, dixit τὴν ἀκαθαρσίαν. Horatius, ... *amica luto* sus. Collect.

(17) *Ἡμᾶς*. Sic legit Sylburgius, pro ὑμᾶς.

(18) *Καλὸς ὁ κ.* Horatius lib. iii, od. 25, v. 18:

. . . . *Dulce periculum est,*
*O Lenæe, sequi deum.*

(19) *Συναπαίρει*. Et hoc Platoni suo debet Clemens. Sane Platonici amorem illum bonum et pudicum, qui a cœlo, ut volebat Socrates, non ab ulla libidine in animum philosophi illabitur, ἀστεῖον dicunt. Alcinous, plane ut hic Clemens, τὸ φαῦλον καὶ τὸ ἀστεῖον opposuit: Ἔστι δὲ ἐρωτικὴ, ἡ μὲν ἀστεία, ἡ τῆς σπουδαίας ψυχῆς, ἡ δὲ φαύλη, ἡ τῆς κακῆς. Ita, ἀστεῖα ἔργα dicit noster, τὰ ἀγαθά. Et Theodorus, ἐν ταῖς Ἐκλογαῖς, τὴν ἀστείαν ἀρετὴν dixit: Νοείτω μέγα, καὶ ἀπερινόητον, καὶ κάλλιστον φῶς, ἀπρόσιτον, πᾶσαν δύναμιν ἀγαθὴν, πᾶσαν ἀστείαν ἀρετὴν συγκεκληρωμένον. Heinsius.

(20) *Συνίπταται*. Καὶ συνίπταται. Nov. recte.

(21) *Χορηγοῦσα*. Χορηγοῦσαν. Nov.

autem una migrant bona ac præclara opera, pennisque veritatis nobiscum simul evolant. Hanc nobis hæreditatem, æternum sane donum, æternum Dei fœdus in manus tradit. Pater autem ille noster, qui vere est pater, nosque impensius amat, **27** hortari, monere, emendare, diligere nunquam desinit; nec enim desinit servare, verum optimum dat consilium, *Justi efficiamini, inquit Dominus. Qui sititis, ite ad aquam; et quicunque non habetis pecuniam, ite et emite, et bibite, absque pecunia*[91]. Ad lavationem, ad salutem, ad illuminationem hortatur, aperte ✠ propemodum clamans, Do tibi, o fili, terram et mare, atque cœlum : quæque in eis sunt, omnia tibi largior animantia. Tu modo, o fili, patrem sitias, Deus tibi gratis ostendetur; veritas enim non *renditur*[92]. Tibi volatilia, tibi aquatilia, tibi, denique, dat quæcunque terram habitant. Hæc eo sunt a Patre condita, ut vos iis grato memorique animo fruamini; quæ pecunia quidem emet nothus, qui *filius est perditionis*[93], cuique *mammonæ servire*[94] constitutum est : tibi vero tanquam tua permittit, legitimo scilicet filio, qui Patrem diligis, cujus gratia *adhuc operatur*[95], cuique soli hoc promissum facit : *Et terra extendetur in firmitatem*; nec enim destinata est corruptioni : *mea est enim universa terra*[1], tua vero erit, si Deum receperis. Hinc iis, qui crediderunt, hoc lætissimum nuntium defert Scriptura : *Sancti autem Domini erunt hæredes gloriæ Dei, et potentiæ ejus.* Quænam est ea, dic mihi, o beate, *gloria?* quam *oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit; et lætabuntur in regno Domini sui in æternum. Amen.*[2] Jam igitur accepistis, o homines, qualem quantamque Deus gratiam polliceatur; ex altera quoque parte, quæ supplicia minatus fuerit, audivistis. His Dominus ad salutem ducit, et metu et gratia hominem instituens. Quid cunctamur? cur non effugimus supplicium? cur non recipimus donum? Cur autem ea, quæ præstantiora sunt, Deum scilicet præ malo, non eligimus, et simulacrorum cultui sapientiam

οὗτος ἡμῶν πατὴρ, ὁ ὄντως πατὴρ, οὐ παύεται προτρέπων, νουθετῶν, παιδεύων, φιλῶν. Οὐδὲ γὰρ σώζων παύεται· συμβουλεύει δὲ τὰ ἄριστα· *Δίκαιοι γένεσθε* (22), *λέγει Κύριος. Οἱ διψῶντες, πορεύεσθε ἐφ' ὕδωρ· καὶ ὅσοι μὴ ἔχετε ἀργύριον, βαδίσατε, καὶ ἀγοράσατε, καὶ πίετε, ἄνευ ἀργυρίου.* Ἐπὶ τὸ λουτρὸν, ἐπὶ τὴν σωτηρίαν, ἐπὶ τὸν φωτισμὸν (23) παρακαλεῖ, μονονουχὶ βοῶν καὶ λέγων· Ἴδε σοι δίδωμι καὶ θάλασσαν, παιδίον, οὐρανόν τε· καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα ζῷά σοι χαρίζομαι. Μόνον, ὦ παιδίον, *δίψησον* τοῦ Πατρός· ἀμισθεί σοι δειχθήσεται ὁ Θεός· οὐ *καπηλεύεται* ἡ ἀλήθεια. Δίδωτί σοι καὶ τὰ πτηνὰ, καὶ τὰ νηκτὰ (24), καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Ταῦτά σου ταῖς εὐχαρίστοις τροφαῖς (25) ἐδημιούργησεν ὁ Πατήρ· ἅπερ ἀργυρίῳ μὲν ὠνήσεται ὁ νόθος, ὃς *ἀπωλείας ἐστὶ παιδίον*, ᾧ μαμωνᾷ δουλεύειν προῄρηται· σοὶ δὲ τὰ σὰ ἐπιτρέπει, τῷ γνησίῳ λέγει, τῷ φιλοῦντι τὸν Πατέρα, διὸ καὶ ἔτι ἐργάζεται, ᾧ μόνῳ καὶ ὑπισχνεῖται, λέγων· *Καὶ ἡ γῆ παραταθήσεται* (26) *εἰς βεβαίωσιν*· οὐ γὰρ κυροῦται (27) τῇ φθορᾷ· *Ἐμή γάρ ἐστι πᾶσα ἡ γῆ*· ἔστι δὲ σὴ (28), ἐὰν ἀπολάβῃς τὸν Θεόν. Ὅθεν ἡ Γραφὴ εἰκότως εὐαγγελίζεται τοῖς πεπιστευκόσιν· *Οἱ δὲ ἅγιοι* (29) *Κυρίου κληρονομήσουσι τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ.* Ποίαν, ὦ μακάριε, δόξαν, εἰπέ μοι; *ἣν ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, οὐδὲ οὖς ἤκουσεν, οὐδὲ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη· καὶ χαρήσονται ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ τοῦ Κυρίου αὐτῶν εἰς τοὺς αἰῶνας.* Ἄμην. Ἔχετε, ὦ ἄνθρωποι, τὴν θείαν τῆς χάριτος ἐπαγγελίαν· ἀκηκόατε καὶ τὴν ἄλλην τῆς κολάσεως ἀπειλήν· δι' ὧν ὁ Κύριος σώζει, φόβῳ καὶ χάριτι παιδαγωγῶν τὸν ἄνθρωπον. Τί μέλλομεν; τί οὐκ ἐκκλίνομεν τὴν κόλασιν; τί οὐ καταδεχόμεθα τὴν δωρεάν; τί δαὶ οὐχ αἱρούμεθα τὰ βελτίονα, Θεὸν ἀντὶ τοῦ πονηροῦ, καὶ σοφίαν εἰδωλολατρίας προκρίνομεν, καὶ ζωὴν ἀντικαταλλασσόμεθα θανάτῳ; Ἰδοὺ τέθεικα (30) *πρὸ προσώπου ὑμῶν*, φησὶ, *τὸν θάνατον καὶ τὴν ζωήν.* Παιράζει σε ὁ Κύριος, *ἐκλέξασθαι τὴν ζωήν.* Συμβουλεύει σοι ὡς πατὴρ (31), πείθεσθαι τῷ Θεῷ (32). *Ἐὰν γὰρ ἀκούσητέ μου,*

✠ P. 76 ED. POTTER. 60 ED. PARIS. [91] Isa. lv, 1. [92] II Cor. II, 17. [93] Joan. xvii, 12; II Thess. II, 3. [94] Matth. vi, 24; Luc. xvi, 13. [95] Joan. v, 17. [1] Levit. xxv, 23. [2] I Cor. II, 9.

(22) *Δίκαιοι γένεσθε.* Ἕπεσθέ μοι δίκαιοι Bibl. Græc. Mox, βαδίσαντες ἀγοράσατε pro βαδίσατε καὶ ἀγ. Dein φάγετε pro πίετε. Ibid.

(23) *Φωτισμόν.* Hac voce Patres baptismum, et gratiam baptizatis collatam ubique denotant, secuti Hebr. vi, 4 : Ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου, καὶ μετόχους γενηθέντας Πνεύματος ἁγίου, etc. Clemens, *Pædag.* lib. I, cap. 6, p. 92, 93 : Τελειοῦται δὲ τῷ λουτρῷ μόνῳ, καὶ τοῦ Πνεύματος τῇ καθόδῳ ἁγιάζεται. — Βαπτιζόμενοι, υἱοποιούμεθα· υἱοποιούμενοι, τελειούμεθα.

(24) *Νηκτά.* Νοητά. Nov. mendose.

(25) *Τροφαῖς.* Hervetus et A. malunt τροφαῖς, *alimentis.* Sylb. — Sed Clemens τροφαῖς dixit, ut copiam et affluentiam rerum innueret.

(26) *Παραταθήσεται.* Sic Flor., Sylb., παραστα-θήσεται, Heinsiana, et reliquæ post eam editi. Vera lectio videtur fuisse, οὐ πραθήσεται, quam exhibet Nov. Clemens enim respicit Levit. xxv, 23 : Ἡ γῆ οὐ πραθήσεται εἰς βεβαίωσιν.

(27) *Κυροῦται.* Aptius κηροῦται *vitiatur, lædi tur*, *a κήρ noxa.* Ut apud Hesychium quoque, κε κηρωμένη, κεκακωμένη. Sylburg.—Sed nulla mutatione opus est.

(28) *Ἔστι δὲ σή.* A. Ἔστι δὲ καὶ σή, *est vero, et tua.* Sylb.—Quam lectionem firmat Nov. Paulo ante, πᾶσα omittunt Bibl. Græc.

(29) *Οἱ δὲ ἅγ.* Similia quædam occurrunt Prov. III, 35, Isa. lxv, 9. Verba hæc, ut etiam ea, quæ paulo post occurrunt, χαρήσονται ἐπί, etc., hactenus frustra quæsivi. Conf. Apoc. xi, 15.

(30) *Ἰδοὺ τέθ.* Hæc Moysis et Isaiæ dicta eodem, quo Clemens, sensu ante illum exhibuit Justin. M. *Apol.* I, c. 56, p. 84, 85. Porro δέδωκα pro τέθεικα habent Bibl. Gr. Neutrum agnoscit Justin.

(31) *Ὡς πατήρ.* Justinus loco superius dicto, Διὰ Ἡσαΐου, τοῦ ἑτέρου προφήτου, ὡς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τῶν ὅλων καὶ δεσπότου Θεοῦ· *per Isaiam, prophetam alium, velut a Patre rerum omnium et dominatore Deo.*

(32) *Πείθεσθαι τῷ Θ.* Πείθεσθε τῷ Θεῷ, Nov.,

φησὶ, *καὶ θελήσητε, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε*· ὑπακοῆς ἡ χάρις. *Ἐὰν δὲ μὴ ὑπακούσητέ μου, μηδὲ θελήσητε, μάχαιρα ὑμᾶς καὶ πῦρ κατέδεται* (33)· παρακοῆς ἡ κρίσις. Τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησεν ταῦτα· νόμος ἀληθείας, Λόγος Κυρίου. Βούλεσθε ὑμῖν ἀγαθὸς γένωμαι σύμβουλος; Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν, ἀκούσατε· ἐγὼ (34), εἰ δυνατὸν, ἐνδείξομαι· ἐχρῆν μὲν ὑμᾶς, ὦ ἄνθρωποι, αὐτοῦ περὶ ἐννοουμένους τοῦ ἀγαθοῦ, ἔμφυτον ἐπάγεσθαι μάρτυρα ἀξιόχρεων, πίστιν αὐτόθεν οἰκοθεν περιφανῶς αἱρουμένην τὸ βέλτιστον, μηδὲ ζητεῖν εἰ μεταδιωκτέον ἐκπονεῖν (35). Καὶ γὰρ εἴ τῳ μεθυστέον, φέρε εἰπεῖν, ἀμφιβάλλειν χρή· ὑμεῖς δὲ, πρὶν ἢ ἐπισκέψασθε, μεθύετε· καὶ εἰ ὑβριστέον, οὐ πολυπραγμονεῖτε, ἀλλ' ἢ τάχος (36) ὑβρίζετε. Μόνον δ' ἄρα, εἰ θεοσεβητέον, ζητεῖτε, καὶ εἰ τῷ σόφῳ τούτῳ δὴ τῷ Θεῷ καὶ τῷ Χριστῷ καταχολουθητέον· τοῦτο δὲ, βουλῆς καὶ σκέψεως ἀξιοῦτε, οὐδ' ὅ πρέπει Θεῷ, ὅ τί ποτέ ἐστι, νενοηκότες. Πιστεύσατε ἡμῖν κἂν ὡς μέθη, ἵνα σωφρονήσητε· πιστεύσατε κἂν ὡς ὕβρει, ἵνα ζήσητε. Εἰ δὲ καὶ πείθεσθαι βούλεσθε (37), τὴν ἐναργῆ τῶν ἀρετῶν ὑποπτεύσαντες πίστιν, φέρε ὑμῖν ἐκ περιουσίας τὴν περὶ τοῦ Λόγου παραθήσομαι πειθώ. Ὑμεῖς δὲ (καὶ γὰρ (38) τὰ πάτρια ὑμᾶς ἔτι τῆς ἀληθείας ἀπασχολεῖ ἔθη προκατεσχημένους)· ἀκούσατ' ἂν ἥδη, τὸ μετὰ τοῦτο ὅπως ἔχει· καὶ δή μή τις ὑμᾶς τοῦδε τοῦ ὀνόματος αἰσχύνη προκαταλαμβανέτω, ἥ τ' *ἀνδράσι μέγα σίνεται* (39), παρατρέπουσα σωτηρίας. Ἀποδυσάμενοι δ' οὖν περιφανῶς ἐν τῷ τῆς ἀληθείας σταδίῳ γυμνοῖς ἀγωνιζώμεθα, βραβεύοντος μὲν τοῦ Λόγου τοῦ ἁγίου, ἀγωνοθετοῦντος δὲ τοῦ Δεσπότου τῶν ὅλων. Οὐ γὰρ σμικρὸν ὑμῖν (40) τὸ ἆθλον ἀθανασία πρόκειται. Μὴ οὖν ἔτι φροντίζετε, μηδὲ εἰ ὀλίγον τι (41) ὑμᾶς ἀγορεύουσι σύριγγές τινες ἀγοραῖοι, δεισιδαιμονίας ἄθεοι χορευταὶ, ἀνοίᾳ καὶ παρανοίᾳ ἐπ' αὐτὸ ὠθούμενοι τὸ βάραθρον, εἰδώλων ποιηταὶ, καὶ λίθων προσκυνηταί. Οἵδε γὰρ ἀνθρώπους ἀποθεοῦν τετολμήκασι, τρισκαιδέκατον (42) Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα ἀναγράφοντες

A præferimus, et pro morte vitam comparamus? *Ecce*, inquit, *ante faciem vestram posui mortem et vitam* [a]. Tentat te Dominus, ut *vitam eligas*. Hortatur, tanquam pater, et suadet, ut Deo obedias. *Si enim me*, inquit, *audieritis et volueritis, bona terræ comedetis* [b]: hanc constituit obedientiæ gratiam. *Sin autem mihi non obedieritis, neque volueritis, gladius vos et ignis devorabit* [c]: hoc adversus contumaciam judicium pronuntiat. *Hæc enim locutum est os Domini* [d], veritatis lex, Domini Verbum. ✠ Placetne, ut, quod maxime vobis expediat, consilium exponam? Vos igitur attendite; ego autem clare, pro meis viribus, exhibebo. Oportebat quidem vos, o homines, cum de bono cogitaretis, testem adhibuisse insitum ac idoneum, fidem, quam ex se statim ac sua natura eligit, quod est præstantissimum; nec an ea sit persequenda, tam diu quærere aut laborare. Nemo enim vestrûm dubitat, verbi causa, an oporteat inebriari; verum, priusquam consideretis, inebriamini. Nec valde solliciti estis, an liceat injuriam facere; sed eam, quam potestis celerrime, facitis; in hoc solum hæretis, an Deus sit colendus? et an hic sapiens, Deus nempe et Christus, sit sequendus? Hæc digna consultatione ac deliberatione vestra existimatis; quid sit Deo aptum ac decens, minime cogitantes. Credite saltem nobis, quemadmodum soletis ebrietati, ut sobrii evadatis. Credite saltem quemadmodum injuriæ, ut vitam consequamini. Quod si agnita virtutum manifesta fide, obtemperare volueritis, ex abundanti vobis afferam, quæ ad eliciendum vestrum consensum a verbo suppeditata sunt. Vos autem (patrii enim mores sic vos præoccupaverunt, ut a veritatis studio huc usque penitus averterint) jam tandem ad ea, quæ consequuntur, animos attendite. Nec hujusce nominis pudor aliquis præceptos deterreat, *qui* a salute homines adducere, *maximumque* illis *damnum afferre* solet. Quapropter palam exuentes nos vestibus, in stadio veritatis

✠ P. 77 ED. POTTER, 61 ED. PARIS. [a] Deuter. xxx, 15, 19. [b] Isa. i, 19. [c] Ibid. 20. [d] Isa. i, 20; xxxiii, 11.

hanc sententiam ad ea, quæ sequuntur, trahens. Mox, Ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου, et paulo post ἐὰν δὲ μὴ θέλητε καὶ μὴ εἰσακούσητε. Bibl. Gr.

(33) *Μάχαιρα ὑμᾶς καὶ πῦρ κατ.* Hæc verba καὶ πῦρ, quæ Isaiæ textus hoc loco non agnoscit, interpretamentum esse vocis μάχαιρα, facile concedet, qui Justini verba legerit, loco superius dicto: Τὸ δὲ προειρημένον, *μάχαιρα ὑμῖς κατέδεται*, οὐ λέγει διὰ μαχαιρῶν φονευθήσεσθαι τοὺς παρακούσαντας, ἀλλ' ἡ μάχαιρα τοῦ Θεοῦ ἐστι τὸ πῦρ, οὗ βορὰ γίνονται οἱ τὰ φαῦλα πράττειν αἱρούμενοι· διὰ τοῦτο λέγει, *μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται· τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησεν*. Εἰ δὲ καὶ περὶ τιμωρίας καὶ αὐτίκα ἀπολλυμένης μαχαίρας εἶπεν, οὐκ ἂν εἶπε, *κατέδεται*. *Quod autem superius dictum est, « Gladius depascet vos, » non innuit immorigeros gladiis cæsum iri: verum gladius Dei est ignis, cui pabulum fiunt, qui mala facere eligunt: propterea, « Gladius, inquit, depascet vos: os enim Domini locutum est. » Quod si de gladio dixisset, qui dissecat et confestim dimittit, verbo « depascet » usus non fuisset.* Huic veræ interpretationi ansam præbuit alius Isaiæ locus, quo dicitur πῦρ κατέδεται ὑμᾶς, Isa. xxxiii, 11.

(34) Ἐγώ. Ἐγὼ δέ scribendum ex Nov.

(35) *Μηδὲ ζητεῖν εἰ μεταδιωκτέον ἐκπονεῖν.* A. ζητεῖν ἢ ἐκπονεῖν εἰ μεταδιωκτέον. Sylburg.

(36) Ἀλλ' ἢ τάχος. Rectius ἀλλ' ᾗ τάχος, ut infra. Ib.

(37) *Εἰ δὲ καὶ π. β.* Malim, εἰ δὲ καὶ μὴ πείθεσθαι βούλεσθε· *quod si nolitis mihi obtemperare, eo quod manifestam virtutum fidem suspectam habeatis, age vobis ex abundanti*, etc. Nam ὑποπτεύειν non est *suspicere, admirari*, quo sensu id accepit Hervetus, sed *suspicari* et *dubitare*. Nisi potius scribendum sit ἐποπτεύσαντες.

(38) *Καὶ γάρ.* Οὐ γὰρ Nov.

(39) Ἥ τ' ἀνδράσι μέγα σίνεται. Hesiodi est carmen in Oper. 316:

Αἰδὼς ἥ τ' ἀνδράσι μέγα σίνεται, οὐδ' ὀρίνησιν.

Et Homeri *Iliad.* Ω, v. 45. Ex quibus locis hic corrigendus. Reperitur et apud Stobæum tit. *De verecundia* 51. Non ergo fortes solum, sed quosvis indicat poeta, et vitiosam verecundiam intelligit. Collect. — Perperam igitur quidam γίνεται pro σίνεται substituerunt.

(40) Ὑμῖν. Ἡμῖν Nov. recte.

(41) Ὀλίγον τι. Potest etiam legi ὅλως τι. H. V. Sylburg.

(42) *Τρισκαιδέκατον.* Alexandro sc. addito, duodecim majorum deorum numerum augeri volebant.

legitime certemus, judice quidem sancto Verbo, Domino autem totius rerum universitatis certaminis instructore. Nobis enim haud leve præmium, immortalitas proposita est. Ne sit igitur curæ, si contentius de vobis loquantur quidam de fæce populi, qui impios superstitionis choros exercent, amentia sua ac insania præcipites in ipsum barathrum acti, simulacrorum fabricatores, lapidumque cultores. Hi sunt enim, qui homines ausi fuerunt in deos referre; qui Alexandrum Macedonem, quem Babylon ostendit mortuum, deum decimum tertium numerabant. Proinde divinum illum Sophistam, cui nomen erat Theocrito, non possum non suspicere ac admirari. Nam is, Alexandro mortuo vanas de diis opiniones, quæ in animis hominum inseuerant, irridens, ad suos cives, ✠ *Bono*, inquit, *o viri, estote animo, quandiu deos ante homines mori videtis*. Sane autem qui deos sibi corporeos et aspectabiles, horumque, qui procreati ac geniti sunt, colluviem asciscit, et veneratur, longe est illis ipsis dæmonibus infelicior. Deus enim nequaquam est, sicut dæmones, injustus, sed, quam fieri potest, justissimus: nec est illi quidquam similius, quam qui ex nobis quam justissimus fuerit:

*Venite e viis tota gens operariorum,*
*Qui Joris filiam visu terribilem, Operariam deam,*
*Appositis vannis colitis, stolidi,*

qui lapidibus a vobismetipsis elaboratis divinos honores tribuitis. Huc etiam accedant Phidias vester et Polycletus, Praxiteles etiam et Apelles, et cæteri denique omnes qui mechanicas artes exercent, terreni terræ opifices: *Tunc enim*, ut quadam prophetia dicitur, *infeliciter hic evenient res, cum statuis crediderint*. Accedant, inquam (nec enim desinam vocare) viles illi ac sordidi artifices. Ho-

A Θεὸν, ὃν Βαβυλὼν ἔλεγξε νεκρόν. Ἄγαμαι τοίνυν τὸν θεῖον σοφιστὴν Θεόκριτος (43) ὄνομα αὐτῷ· μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν ἐπισκώπτων ὁ Θεόκριτος τὰς δόξας τὰς κενὰς τῶν ἀνθρώπων, ἃς εἶχον περὶ θεῶν, πρὸς τοὺς πολίτας, Ἄνδρες, εἶπεν, *θαῤῥεῖτε ἄχρις ἂν ὁρᾶτε τοὺς θεοὺς πρότερον τῶν ἀνθρώπων ἀποθνήσκοντας*. Θεοὺς δὲ δὴ τοὺς ὁρατοὺς καὶ τὸν σύγκλυδα τῶν γενητῶν (44) τούτων ὄχλον ὁ προσκυνῶν καὶ προσεταιριζόμενος, αὐτῶν ἐκείνων τῶν δαιμόνων ἀθλιώτερος μακρῷ. Θεὸς γὰρ οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἄδικος, ὥσπερ οἱ δαίμονες· ἀλλ', ὡς οἷόν τε (45), δικαιότατος, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτῷ ὁμοιότερον οὐδέν, ἢ ὅτ' ἂν ἡμῶν γένηται ὅτι δικαιότατος. *Βᾶτε* (46) *εἰς ὁδὸν δὴ, πᾶς ὁ χειρώναξ λεὼς, οἱ τὴν Διὸς γοργῶπιν Ἐργάτιν θεὸν στατοῖσι λίκνοις προτρέπεσθε* (47), *ἠλίθιοι*, τῶν λίθων δημιουργοί τε καὶ προσκυνηταί. Φειδίας (48) ὑμῶν καὶ ὁ Πολύκλειτος ἐκόντων, Πραξιτέλης τε αὖ καὶ Ἀπελλῆς, καὶ ὅσοι τὰς βαναύσους (49) μετέρχονται τέχνας, γήϊνοι γῆς ὄντες ἐργάται. *Τότε γὰρ*, φησί τις προφητεία, *δυστυχήσει τὰ τῇδε πράγματα, ὅτ' ἂν ἀνθρῶσι πιστεύσωσιν*. Ἠχόντων οὖν αὖθις (οὐ καὶ ἀνήσω (50) καλῶν) οἱ μικροτέχναι (51). Οὐδεὶς που τούτων ἔμπνουν εἰκόνα δεδημιούργηκεν, οὐδὲ μὴν ἐκ γῆς μαλθακὴν ἐμάλαξε σάρκα. Τίς ἔτηξε μυελόν; ἢ τίς ἔπηξεν ὀστέα; τίς νεῦρα διέτεινεν; τίς φλέβας ἐφύσησεν; τίς αἷμα ἐνέχεεν ἐν αὐταῖς; ἢ τίς δέρμα περιέτεινεν; ποῦ δ' ἂν τις αὐτῶν ὀφθαλμοὺς ποιήσαι βλέποντας; τίς ἐνεφύσησε ψυχήν; τίς δικαιοσύνην ἐδωρήσατο; τίς ἀθανασίαν ὑπέσχηται; μόνος ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς, ὁ ἀριστοτέχνας (52) Πατὴρ, τοιοῦτον ἄγαλμα ἔμψυχον ἡμᾶς, τὸν ἄνθρωπον, ἔπλασεν. Ὁ δὲ Ὀλύμπιος ὑμῶν, εἰκόνος εἰκὼν, πολύ τι τῆς ἀληθείας ἀπᾴδων, ἔργον ἐστὶ χωφὸν χειρῶν Ἀττικῶν (53). Ἡ (54) μὲν γὰρ τοῦ Θεοῦ εἰκὼν ὁ Λόγος αὐτοῦ· καὶ υἱὸς τοῦ Νοῦ γνήσιος, ὁ θεῖος Λόγος, φωτὸς

✠ P. 78 ED. POTTER, 61-62 ED. PARIS.

(43) *Θεόκριτος*. De Theocrito, Chio oratore, Metrodori discipulo, conf. Suidas, Vossius, *De histor. græc.*, lib. III, Jonsius, *De Scriptor. hist. philos.*, lib. I, c. 9. Memoratur illius aliud de Alexandro dictum apud Athenæum lib. I, c. 9.

(44) *Γενητῶν*. A. γεννητῶν, *genitorum*. Sylburg. — Τούτων omittit Nov.

(45) *Οἷόν τε*. Οἷονται Nov.

(46) *Βᾶτε*. Primum memento esse versiculos, qui ab auctore adducuntur; deinde, scribendum esse,

*Βᾶτ' ἐξ ὁδῶν δὲ πᾶς ὁ χειρώναξ λεὼς,*
*Οἱ τὴν Διὸς γοργῶπιν Ἐργάτιν θεὸν,*
*Στατοῖσι λίκνοις προτρέπεσθ' ἠλίθιοι.*

Heinsius.—Gatakerus *Advers.* c. 9, hoc modo versus hos scribit:

*Βᾶτ' εἰς ὁδὸν δὲ πᾶς ὁ χειρώναξ λεὼς,*
*Οἱ τὴν Διὸς γοργῶπιν Ἐργάτην στατοῖς*
*Λίκνοισι προτρέπεσθε.....*

Porro Ἐργάτην pro Ἐργάτιν habet Nov. Verisimile est Clementem scripsisse Ἐργάτην, quo nomine Minerva vocari solet.

(47) *Λίκνοις προτρέπεσθε*. Vannum in *Rustico* carmine appellasse Virgilium, notum omnibus est; qui tamen, dum agricolarum instrumentum hoc esse traderet, docuit in alio etiam usu illud haberi solitum; et in rebus divinis, maxime Liberi patris, frequens esse consuevisse. Eruditissimus enim poeta, quod ipse sciebat, aliis quoque ἐν παρέργῳ notum esse voluit. Intelligit autem, ut opinor, vannum, quod λίκνον Græci vocant, instrumentum ad cuncta pæne sacrificia idoneum, ut veteres grammatici tradunt; unde qui illud gerebat in sacris, λικνοφόρος vocabatur. Plutarchus, in *Alexandro*: Ἐκ τοῦ κιττοῦ καὶ τῶν μυστικῶν λίκνων. P. Victorius, in *Varronem*. Suidas, Τὸ λίκνον πρὸς πᾶσαν τελετὴν καὶ θυσίαν ἐπιτήδειόν ἐστι. Virgilius, I *Georg.*:

*Arbuteæ crates, et mystica vannus Iacchi.*

Collect.

(48) *Φειδίας*. Ὁ Φειδίας Nov.

(49) *Τὰς βαναύσους...τότε*. Hæc exciderunt e Nov.

(50) *Οὐ καὶ ἀνήσω*. Aptius opinor, οὐ γὰρ ἀνήσω, ut supra. Sylburg. — Hanc conjecturam firmat Nov.

(51) *Μικροτέχναι*. Hos opponit τῷ ἀριστοτέχνῃ, de quo paulo post. Mox, ἔμπλουν pro ἔμπνουν, Nov. mendose.

(52) *Ἀριστοτέχνας*. A. ἀριστοτέχνης, sed Doricum ἀριστοτέχνας consulto usurpatum videtur, ut clarum sit fontis indicium. Sylburg.

(53) *Χειρῶν Ἀττικῶν*. Hoc est, Phidiæ Atheniensis. Ejus enim opus fuisse Jovem Olympicum, testantur Clemens superius; Theophilus, *ad Autolyc.* lib. I; Pausanias, *Eliac.* I.

(54) *Ἡ*. Articulum hunc omissum in edit. Flor. supplevit A. Sylburg.—Verum genuinam lectionem exhibet Nov., εἰκὼν μὲν γὰρ τοῦ Θεοῦ.

ἀρχέτυπον φῶς· εἰκὼν δὲ τοῦ Λόγου, ὁ ἄνθρωπος. Ἀληθινὸς (55) ὁ νοῦς ὁ ἐν ἀνθρώπῳ, ὁ κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ καὶ καθ' ὁμοίωσιν διὰ τοῦτο γενενῆσθαι λεγόμενος, τῇ κατὰ καρδίαν φρονήσει τῷ θείῳ παρεικαζόμενος Λόγῳ, καὶ ταύτῃ λογικός· ἀνθρώπου δὲ τοῦ ὁρωμένου, τοῦ γηγενοῦς, γήϊνος εἰκὼν τὰ ἀγάλματα τὰ ἀνδροείκελα, πόρρω τῆς ἀληθείας ἐπίκαιρον (56) ἐκμαγεῖον καταφαίνεται. Οὐδὲν οὖν ἀλλ' ἢ μανίας ἔμπλεως ὁ βίος ἔδοξέ μοι γεγονέναι, τοσαύτῃ σπουδῇ περὶ τὴν ὕλην καταγινόμενος. Ἐπιτέτραπται (57) δὲ ὑπὸ κενῆς δόξης ἡ συνήθεια, δουλείας μὲν γεύσασα ὑμᾶς, καὶ ἀλόγου περιεργασίας, νομίμων δὲ ἀνόμων καὶ ἀπατηλῶν ὑποκρίσεων ἄγνοια, αἰτία ἤδη κατασκευασθεῖσα (58) τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει κηρῶν ὀλεθρίων καὶ εἰδώλων ἐπιστυγῶν, πολλὰς τῶν δαιμόνων ἐπινοήσασα μορφάς, κηλῖδα (59) τοῖς ἑπομένοις αὐτῇ ἐναπεμάξατο θανάτου μακροῦ. Λάβετε (60) οὖν ὕδωρ λογικὸν, λούσασθε οἱ μεμολυσμένοι, περιῤῥάνατε αὐτοὺς ἀπὸ τῆς συνηθείας ταῖς ἀληθιναῖς σταγόσιν· καθαροὺς εἰς οὐρανοὺς ἀναδῆναι δεῖ. Ἄνθρωπος εἶ (61), τὸ κοινότατον ἐπιζήτησον, τὸν δημιουργήσαντά σε· υἱὸς εἶ, τὸ ἰδιαίτατον ἀναγνώρισον, τὸν πατέρα. Σὺ δὲ ἔτι ταῖς ἁμαρτίαις παραμένεις (62), προστιτηκὼς ἡδοναῖς; Τίνι λαλήσει Κύριος· Ὑμῶν ἐστιν ἡ *βασιλεία τῶν οὐρανῶν*; Ὑμῶν ἐστιν, ἐὰν θελήσητε, τῶν πρὸς τὸν Θεὸν τὴν προαίρεσιν (63) ἰσχνικότων· ὑμῶν, ἐὰν θελήσητε πιστεῦσαι μόνον, καὶ τῇ συντομίᾳ τοῦ κηρύγματος ἕπεσθαι· ἢ ὑπακούσαντες οἱ Νινευῖται, τῆς προσδοκηθείσης ἀλώσεως μετανοίᾳ γνησίῳ τὴν καλὴν ἀντικατηλλάξαντο σωτηρίαν. Πῶς οὖν ἀνέλθω, φησὶν, εἰς οὐρανούς; Ὁδός ἐστιν ὁ Κύριος· *Στερὴ* μὲν, ἀλλ' *ἐξ οὐρανῶν*· στενὴ μὲν, ἀλλ' εἰς οὐρανοὺς ἀναπέμπουσα· στενὴ, ἐπὶ γῆς ὑπερορωμένη· πλατεῖα, ἐν οὐρανοῖς προσκυνουμένη. Εἶθ' ὁ μὲν ἄπυστος (64) τοῦ Λόγου, συγγνώμην τῆς πλάνης ἔχει τὴν ἄγνοιαν (65)· ὁ δὲ εἰς ὦτα βαλλόμενος, καὶ τῇ ψυχῇ παρὰ τῆς γνώμης

rum sane nemo vivam unquam ei spirantem imaginem effinxit, aut ex terra teneram carnem emollivit. Quis medullam liquefecit? quis ossa induravit? quis nervos distendit? quis venas inflavit? quis in eas sanguinem infudit? quis cutem circumduxit? **28** quis eorum unquam oculis a se formatis visum est largitus? quis animam inspiravit? quis imbuit justitia? quis pollicitus est immortalitatem? Solus, qui hæc universa condidit, nobilissimus artifex Pater hujusmodi nos animatam imaginem, hominem, formavit. Olympius autem vester, imaginis hujus imago, longissime discrepans a veritate, stupidum est Atticarum manuum artificium. Est enim imago Dei, ejus Verbum: Mentis nempe germanus filius, divinum Verbum, lucis archetypa lux. Verbi autem imago est homo. ✠ Est enim in homine vera mens, qui *ad imaginem et similitudinem* Dei propterea *factus* esse dicitur[1]; cordis nempe atque animi sui sensu divino Verbo seu rationi assimilatus, eoque particeps rationis. Aspectabilis autem hujus ac terrigenæ hominis terrenas imagines, statuas scilicet humanam exprimentes figuram, caduca et fragilia simulacra, eaque a veritate alienissima esse, manifestum est. Unde non potuit mihi vita hominum non videri plena furoris, quæ tanto in materia studio ac ardore versata est. Vana porro opinio hanc consuetudinem, quæ servituti vos, curisque inutilibus ac rationi parum consentaneis subjecit, alit atque sustentat. Rituum enim impiorum, harumque fallacium imitationum ignoratio, exsecranda simulacra fabricandi, unaque tristissimarum cladium causa humano generi exstitit, varias dæmonum formas commenta, et iis, qui ipsam sequuntur, omnibus diuturnæ mortis notam impressit. Rationabilem igitur aquam accipite: Lavamini, qui polluti estis; verisque vosmet guttis a consuetudine purgate; pu-

✠ P. 79 ED. POTTER, 62-63 ED. PARIS. [1] Gen. I, 26.

(55) *Ὁ ἄνθρωπος· ἀληθινός.* Absurde hæc disjunxit Hervetus interpres, ut etiam editiones Clementis omnes. Legendum, ὁ ἄνθρωπος ἀληθινὸς, ὁ νοῦς ὁ ἐν ἀνθρώπῳ· *verus homo, mens scilicet, quæ in homine est.* Lowthius. — Sæpenumero Clemens dicit humanam quidem mentem τοῦ Λόγου, filii Dei, hunc vero Patris imaginem esse. *Strom.* v, p. 594: Εἰκὼν μὲν γὰρ Θεοῦ Λόγος θεῖος... εἰκὼν δὲ εἰκόνος ἀνθρώπινος νοῦς. Conf. p. 75, 485, 671, 708, etc. Hinc Origenes εἰκόνα Θεοῦ dicit Christum fuisse, κατ' εἰκόνα vero hominem, *adv. Celsum*, lib. VI, pag. 319. Idem nescio an Clementem præ oculis habuerit lib. VIII, p. 389, 390, quo loco dicit, *Phidiæ Jovem Olympium nullius pretii videri collatum* πρὸς τὸν κατασκευασθέντα κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος Θεοῦ, *ad eum, qui ad imaginem creatoris Dei factus est.* Dein addit, Servatorem nostrum esse perfectam Dei imaginem; homines vero, quotquot eum imitantur, esse κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος.

(56) *Ἐπίκαιρον.* Malim ἐπίκηρον, quod Hesychio est ἐπίμοιρον, ἐπιθανάτιον, σαθρόν. Unde paulo post κηρῶν ὀλεθρίων mentio.

(57) *Ἐπιτέτραπται.* Hervetus exp. *permissa est*, ac si esset hæc vox ab ἐπιτρέπω deducta. Malim ἐπιτέθραπται a τρέφω, quod in versione expressimus. Quin etiam τὸ τεθραμμένον apud Demosthenem a τρέφω deductum citant Lexicographi.

(58) *Ἤδη κατασκευασθεῖσα.* Forsan legendum, ἤδη κατασκευάσασα. Sylburg.

(59) *Κηλῖδα.* Lycophron vers. 165:

*Παιώλεθρον κηλῖδα θωῦξαι γένει.*
*Perniciosas posteris imprecatus diras.*

(60) *Λάβετε.* Λαβέ Nov. In iis, quæ statim sequuntur, partim ad aquam baptismi, partim ad veteres lustrandi cæremonias alludit.

(61) *Ἄνθρωπος εἶ.* Hæc sic distinguit Nov. Ἄνθρωπος εἶ, τὸ κοινότατον· ἐπιζήτησον τὸν δημιουργήσαντά σε· υἱὸς εἶ, τὸ ἰδιαίτατον· ἀναγνώρισον τὸν πατέρα. *Homo es, si id spectemus, quod tibi cum aliis maxime commune est; eum require, a quo creatus es. Filius es, si spectemus, quod tibi maxime proprium est; patrem agnosce.*

(62) *Παραμένεις.* Sic legendum indicat tum Sylburgius, tum etiam Nov. Prius scriptum erat παραμένῃς, subjunct. modo.

(63) *Προαίρεσιν.* Sic locum hunc distinguit Nov. Prius scriptum fuit, προαίρεσιν ἰσχνικότων ὑμῶν, ἐὰν θελ.

(64) *Ὁ μὲν ἄπυστος.* Conf. *Strom.* II, p. 387.

(65) *Ἄγνοιαν.* Sic legendum pro vulgato ἄνοιαν. Sylburg.

ros enim oportet esse, qui cœlum ascendunt. Homo cum sis, require quod est maxime commune, eum, a quo creatus es. Filius cum sis, agnosce quod est maxime proprium, tuum scilicet patrem. Tu autem voluptatibus addictus, et quasi liliquescens, etiampum in peccatis permanes? Cui dicet Dominus: *Vestrum est regnum cœlorum?* [8] Vestrum est, quibus Deo parere propositum est, si velitis; vestrum, inquam, modo velitis credere, et compendiariam prædicationis viam sequi: cui obtemperantes Ninivitæ, acta sincere pœnitentia exspectatum excidium pulcherrima salute commutaverunt. Qua igitur, inquit, ratione patebit mihi ad cœlum aditus? *Via* est Dominus [9]: *angusta* [10] quidem, sed quæ *e cœlo* [11] venit; augusta quidem, sed quæ ad cœlum remittit; angusta, et qua nihil est in terris contemptius; lata tamen eadem, et in cœlis divino cultu dignata. Interea qui de Verbo nil unquam audivit, is propter ignorantiamerroris veniam consequitur; qui vero auribus accepit et consulto tamen incredulam mentem gerit, quo videbitur esse prudentior, eo magis ipsi sua cognitio nocebit; cum ipsa cum prudentia condemnet, quod optimum ✠ non elegerit. Est enim alioqui a natura homini insitum, ut ei quædam sit cum Deo conjunctio. Ac proinde quemadmodum equum non cogimus arare, neque taurum venari, ad id autem, ad quod natura aptum est, animal unumquodque trahimus: sic sane hominem, qui ad contemplationem cœli natus, et plane cœlestis planta est, id quod in ipso inest præ cæteris animantibus peculiare atque eximium sumentes, ut Deum cognoscat, et viaticum sibi in omnia sæcula suffecturum comparet, hortamur ac suademus. Da, inquam, agriculturæ operam, si agricola es; interim dum agros colis, Deum cognosce. Naviga, qui rei nauticæ deditus es; non ante tamen, quam cœlestem gubernatorem invocaveris. Militantem te deprehendit cognitio? auli imperatorem, qui nil tibi, nisi quod justum est, imperat. Proinde tanquam vino ac sopore gravati, redite tandem ad vosmetipsos: apertisque aliquantulum oculis, dispicite lapides, qui a vobis coluntur, et sumptus, quos in materiam frustra impenditis, quidnam sibi velint. Opes vestras, ac facultates in ignorantiam, quemadmodum ipsam quoque vitam in mortem effunditis, atque in hac sola vanæ vestræ spei linem reperitis. Interim adeo mancipati pravæ consuetudini estis, ut nec vestrum ipsi misereri, neque his, quos misertum est vestri erroris, morem gerere possitis; verum ea suspensi, ad extremum usque spiritum ultro in perniciem vestram ruitis. *Lux enim venit in mundum, sed dilexerunt homines potius tenebras quam lucem* [12]: cum ea, quæ saluti obstant, fastum, et divitias, et timorem, hoc dicto poetico abstergere licuisset:

*Quo jam has ingentes opes fero? quo autem et* [ipse
*Erro?*

φέρων (66) τὴν ἀπείθειαν, ὅσῳ γε φρονιμώτερος εἶναι δόξει, πρὸς κακοῦ ἡ σύνεσις αὐτῷ· ὅτι τῇ φρονήσει κέχρηται κατηγόρῳ, τὸ βέλτιστον οὐχ ἑλόμενος. Πέφυκε γὰρ ἄλλως ὁ ἄνθρωπος (67)· οἰκείως ἔχειν (68) πρὸς Θεόν. Ὥσπερ οὖν τὸν ἵππον ἀροῦν οὐ βιαζόμεθα, οὐδὲ τὸν ταῦρον κυνηγετεῖν, πρὸς ὃ πέφυκε δὲ ἕκαστον τῶν ζώων περιέλκομεν· οὕτως ἀμέλει καὶ τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τὴν οὐρανοῦ γενόμενον θέαν, φυτὸν οὐράνιον (69) ὡς ἀληθῶς, ἐπὶ τὴν γνῶσιν παρακαλοῦμεν τοῦ Θεοῦ, τὸ οἰκεῖον αὐτοῦ καὶ ἐξαίρετον καὶ ἰδιωματικὸν παρὰ τὰ ἄλλα ζῶα κατειλημμένοι, αὐταρκες ἐφόδιον αἰώνων, θεοσέβειαν (70) παρασκευάζεσθαι συμβουλεύοντες. Γεώργει, φαμὲν, εἰ γεωργὸς εἶ· ἀλλὰ γνῶθι τὸν Θεὸν, γεωργῶν· Καὶ πλῆθι (71) ὁ τῆς ναυτιλίας ἐρῶν, ἀλλὰ τὸν οὐράνιον κυβερνήτην παρακαλῶν στρατευόμενόν σε κατείληφεν ἡ γνῶσις; τοῦ δίκαια σημαίνοντος (72) ἄκουε στρατηγοῦ. Καθάπερ οὖν χάρῳ καὶ μέθῃ βεβαρημένοι, ἀνανήψατε, καὶ διαβλέψαντες ὀλίγον, ἐννοήθητε τί θέλουσιν ὑμῖν οἱ προσκυνούμενοι λίθοι, καὶ ἃ περὶ τὴν ὕλην κενοσπούδως δαπανᾶτε. Εἰς ἄγνοιαν καὶ τὰ χρήματα καὶ τὸν βίον, ὡς τὸ ζῆν ὑμῶν εἰς θάνατον καταναλίσκετε, τοῦτο μόνον τῆς ματαίας ὑμῶν ἐλπίδος εὑράμενοι τὸ πέρας· οὐδὲ αὐτοὺς οἵοί τε ὄντες οἰκτεῖραι, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς κατελεοῦσιν ὑμᾶς τῆς πλάνης ἐπιτήδειοι παίθεσθαι γίνεσθε, συνηθείᾳ κακῇ δεδουλωμένοι, ἧς ἀπηρτημένοι, αὐθαίρετοι, μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς, εἰς ἀπώλειαν ὑποφέρεσθε· *Ὅτι τὸ φῶς ἐλήλυθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τὸ σκότος ἢ τὸ φῶς·* ἐᾷν ἀπομάξασθαι τὰ ἐμπόδων τῇ σωτηρίᾳ, καὶ τὸ τύφον, καὶ τὸν πλοῦτον, καὶ τὸν φόβον, ἐπιφθεγγομένους τὸ ποιητικὸν δὴ τοῦτο·

. . . *petite hinc, juvenesque, senesque,*
*Finem animo certum, miserisque viatica canis.*

Πῇ δὴ (73) *χρήματα πολλὰ φέρω τάδε; πῇ δὲ* [καὶ αὐτὸς
*Πλάζομαι;*

✠ P. 80 ED. POTTER, 63 ED. PARIS. [8] Matth. v, 3, 10. [9] Joan. xiv, 6. [10] Matth. vii, 13, 14. [11] Joan. iii, 13, 31. [12] Ibid. 19.

(66) *Φέρων.* Φέρει Nov. Mox, καὶ ὅσῳ γε φρ. Sylb.

(67) *Ὁ ἄνθρ.* Articulum omittit Nov.

(68) *Ἔχειν.* Sic legendum pro vulgato ἔχει. Sylburg. — Quam correctionem firmat Nov.

(69) *Φυτὸν οὐράνιον.* Οὐράνιον φυτόν esse hominem, tradit etiam Plutarchus *Περὶ φυγῆς*, et Plato, in *Timæi* epilogo. H. Sylburg.

(70) *Ἐφόδιον αἰώνων, θεοσέβειαν.* Θεοσέβειαν omittit Nov. Gregorius Thaumat., *Panegyr. in Orig.*, p. 56-57, edit. Paris., dicit, *Legum* disciplinam esse μέγιστον ἐφόδιον, *maximum subsidium*, Oratoriæ. Ἐφόδιον, *viaticum*. Persius, sat. v, v. 64, de sapientia;

(71) *Πλῆθι.* Ἀντὶ τοῦ πλεῦσον, adnotavit aliquis in margine Nov.

(72) *Σημαίροντος.* Non *significantis*, ut exp. Hervet., sed *imperantis*, quo sensu Homerus hac voce sæpe usus est, *Il.* A, v. 296; *Il.* K, v. 58; *Il.* Ξ, v. 85. Quin etiam in eo, quod sequitur, imitari videtur Homeri *Odyss.* Γ, v. 139:

*Οἱ δ' ἦλθον οἴνῳ βεβαρηκότες υἷες Ἀχαιῶν.*
*Illi vero venerunt vino gravati filii Achivorum.*

(73) *Πῇ δή.* Ulyssis verba Ithacam patriam igno-

Εἰ βούλεσθε (74) οὖν τὰς φαντασίας ταύτας τὰς κενὰς ἀπορρίψαντες, τῇ συνηθείᾳ αὐτῇ ἀποτάξασθαι, κενοδοξίᾳ ἐπιλέγετε,

*Ψευδεῖς ὀνειροι, χαίρετ', οὐδὲν ἦτ' ἄρα.*

Τί γὰρ ἡγεῖσθε, ὦ ἄνθρωποι (75), τὸν Τυφῶνα, καὶ τὸν Ἑρμῆν, καὶ τὸν Ἀνδοκίδην, καὶ τὸν Ἀμύητον; ἢ παντὶ τῳ δῆλον, ὅτι λίθους, ὥσπερ καὶ τὸν Ἑρμῆν; Ὡς δὲ οὐκ ἔστι θεὸς ἡ ἅλως, καὶ ὡς οὐκ ἔστι θεὸς ἡ Ἶρις, ἀλλὰ πάθη ἀέρων καὶ νεφῶν· καὶ ὃν τρόπον οὐκ ἔστιν ἡμέρα θεὸς, οὐδὲ μὴν οὐδὲ ἐνιαυτὸς, οὐδὲ χρόνος ὁ ἐκ τούτων συμπληρούμενος· οὕτως οὐδὲ ἥλιος, οὐδὲ σελήνη, οἷς ἕκαστον τῶν προειρημένων διορίζεται. Τίς ἂν οὖν τὴν εὐθύνην, καὶ τὴν κόλασιν, καὶ τὴν δίκην, καὶ τὴν νέμεσιν, εὖ φρονῶν, ὑπολάβοι θεούς; Οὐδὲ γὰρ οὐδ' Ἐρινύες, οὐδὲ Μοῖραι, οὐδὲ Εἱμαρμένη, ἐπεὶ μηδὲ πολιτεία, μηδὲ δόξα, μηδὲ Πλοῦτος, θεοί· ὃν καὶ ζωγράφοι τυφλὸν ἐπιδεικνύουσιν. Εἰ δὲ Αἰδῶ, καὶ Ἔρωτα, καὶ Ἀφροδίτην ἐκθειάζετε, ἀκολουθούντων αὐτοῖς Αἰσχύνη, καὶ Ὁρμὴ, καὶ Κάλλος, καὶ Συνουσία. Οὔκουν ἐξ' ἂν εἰκότως (76) Ὕπνος καὶ Θάνατος, *θεὼ διδυμάονε* παρ' ὑμῖν νομίζοιντο, πάθη ταῦτα περὶ τὰ ζῶα συμβαίνοντα φυσικῶς· οὐδὲ μὴν Κῆρα, οὐδὲ Εἱμαρμένην, οὐδὲ Μοίρας, θεὰς ἐνδίκως ἐρεῖτε. Εἰ δὲ Ἔρις (77) καὶ Μάχη οὐ θεοὶ, οὐδὲ Ἄρης (78), οὐδὲ Ἐνυώ. Ἔτι τε εἰ αἱ ἀστραπαὶ, καὶ οἱ κεραυνοὶ, καὶ οἱ ὄμβροι οὐ θεοὶ, πῶς τὸ Πῦρ καὶ τὸ Ὕδωρ θεοί; πῶς δαὶ καὶ οἱ διαΐσσοντες καὶ οἱ κομῆται, διὰ πάθος ἀέρος γεγενημένοι; ὁ δὲ τὴν Τύχην θεὸν λέγων, καὶ τὴν Πρᾶξιν λεγέτω θεόν. Εἰ δὴ οὖν τούτων οὐδὲ ἓν θεὸς εἶναι νομίζεται, οὐδὲ μὴν ἐκείνων τῶν χειροκμήτων καὶ ἀναισθήτων πλασμάτων· πρόνοια δέ τις περὶ ἡμᾶς καταφαίνεται δυνάμεως θείκης· λείπεται οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦτο ὁμολογεῖν, ὅτι ἄρα ὄντως μόνος ἔστι (79) τε καὶ ὑφέστηκεν ὁ μόνος ὄντως ὑπάρχων Θεός· ἀλλὰ γὰρ μανδραγόραν ἤ τι ἄλλο φάρμακον παπωκόσιν ἀνθρώποις ἐοικασιν ἀνόητοι. Θεὸς δὲ ὑμῖν ἀνανῆψαι δοίη ποτὲ τοῦδε τοῦ ὕπνου καὶ συνιέναι θεόν· μηδὲ χρυσὸν, ἢ λίθον, ἢ ξύλον, ἢ πρᾶξιν, ἢ πάθος, ἢ νόσον, ἢ φόβον ἐνδάλλεσθαι (80) ὡς θεόν. *Τρεῖς* (81) γὰρ *μύριοί εἰσιν*, ὡς ἀληθῶς, ἐπὶ

Proinde si constitutum vobis sit, his inanibus commentis repudiatis, ipsi consuetudini renuntiare, dicite vanæ opinioni:

*Valete, mendacia somnia, nil enim fuistis.*

Cur enim, o homines, existimatis Typhonem esse, ✠ Mercurium, et Andocidam, et Amyetum? annon cuilibet utique manifestum est lapides esse eos, sicut etiam ipsum Mercurium? Ut vero nec halo deus est, nec iris, sed quædam aeris ac nubium affectiones: quemadmodum etiam nec dies est inter deos recensendus, nec mensis, nec annus, nec, quod his completur, tempus: sic neque sol, neque luna, quibus ea, quorum jam facta mentio est, omnia definiuntur. Quisnam itaque sanus judicium, et supplicium, et justitiam, et vindictam, deos esse putaverit? Neque enim Furiæ, neque Parcæ, neque Fatum; quoniam nec respublica, nec gloria, nec Plutus, quem pictores cæcum exhibent, deorum in numero habendi sunt. Sin autem Veretundiam, et Amorem, et Venerem in deos refertis, hos consequantur Infamia, et Libido, et Pulchritudo, et Coitus. Haud igitur jure gemelli a vobis dii posthac habebuntur Somnus et Mors, cum ea sint affectiones, quæ natura animalibus accidunt. Nec par est, ut vel Fortunam, vel Fatum, vel Parcas, deas appelletis. Sin autem Lis et Pugna **29** non sunt dii, nec Mars eo nomine, nec Enyo dignandi fuerint. Quin etiam si fulgura, et fulmina, et imbres, esse deos negatis, cur in eorum numero Ignem et Aquam reponitis? cur item stellas discurrentes, aut cometas, quæ ex affectione quadam aeris nascuntur? Qui vero deam appellat Fortunam, deam quoque appellet Actionem. Quamobrem si neque ex his, neque ex istis simulacris, quæ humanis manibus fabricata, sensusque prorsus expertia sunt, quidquam deus habetur, sed inesse nobis constat quamdam divinæ virtutis præsensionem: nil aliud restat, quam ut hoc fateamur, quod qui solus vere exsistit Deus, vere solus et sit, et

✠ P. 81 ED. POTTER, 64 ED. PARIS.

*rantis*, in qua cum ingenti divitiarum acervo expositus fuerat, *Odyss.* N, v. 203.

(74) *Εἰ β.* Οὐ β. Nov.

(75) *Τί γὰρ ἡγεῖσθε, ὦ ἄνθρ.* Argumentum tale est: An vos hujus aut illius Mercurium, aut ab hoc aut illo consecratum Mercurium putatis? Non sane. Scitis enim esse lapidem, quem videtis. Expergiscimini ergo, et scitote ipsum quoque Mercurium, nihil aliud quam lapidem esse; quem vos, quia sæpe in lapidibus vidistis, persuadetis vobis esse deum. Scribendum arbitror τὸν Τυφῶνος Ἑρμῆν, καὶ τὸν Ἀνδοκίδου, καὶ τὸν Ἀμυήτου. De Andocide Mercurio habes apud Æschinem in Oratione *contra Timarchum*, apud Hesychium et Harpocrationem. Hunc Mercurium, ut ex illis discimus, negabant plerique esse Andocidæ. Ipse quoque, ut notat Harpocration Andocides ἐν τῷ *Περὶ μυστηρίων* confessus erat, ὅτι τῆς Αἰγηΐδος εἴη τὸ ἀνάθημα. Ex hac tribu autem fuit Typho, cujus in *Eliacis* meminit Pausanias: qui et ipse alioquin de suo nomine dedicavit Mercurium, nisi ille fuerit τοῦ Ἀνδοκίδου. Nam Clemens diversos facere videtur. Heinsius. — Porro in Flor. et Sylb. scriptum est τὸν Τυφῶνα Ἑρμῆν, καὶ τὸν Ἀνδοκ. Nescio quomodo factum, ut posteriores edit. exhiberent τὸν Τυφῶνα, καὶ τὸν Ἑρμῆν, καὶ τὸν Ἀνδοκ. Verisimile est vocem ἑρμῆν in margine juxta Τυφῶνα adnotatam, in textum irrepsisse.

(76) Ἔτ' ἂν εἰκ. Ἔστ' ἂν εἰκ. Nov. In sequentibus respicit cujusdam poetæ dictum, qui somnum et mortem appellavit *θεὼ διδυμάονε*. Homerus ὕπνον κασίγνητον θανάτοιο dixit *Il.* Ξ.

(77) *Εἰ δὲ Ἔρις.* Conf. Homeri *Il.* Δ, v. 440, *Il.* Ε, v. 891, et 592.

(78) Ἄρης. Ἔρις. Nov. mendose.

(79) Ὄντως μόνος ἔστι. Μόνος ὄντως ἔστι. Nov.

(80) Ἐνδάλλεσθαι. Ἰδάλλεσθε Nov. Clemens imitari videtur *Il.* Γ,

Ὅστε μοι ἀθανάτοις ἐνδάλλεται εἰσοράασθαι.

In iis quæ mox sequuntur, Hesiodi Ἔργ. α'. v. 250, exprimit:

*Τρὶς γὰρ μύριοί εἰσιν ἐπὶ χθονὶ κουλυβοτείρῃ Ἀθάνατοι Ζηνὸς φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.*

(81) *Τρεῖς.* Rectius adverbialiter τρὶς, *ter*: et seq. v. *δὺ μοῖρες ἀθάνατοι*, ut supra. Sylburg. — Mihi posterior lectio nequaquam esse sollicitanda videtur.

fuerit. Qui vero id non sentiunt, persimiles sunt istis, qui mandragoram, aliudve istiusmodi pharmacum biberunt. Deus autem vobis concedat, ut ex hoc somno tandem experrecti, ipsum percipiatis; nec vobis aurum, nec lapis, nec arbor, nec actio, nec affectio, nec morbus, nec metus, Deo similis videatur. *Nam* haud dubie

*Ter decies mille sunt in terra multos pascente* dæmones, haud quidem *immortales*, sed neque mortales; nec enim sensus, ac proinde mortis participes sunt; sed cum e lapide ac ligno constent, dominorum loco ab hominibus habiti, eorum vitam ope consuetudinis gravissimo dedecore atque injuria ✠ afficiunt. *Domini* autem, inquit, *est terra, et plenitudo ejus* [13]. Cur igitur, cum Dei bonis frueris, eorum Dominum ignorare sustines? Relinque meam terram, inquiet Deus. Ne tu aquam, quæ per me scatet, attingas. Fructus, quos ego colo, ne percipias. Nutritia, o homo, Deo repende. Dominum tuum agnosce. Tu proprium es Dei figmentum. Quod autem est ejus proprium, quo jure fiat alienum? Nam quod abalienatum est, cum privetur proprietate, privatur etiam veritate. Annon enim quodammodo ut Niobe; vel, ut magis mystice vos alloquar, instar Hebrææ cujusdam mulieris, quam veteres Lot uxorem dicebant, sensu penitus estis orbati? Eam enim, quod Sodomorum amore capta esset, in lapidem conversam fuisse accepimus. Sunt porro Sodomitæ, homines athei, et impietati addicti, duri cordis ac stupidi. Deum credas hisce te verbis alloquentem audire: Ne lapides, et ligna, et aves, et serpentes, potius quam homines, sacras esse res existimes: econtra, homines vere sacros, feras autem id, quod sunt, habete. Nam homines quidam miseri ac infelices per corvum, aut graculum clarissimam edere vocem, per hominem vero nil prorsus loqui Deum putant: ac proinde corvum, velut Dei nuntium et interpretem, honore afficiunt; Dei vero hominem persequuntur, eumque, proh nefas! qui licet, nec crocitet, nec clocitet, tamen e ratione loquitur, eosque perhumaniter erudit, et ad colendam justitiam impellit, inhumaniter occidere conantur, nec spe cœlestis gratiæ, nec supplicii metu præpediti. Nec enim Deo fidem adhibent, aut ejus potentiam intelligunt. Cujus porro amor erga homines verbis exprimi non potest: is quanto odio scelera prosequatur, mente concipi nequit. Quemadmodum autem ira

A χθονὶ πουλυβοτείρῃ δαίμονες, οὐκ ἀθάνατοι, οὐδὲ μὴν θνητοί· οὐδὲ γὰρ αἰσθήσεως ἵνα καὶ θανάτου, μετειλήφασιν· λίθινοι δὲ καὶ ξύλινοι, δεσπόται ἀνθρώπων, ὑβρίζοντες καὶ παρασπονδοῦντες τὸν βίον διὰ τῆς συνηθείας. Ἡ γῆ δὲ, *τοῦ Κυρίου*, φησὶ, *καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς*. Εἶτα τί τολμᾷς ἐν τοῖς τοῦ Κυρίου τρυφῶν, ἀγνοεῖν τὸν Δεσπότην; Κατάλειπε τὴν γῆν τὴν ἐμὴν, ἐρεῖ σοι ὁ Κύριος· μὴ θίγῃς τοῦ ὕδατος, ὃ ἐγὼ ἀναδίδωμι· τῶν καρπῶν, ὧν ἐγὼ γεωργῶ, μὴ μεταλάμβανε (82)· ἀπόδος, ἄνθρωπε, τὰ τροφεῖα (83) τῷ Θεῷ· ἐπίγνωθί σου τὸν Δεσπότην· ἴδιον εἶ πλάσμα τοῦ Θεοῦ· τὸ δὲ οἰκεῖον αὐτοῦ, πῶς ἂν ἐνδίκως ἀλλότριον γένοιτο; Τὸ γὰρ ἀπηλλοτριωμένον, στερόμενον τῆς οἰκειότητος, στέρεται τῆς ἀληθείας. Ἢ γὰρ οὐχὶ Νιόβης τρόπον τινὰ, μᾶλλον δὲ, ἵνα μυστικώτερον πρὸς ὑμᾶς ἀποφθέγξωμαι, γυναικὸς τῆς Ἑβραίας δίκην, Λὼτ ἐκάλουν αὐτὴν (84) οἱ παλαιοὶ, εἰς ἀναισθησίαν μετατρέπεσθε; Ἀελιθωμένην ταύτην παρειλήφαμεν τὴν γυναῖκα, διὰ τὸ Σοδόμων ἐρᾶν· Σοδομῖται δὲ οἱ ἄθεοι, καὶ οἱ πρὸς τὴν ἀσέβειαν ἐπιστρεφόμενοι, σκληροκάρδιοί τε καὶ ἠλίθιοι. Ταύτας οἷον θεόθεν ἐπιλέγεσθαί σοι τὰς φωνάς· Μὴ γὰρ οἷον λίθους μὲν εἶναι ἱερὰ, καὶ ξύλα, καὶ ὄρνεα, καὶ ὄφεις, ἀνθρώπους οὐδαμῇ (85)· πολὺ δὲ τοὐναντίον, ἱεροὺς μὲν ὄντως τοὺς ἀνθρώπους ὑπολαμβάνετε, τὰ δὲ θηρία καὶ τοὺς λίθους ὅπερ εἰσὶν. Οἱ γάρ τοι δείλαιοι τῶν ἀνθρώπων καὶ ἄθλιοι, διὰ μὲν κόρακος καὶ κολοιοῦ νομίζουσι τὸν Θεὸν ἐμβοᾷν, διὰ δὲ ἀνθρώπου σιωπᾷν· καὶ τὸν μὲν κόρακα τετιμήκασιν, ὡς ἄγγελον Θεοῦ· τὸν δὲ ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ διώκουσιν, οὐ κρώζοντα, οὐ κλώζοντα, φθεγγόμενον δὲ, οἴμοι! λογικῶς, καὶ φιλανθρώπως κατηχοῦντα, ἀποσφάττειν ἀπανθρώπως ἐπιχειροῦσιν, ἐπὶ τὴν δικαιοσύνην καλοῦντα, οὔτε τὴν χάριν τὴν ἄνωθεν ἀπεκδεχόμενοι, οὔτε τὴν κόλασιν ἐκτρεπόμενοι. Οὐ γὰρ πιστεύουσι τῷ Θεῷ, οὐδὲ ἐκμανθάνουσι τὴν δύναμιν αὐτοῦ· οὗ δὴ ἄῤῥητος ἡ φιλανθρωπία, τούτου ἀχώρητος ἡ μισοπονηρία. Τρέφει δὲ ὁ μὲν θυμὸς τὴν κόλασιν, ἐπὶ ἁμαρτίᾳ· εὖ ποιεῖ δὲ ἐπὶ μετανοίᾳ ἡ φιλανθρωπία. Οἰκτρότατον δὲ τὸ στέρεσθαι τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐπικουρίας. Ὀμμάτων μὲν οὖν ἡ πήρωσις, καὶ τῆς ἀκοῆς ἡ κώφωσις, ἀλγεινοτέρα παρὰ τὰς λοιπὰς τοῦ πονηροῦ πλεονεξίας· ἡ μὲν γὰρ αὐτῶν, ἀφῄρηται τῆς οὐρανίου προσόψεως· ἡ δὲ, τῆς θείας μαθήσεως ἐστέρηται. Ὑμεῖς δὲ, περὶ τὴν ἀλήθειαν ἀνάπηροι, καὶ τυφλοὶ μὲν τὸν νοῦν, κωφοὶ δὲ τὴν σύνεσιν ὄντες, οὐχ ἁλγεῖτε, οὐχ ἀγαναχτεῖτε, οὐ τὸν οὐρανὸν ἰδεῖν, καὶ τὸν τοῦ οὐρανοῦ ποιητὴν

✠ P. 82 ED. POTTER, 65 ED. PARIS. [13] Psal. xxiii, 1, 1 Cor. x, 26.

Dicit auctor, dæmones non esse vere ἀθανάτους, nec tamen ὄντως θνητούς, sed penitus vita carentes.

(82) *Μὴ μετ.* Μὴ δὲ μετ. Nov.

(83) *Τὰ τροφεῖα.* Respicit proverbiale quoddam dictum, Suidas, Κριὸς τροφεῖα ἀπέπτυσε. Παροιμία ἐπὶ τῶν ἀχαρίστων. Καὶ γὰρ τοὺς χριοὺς ἐκτραφέντας φασὶ κυρίττειν τοὺς θρεψαμένους. Ὅ ἐστι πλήττειν. Aries mercedem pro alimentis persolvit. *Proverbium in ingratos. Aiunt enim arietes, postquam enutriti ad adultam ætatem pervenerunt, cornu petere eos, qui ipsos aluerant.*

(84) *Λὼτ ἐκάλουν αὐτήν.* Pro αὐτὴν A legendum censet αὐτῆς τὸν ἄνδρα, ex Genes. cap. xix. Mutatione opus non est, si Λὼτ genitivo seu possessivo casu accipiamus, ut non semel infra. Stieglitz. — Sic *Strom.* II, p. 387: Τὴν Λὼτ γυναῖκα ἐπιστραφεῖσαν μόνον ... κατέλιπεν ἀναίσθητον ὡς λίθον δεῖξας ἁλατίνην. *Uxorem Lot, quod tantum retro se convertisset, reliquit sine sensu, salis petram factam.* Et *Strom.* VII, p. 756. Μὴ ἐπιστρεφέσθω εἰς τὰ ὀπίσω, καθάπερ ἡ Λὼτ γυνή. *Ne ad ea, quæ retro sunt, convertatur, sicut uxor Lot.*

(85) *Οὐδαμῇ.* Δὲ μὴ. Nov.

ἐπεθυμήσατε, οὐδὲ τὸν τῶν πάντων δημιουργὸν καὶ πατέρα ἀκοῦσαι καὶ μαθεῖν ἐξεζητήσατε, τὴν προαίρεσιν τῇ σωτηρίᾳ συνάψαντες· ἐμποδὼν γὰρ ἵσταται οὐδὲν τῷ σπεύδοντι πρὸς γνῶσιν Θεοῦ, οὐκ ἀπαιδία, οὐ πενία, οὐκ ἀδοξία, οὐκ ἀκτημοσύνη· οὐδέ τις τὴν ὄντως ἀληθῆ σοφίαν, *χαλκῷ δηώσας* (86), μεταλλάξαι εὔχεται, *οὐδὲ σιδήρῳ*· εὖ γάρ τοι παντὸς μᾶλλον τοῦτο εἴληται· ὁ Χριστὸς ἐστι πανταχοῦ σωτήριος· ὁ γὰρ τοῦ δικαίου ζηλωτής, ὡς ἂν τοῦ ἀνενδεοῦς ἐραστής, ὀλιγοδεής, οὐκ ἐν ἄλλῳ τινὶ ἢ ἐν αὐτῷ καὶ τῷ Θεῷ τὸ μακάριον *θησαιρίσας*, ἔνθα οὐ *σὶς*, οὐ *λῃστὴς*, οὐ πειρατής, ἀλλ' ὁ τῶν ἀγαθῶν ἀΐδιος ὁστήρ. Ἆρα οὖν εἰκότως ὡμοιωσθε τοῖς ὄφεσιν (87) ἐκείνοις, οἷς τὰ ὦτα πρὸς τοὺς κατεπᾴδοντας ἀποκέκλειται. *Θυμὸς* γὰρ *αὐτοῖς*, φησὶν ἡ Γραφὴ, *κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ ὄφεως, ὡς ἀσπίδος κωφῆς, καὶ βυούσης τὰ ὦτα αὐτῆς, ἥτις οὐκ εἰσακούσεται φωνῆς* (88) *ἐπᾳδόντων*. Ἀλλ' ὑμεῖς γε κατεπάσθητε τὴν ἀγιότητα, καὶ παραδέξασθε τὸν ἥμερον καὶ ὑμέτερον (89) Λόγον, καὶ τὸν *ἰὸν ἀποπτύσατε* τὸν θηλητήριον, ὅπως ὅτι μάλιστα ὑμῖν τὴν φθορὰν, ὡς ἐκείνοις τὸ γῆρας, ἀποβύσασθαι δοθῇ. Ἀκούσατέ μου, καὶ μὴ τὰ ὦτα ἀποβύσατε (90), μηδὲ τὰς ἀκοὰς ἀποφράξητε, ἀλλ' εἰς νοῦν βάλεσθε τὰ λεγόμενα. Καλόν ἐστι τὸ φάρμακον τῆς ἀθανασίας· στήσατέ ποτε τοὺς ὀλκοὺς ἑρπυστικούς (91)· *Οἱ γὰρ ἐχθροὶ Κυρίου χοῦν λείξουσι*, φησὶν, ἡ Γραφὴ λέγει (92). Ἀνανεύσατε τῆς γῆς εἰς αἰθέρα, ἀναβλέψατε εἰς οὐρανὸν, θαυμάσατε, παύσασθε καραδοκοῦντες (93) τῶν δικαίων τὴν πτέρναν, καὶ *τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας* ἐμποδίζοντες· *φρόνιμοι γένεσθε* καὶ ἀθλαβεῖς· (τάχα που ὁ Κύριος ἁπλότητος ὑμῖν δωρήσεται πτερόν (94)· πτεροῦται γὰρ προφήτης γηγενείς·) ἵνα δὴ, τοὺς χηραμοὺς καταλείποντες, οἰκήσητε τοὺς οὐρανούς. Μόνον ἐξ ὅλης καρδίας μετανοήσωμεν, ὡς ὅλῃ καρδίᾳ δυνηθῆναι χωρῆσαι τὸν Θεόν. *Ἐλπίσατε ἐπ' αὐτὸν*, φησὶ, *πᾶσα συναγωγὴ λαοῦ· ἐκχέ-*

A peccantibus alit supplicium, sic pœnitentiam agentes humanitas ornat beneficiis. Dei vero auxilio privari, longe miserrimum est. Hinc ab artibus maligni dæmonis nil tam grave atque acerbum patimur, quam oculorum orbitatem, ac aurium surditatem; quarum nos altera quidem cœlorum contemplationi, altera vero divinarum disciplinarum auditioni penitus ineptos reddit. Proinde vos, qui veritate quasi mutili, mente cæci, surdique intellectu estis, non doletis, nec omnino graviter fertis, nec ullo cœlum aut cœli conditorem videndi desiderio ✠ estis incensi; neque universorum opificem ac patrem audire atque cognoscere studium vobis fuit, animos ad salutem applicantibus. Nam ad cognitionem Dei contendentibus nihil est, quod B moram et impedimentum inferre possit; non sane orbitas liberorum, non paupertas, non obscuritas nominis, non egestas. Neque quispiam veram sapientiam *ære ferrove excisam* optat commutare; hanc enim rebus universis longe præfert. Christus est ubique salutaris. Nam qui, justi æmulus ac imitator est, cum sit ejus amicus, qui nulla re indiget, paucis eget ipse; ut qui non alibi felicitatis suæ *thesaurum reposuerit*, quam in se ipso et Deo, ubi non est *tinea*, nec *fur* [15], nec pirata, sed æternus bonorum largitor. Merito igitur istis serpentibus assimilati estis, qui adversus incantatores aures suas obstruunt. *Animus* enim *eis*, ait Scriptura, *ad similitudinem serpentis; tanquam aspidis surdæ, et aures suas obturantis, quæ non exaudit vocem incantantium* [16]. Quin vos sinite a sanctitate C incantari, miteque nostrum Verbum recipite, et lethale virus exspuite, ut vobis interitum, sicut illis senium, exuere concedatur. Audite me, neque aures obstruite, neque auditum obturate; sed animis vestris, quæ dicentur, imprimite. Immortalitas egregium est medicamentum. Nolite amplius, velut

✠ P. 85 ED. POTTER, 66 ED. PARIS. [15] Matth. VI, 20, 21. [16] Psal. LVII, 5, 6.

(86) Δηώσας. Δηΐωσας Nov. *Χαλκῷ δηΐωσαι* phrasis est Homerica. Conf. *Il.* Θ, v. 554; *Il.* Ξ, v. 517, 518. Mox, εἵρηται pro εἴληται, Flor. Sylb. Scribi possit εἴληπται.

(87) Ὄφεσιν. De aspide aures obturante Psal. LVII, 5; Sirach. XII, 13 et XXVII, 15. Il. Ibidem ιωτα ἀποκέκλειται absque σ. SYLBURG. — Verum id librarii errore contigit. Nam ms. Nov. habet ἀποκέκλεισται.

(88) Φωνῆς. Φωνὴν Bibl. Gr. Paulo ante, ὡσεὶ pro ὡς. Nov. Bibl. Gr.

(89) Ἥμερον καὶ ὑμέτερον. A. τὸν ἡμέτερον καὶ ὑμέτερον, *nostrum et vestrum*; rectius, quanquam etiam legi possit τὸν ἥμερον. Hervetus interpres sane ἥμερον secutus est. SYLBURG. — Vera lectio est, quam exhibet Nov. τὸν ἥμερον καὶ ἡμέτερον· ludit enim in simili vocum sono: et ἥμερον Λόγον opponit τῷ δηλητηρίῳ ἰῷ.

(90) Ἀποβύσατε. A. ἀποβύσητε· sed fortasse potius, retento ἀποβύσατε, mox legendum ἀποφράξατε, idemque per omnia cola erit verborum modus. SYLBURG. — Verum Nov. habet ἀποφύσητε, pro ἀποβύσατε· subjunctivum itaque prætulerim indicativo.

(91) Τοὺς ὀλκοὺς ἑρπ. Τοὺς ὀλκοὺς τοὺς ἑρπ. Nov. recte.

(92) Φησὶν, ἡ Γραφὴ λέγει. Φησὶ pleonasticum hoc loco, ut infra quoque. SYLBURG.

(93) Καραδοκοῦντες. Respicit Genes. XLIX, 17; Ps. LV, 7. Mox recitat Christi dictum, verbis paulum imminutatis, Matth. X, 16: Γίνεσθε οὖν φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί.

(94) Πτερόν. Facta ad columbas allusione, sequitur *alarum* mentio. Præterea vero respicere videtur Clemens Platonis locum, quo refert eos, qui pietatem ac justitiam colunt, *alis* vestitos in cœlum sublimes ferri, *Phædri* pag. 1222: Πέφυκεν ἡ πτεροῦ δύναμις τὸ ἐμβριθὲς ἄγειν, ἄνω μετεωρίζουσα, ᾗ τὸ τῶν θεῶν γένος οἰκεῖ. Κεκοινώνηκε δέ πη μάλιστα τῶν περὶ τὸ σῶμα τοῦ θείου ψυχή· τὸ δὲ θεῖον, καλὸν, σοφὸν, ἀγαθὸν, καὶ πᾶν ὅτι τοιοῦτο. Τούτοις δὲ τρέφεταί τε καὶ αὔξεται μάλιστα τὸ τῆς ψυχῆς πτέρωμα, αἰσχρῷ δὲ καὶ κακῷ καὶ τοῖς ἐναντίοις διόλλυται. *Naturalis alarum vis est, grave in sublime attollere, ubi deorum inhabitat genus. Omnium vero, quæ sunt circa corpus, maxime particeps divini est animus. Divinum autem, pulchrum, sapiens, bonum, et quidquid tale dici potest. His utique alitur maxime, augeturque ipsa alatio animi: turpi autem et malo, contrariisque hujusmodi deficit atque interit.*

serpentes, reptare: nam *inimici Domini pulverem lingent*, ait Scriptura [16]. A terra ad ætherem oculos attollite, suspicite in cœlum, admiremini, desinite insidiari calcaneo justorum, et *viam veritatis* [17] impedire. *Estote prudentes* et innoxii; fortasse Dominus utique vobis dabit pennam simplicitatis (is enim terrigenas pennis instruere constituit), ut ex his latibulis evadentes, cœlos habitetis. Nos tantummodo toto corde pœnitentiam agamus, ut totum nostrum cor Dominum recipere valeat. *Sperate in ipsum*, inquit, *tota populi congregatio; effundite coram ipso omnia corda vestra* [18], ad recentes ab impietate ait; miseretur, et implet justitia. Crede, ✠ homo, homini et Deo. Crede, homo, *Deo viventi*, qui passus est, et adoratur. Credite, servi, mortuo. Credite ei, universi homines, qui solus est Deus ex universis hominibus. Credite, et mercedem accipite salutem. *Quærite Deum, et vivet anima vestra* [19]. Qui Deum quærit, de propria salute sollicitus est. Invenisti Deum? habes vitam. Quæramus igitur, ut viramus. Inventionis merces est vita apud Deum. *Exultent et lætentur in te omnes, qui te quærunt; et dicant perpetuo, Magnificetur Deus* [20]. Optimus Dei hymnus est immortalis homo, qui justitia instructus est, et in animo suo oracula veritatis habet insculpta. Ubi enim, præterquam in sapiente anima, inscribenda est justitia? ubi charitas? ubi pudor? ubi mansuetudo? Quorum autem animæ his divinis characteribus signatæ fuerint, eos, ut ego quidem existimo, oportet putare se nactos esse optimos sapientiæ carceres, unde in quosvis vitæ casus emittantur; eamdemque tutissimum salutis portum existimare; per quam quidem liberis contingunt boni patres, qui ad Patrem confugerunt; patribus autem boni filii, qui Filium cognoverunt; uxoribus etiam boni mariti, qui Sponsi meminerunt; servis denique, boni domini, qui sunt ab extrema servitute liberati. O bestias hominibus, qui hoc errore ducuntur, beatiores! **30** Quæ quidem perinde ac vos in ignoratione versantur: nequaquam autem mentiuntur veritatem.

ετε (95) *ἐνώπιον αὐτοῦ πάσας τὰς καρδίας ὑμῶν*, πρὸς τοὺς καινοὺς τῆς πονηρίας (96), λέγει, ἐλεεῖ, καὶ δικαιοσύνης πληροῖ. Πίστευσον (97), ἀνθρώπῳ καὶ Θεῷ· πίστευσον, ἄνθρωπε, τῷ *παθόντι*, καὶ προσκυνουμένῳ Θεῷ ζῶντι. Πιστεύσατε, οἱ δοῦλοι, τῷ νεκρῷ· πάντες ἄνθρωποι, πιστεύσατε μόνῳ τῷ πάντων ἀνθρώπων Θεῷ. Πιστεύσατε, καὶ μισθὸν λάβετε σωτηρίαν· *ἐκζητήσατε τὸν Θεὸν, καὶ ζήσεται ἡ ψυχὴ ὑμῶν*. Ὁ ἐκζητῶν τὸν Θεὸν τὴν ἰδίαν πολυπραγμονεῖ σωτηρίαν. Εὕρες τὸν Θεόν; ἔχεις τὴν ζωήν. Ζητήσωμεν οὖν, ἵνα καὶ ζήσωμεν. Ὁ μισθὸς τῆς εὑρέσεως ζωὴ παρὰ Θεῷ. *Ἀγαλλιάσθωσαν καὶ εὐφραν θήτωσαν ἐπὶ σοὶ πάντες οἱ ζητοῦντές σε*· καὶ λεγέτωσαν *διὰ παντὸς* (98), *Μεγαλυνθήτω ὁ Θεός*. Καλὸς ὕμνος (99) τοῦ Θεοῦ, ἀθάνατος ἄνθρωπος, δικαιοσύνῃ οἰκοδομούμενος, ἐν ᾧ τὰ λόγια τῆς ἀληθείας ἐγκεχάραχται. Ποῦ γὰρ ἀλλαχόθι ἢ ἐν σώφρονι ψυχῇ δικαιοσύνην ἐγγραπτέον; ποῦ ἀγάπην; αἰδῶ δὲ ποῦ; πραότητα δὲ ποῦ; Ταύτας, οἶμαι, τὰς θείας γραφὰς ἐναποσφραγισαμένους χρὴ τῇ ψυχῇ, καλὸν ἀφετήριον σοφίας (1) ἡγεῖσθαι τοῖς ἐφ' ὁτιοῦν τοῦ βίου τραφεῖσι (2) μέρος, ὅρμον τε τὸν αὐτὸν ἀκύμονα σωτηρίας σοφίαν νομίζειν· δι' ἣν ἀγαθοὶ μὲν πατέρες τέκνων οἱ τῷ Πατρὶ προσδεδραμηκότες, ἀγαθοὶ δὲ γονεῖς υἱέσιν (3) οἱ τὸν Υἱὸν γνωρικότες· ἀγαθοὶ δὲ ἄνδρες γυναικῶν οἱ μεμνημένοι τοῦ Νυμφίου· ἀγαθοὶ δὲ οἰκετῶν δεσπόται οἱ τῆς ἐσχάτης δουλείας λελυτρωμένοι. Ὦ μακαριώτερα τῆς ἐν ἀνθρώποις πλάνης τὰ θηρία! ἃ ἐπινέμεται τὴν ἄγνοιαν, ὡς ὑμεῖς, οὐχ ὑποκρίνεται δὲ τὴν ἀλήθειαν. Οὐκ ἔστι παρ' αὐτοῖς κολάκων γένη· οὐ δεισιδαιμονοῦσιν ἰχθύες· οὐκ εἰδωλολατρεῖ τὰ ὄρνεα ἕνα. Μόνον ἐκπλήττεται τὸν οὐρανὸν, ἐπεὶ Θεὸν νοῆσαι μὴ δύναται, ἀπηξιωμένα τοῦ λόγου. Εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε, καὶ τῶν ἀλόγων σφᾶς αὐτοὺς ἀλογωτέρους πεποιηκότες, οἳ διὰ τοσούτων ἡλικιῶν ἐν ἀθεότητι κατατέτριφθε; Παῖδες γεγόνατε, εἶτα μειράκια, εἶτα ἔφηβοι, εἶτα ἄνδρες· χρηστοὶ δὲ οὐδέποτε. Κἂν τὸ γῆρας (4) αἰδέσθητε, ἐπὶ δυσμαῖς τοῦ βίου γενόμενοι· σωφρονήσατε κἂν ἐπὶ τέλει τοῦ βίου· τὸν Θεὸν ἐπίγνωτε· ὡς δὴ τὸ τέλος ὑμῖν τοῦ

✠ P. 84 ED. POTTER, 67 ED. PARIS. [16] Psal. lxxi, 9. [17] II Petr. ii, 2. [18] Psal. lxi, 9. [19] Psal. lxix, 33. [20] Psal. lxix, 5.

(95) *Ἔχέετε*. *Ἔχέατε* Bibl. Græc. Mox, *πάσας* deest, ibid.

(96) *Πρὸς τοὺς καινοὺς τῆς κτλ.* Πρὸς τοὺς καιροὺς τῆς πονηρίας, *temporibus iniquis*, Sylb., Flor., Heins. Recentiores editt. alteram lectionem exhibent, Herveti conjecturam secuti, quam firmat Nov. Posset etiam sic distingui: Πρὸς τοὺς καινοὺς τῆς πονηρίας, λέγει, ἐλεεῖ. *Ad novos*, hoc est a peccatis ad pietatem nuper conversos, *dicit, improbitatis miseretur.*

(97) *Πίστευσον*. Observavit Cl. Bullus, Clementem hoc loco « Christum non modo hominem, sed et Deum, Deum illum viventem, qui adoratur (quæ manifesta est veri Dei periphrasis), denique, unicum hominum omnium Deum pronuntiare. » *Defens. Fid. Nicæn.*, sect. 2, cap. 6.

(98) *Διὰ παντός*. *Διαπαντός* Bibl. Græc.

(99) *Καλὸς ὕμνος*. Simili allusione Christum superius vocavit καινὸν ᾆσμα, p. 6.

(1) *Σοφίας*. Σοφίαν Nov. Quam lectionem receptæ prætulerim, quia respondet posteriori hujus sententiæ membro. Vult enim Clemens, veram sapientiam esse utriusque, ἀφετηρίου et ὅρμου, loco habendam; quod ab ea scilicet incipiendum, et in ea desinendum sit.

(2) *Τραφεῖσι*. Scribe τραπεῖσι, a τρέπω. Quemadmodum superius ἐπιτέτραπται pro ἐπιτέθραπται. Sunt enim casus verborum τρέπω et τρέφω valde εὐμετάβολοι. Conf. sup. not. 57.

(3) *Γονεῖς υἱέσιν*. Harum sententiarum ἀντιστοιχία requirit, ut scribamus υἱοί, vel υἱεῖς, γονεῦσιν.

(4) *Κἂν τὸ γ.* Hæc malim sic distinguere cum Nov.: Κἂν τὸ γῆρας αἰδέσθητε, ἐπὶ δυσμαῖς τοῦ βίου γενόμενοι, σωφρονήσατε· κἂν ἐπὶ τέλει τοῦ βίου, τὸν Θεὸν ἐπίγνωτε, ὡς, κ. τ. λ. *Saltem senectutem revereminī: jam ad occasum vitæ provecti, resipiscite; saltem in fine vitæ Deum agnoscite, ut vitæ finis fiat vobis salutis principium.*

βίου ἀρχὴν ἀναλάβοι σωτηρίας. Ἐγγράσατε πρὸς δεισιδαιμονίαν· νέοι ἀφίκεσθε πρὸς θεοσέβειαν· παῖδας ἀκάκους ἐγκρινεῖ ὁ Θεός. Ὁ μὲν οὖν Ἀθηναῖος τοῖς Σόλωνος ἑπέσθω νόμοις· καὶ ὁ Ἀργεῖος τοῖς Φορωνέως· καὶ ὁ Σπαρτιάτης τοῖς Λυκούργου· εἰ δὲ σεαυτὸν ἀναγράφεις τοῦ Θεοῦ, οὐρανός μέν σοι ἡ πατρίς, ὁ δὲ Θεὸς νομοθέτης. Τίνες δὲ καὶ οἱ νόμοι; *Οὐ φονεύσεις· οὐ μοιχεύσεις· οὐ παιδοφθορήσεις* (5)· *οὐ κλέψεις· οὐ ψευδομαρτυρήσεις· ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου.* Εἰσὶ δὲ καὶ τούτων τὰ παραπληρώματα, λόγιοι νόμοι, καὶ ἅγιοι λόγοι, ἐν αὐταῖς ἐγγραφόμενοι ταῖς *καρδίαις· Ἀγαπήσεις* (6) *τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν* (7)· καὶ, *Τῷ τύπτοντί σε εἰς τὴν σιαγόνα, πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην*· καὶ, *Οὐκ ἐπιθυμήσεις· ἐπιθυμία γὰρ μόνη μεμοίχευκας.* Πόσῳ γοῦν ἄμεινον τοῖς ἀνθρώποις τοῦ τυγχάνειν τῶν ἐπιθυμιῶν τὸ τὴν (8) ἀρχὴν μηδὲ ἐπιθυμεῖν ἐθέλειν ὧν μὴ δεῖ; Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν τὸ αὐστηρὸν τῆς σωτηρίας ὑπομένειν οὐ καρτερεῖτε· καθάπερ δὲ τῶν σιτίων τοῖς γλυκέσιν ἡδόμεθα διὰ τὴν λειότητα τῆς ἡδονῆς προτιμῶντες· ἴᾶται δὲ ἡμᾶς καὶ ὑγιάζει τὰ πικρὰ τραχύνοντα τὴν αἴσθησιν, ἀλλὰ τοὺς ἀσθενεῖς τὸν στόμαχον ῥώννυσιν ἡ τῶν φαρμάκων αὐστηρία· οὕτως ἥδει μὲν καὶ γαργαλίζει ἡ συνήθεια· ἀλλ' ἡ μὲν εἰς τὸ βάραθρον ὠθεῖ, ἡ συνήθεια· ἡ δὲ εἰς οὐρανὸν ἀνάγει, ἡ ἀλήθεια. Τραχεῖα (9) μὲν τὸ πρῶτον, ἀλλ' *ἀγαθὴ κουροτρόφος*· καὶ σιμνὴ μὲν ἡ γυναικωνῖτις (10) αὕτη, σώφρων δὲ ἡ γερουσία· οὐδέ ἐστι (11) δυσπρόσιτος, οὐδὲ ἀδύνατος λαβεῖν, ἀλλ' ἔστιν *ἐγγυτάτω*, ἐν οἴκοις ἡμῶν· ἣ φησιν αἰνιττόμενος ὁ πάνσοφος Μωϋσῆς· τρισὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς (12) ἐνδιατωμένη μέρεσι, *χερσὶ, καὶ στόματι, καὶ καρδίᾳ*· σύμβολον τοῦτο γνήσιον τρισὶ τοῖς πᾶσι συμπληρουμένης τῆς ἀληθείας, βουλῇ, καὶ πράξει, καὶ λόγῳ. Μηδὲ γὰρ τόδε δείμαινε, μή σε τὰ πολλὰ καὶ ἐπιτερπῆ φανταζόμενον ἀφέληται σοφίας· αὐτὸς ἐκὼν ὑπερβήσῃ τὸν λῆρον τῆς συνηθείας, καθάπερ καὶ οἱ παῖδες τὰ ἀθύρματα, ἄνδρες γενόμενοι, ἀπέῤῥιψαν. Τάχει μὲν δὴ ἀνυπερβλήτῳ εὐνοίᾳ τε εὐπροσίτῳ ἡ

A Inter eas nulla est adulatorum gens; pisces dæmonas non colunt; aves non venerantur simulacra; unum solummodo cœlum admirantur, cum Deum percipere per defectum rationis omnino nequeant. Vos igitur tandem non erubescitis, quod vosmetipsos feceritis animalibus ratione carentibus magis irrationabiles, qui tot ætates in impietate contrivistis? Fuistis enim pueri, deinde adolescentes, deinde juvenes, deinde viri; boni autem hactenus neutiquam. Senectutem saltem, cum jam ad occasum vitæ provecti estis, reveremini. Saltem in hoc extremo vitæ fine resipiscite, Deumque agnoscite; ut vobis vitæ finis initium salutis recuperet. Consenuistis in cultu dæmonum, venite juvenes ad cultum Dei; in numerum innocentium pue-
B rorum vos refert Deus. Atheniensis igitur Solonis, Argivus Phoronei, et Spartanus Lycurgi leges sequatur; sin te Deo ascribis, cœlum ✠ quidem tibi patria est, Deus autem legislator. Jam vero quæ sunt leges? *Non occides. Non mœchaberis. Puero stuprum non inferes. Non furaberis. Non dices falsum testimonium* [a]. *Diliges Dominum Deum tuum* [b]. Has porro explent atque perficiunt leges illæ rationi consentaneæ, et sancta verba, quæ in ipsis hominum cordibus inscripta sunt: *Diliges proximum tuum, sicut teipsum* [c]. Et, *Qui tibi verberaverit maxillam, præbe et alteram* [d]. Et, *Non concupisces; nam, licet nil ultra, quam concupiveris, mœchatus es* [e]. Quanto igitur melius hominibus est,
C ab initio quæ non oportet nolle concupiscere, quam assequi quæ concupiverint? Cæterum vos salutis austeritatem ferre non sustinetis; sed quemadmodum dulcioribus quidem cibis delectamur, eosque propter insitæ voluptatis illecebras pluris facimus; curant vero nos, et in bonam valetudinem restituunt amari, qui sensum stringunt et exasperant, quin etiam imbecillo stomacho laborantes corroborat atque confirmat medicamentorum austeritas, sic delectat ac titillat consuetudo; atqui ea in ba-

✠ P. 85 ED. POTTER, 68 ED. PARIS. [a] Exod. xx, 13, 14, 15, 16. [b] Deut. vi, 5; Matth. xxii, 37, etc. [c] Ibid, 39. [d] Luc. vi, 29. [e] Matth. v, 28.

(5) *Οὐ παιδοφθορήσεις.* Hoc præceptum, licet id nec Exodus, nec Deuteron. agnoscant, cum *οὐ μοιχεύσεις*, etc., rursus junxit Clemens *Pædag.* lib. II, cap. 10, pag. 191; lib. III, cap. 12, pag. 260; *Strom.* III, pag. 440. Idem præterea factum ab auctore *Constitut. apost.* lib. VII, c. 2, et ante eos a Barnaba, epist. c. 19. Scelus id vetat Moyses Levit. XVIII, 22.

(6) *Ἀγαπήσεις.* Hæc Clemens partim e Matthæo, partim e Luca consarcinavit; e memoria scilicet, pro more suo, Christi dicta recitans.

(7) *Ὡς ἑαυτόν.* A. mavult *ὡς σεαυτόν*, secundum legitimam sermonis regulam, ut infra. Sylburg. — *Σεαυτόν* habet N. Test. textus.

(8) *Τὸ τήν.* Hæc verba omittit Nov.

(9) *Τραχεῖα.* Respicit *Odyss.* I, v. 27, quo Ulysses de Ithaca dicit:

*Τρηχεῖ', ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος....*
*Aspera, sed bona juventum altrix.*

[a] Matth. xi, 28, 29, 30. ✠ P. 91 ED. POTTER, 76 ED. PARIS.

(77) *Ὑποδάδωμεν*. H. ὑποβάλωμεν, *subjiciamus*. Sylburg. — Quam emendationem firmat Nov.

(78) *Τὸν Χριστόν. Ἀγ.* H. ita distinguit, τὸν Χριστὸν ἀγαπήσωμεν· τὸν πῶλον ὑποζύγιον ἦγαγε. Allusio autem ad Matth. xxi, 5. Sylburg. — Quem sensum in Latina versione secuti sumus. Lowthius ait : Locus ita forsan corrigendus : Τὸν Χριστὸν ἀγαπήσωμεν (τὸν πῶλον, quod sequitur, inducendo) ὑποζύγιον ἦγαγε σὺν τῷ πώλῳ. Nisi quis legere malit, ἀγαπήσωμεν τὸν πωλοδάμντην, quo titulo Christum compellat lib. I *Pædag.*, cap. 5, p. 87.

(79) *Καταζεύξας εἰς τὸν Θεὸν, πρὸς ἀθ. κ.* Scribi posset καταζεύξας, εἰς ἀθανασίαν κατιθύνει τὸ ἅρμα, omissis intermedius vocibus τὸν Θεὸν *πρός*, quæ non sunt necessariæ. Et quidem in Nov. hoc loco omissæ, mox reperiuntur, σπεύδων πρὸς τὸν Θεὸν πληρῶσαι.

(80) *Ἐπέλθῃ*. Ἐπέλθοι Nov.

(81) *Τιθέμεθα*. Αἱρώμεθα Nov.

(82) *Φιλοσόφων π.* Stoicos intelligit. Illi enim statuebant, referente Stobæo in *Eclogis ethic.*, c. 4, p. 170 : ἱερέα μόνον εἶναι τὸν σοφόν, *solum sapientem esse sacerdotem* ; illum solum esse εὐσεβῆ, καὶ ἔμπειρον τῆς θεῶν θεραπείας, *pium, et divini cultus scientia præditum*. E contra dicebant πάντας τοὺς ἄφρονας εἶναι ἀσεβεῖς, *omnes insipientes esse impios* ; eosdemque vocabant φαύλους, ἀνοσίους, ἀκαθάρτους, μιαρούς· *pravos, profanos, impuros, sceleratos*. Denique πάντ' εἶναι τὸν ἄφρονα θεοῖς ἐχθρόν· *omnem stultum esse diis inimicum*, affirmabant, ut ibidem refertur pag. 181.

(83) *Ἄγνοιαν μανίας εἶδος*. Stoici, referente Stobæo pag. 170, dicebant malum omnem insanire, ἄγνοιαν ἔχοντα αὐτοῦ, καὶ τῶν καθ' αὐτὸν, ὅπερ ἐστὶ μανία· *ignorantia* nempe *sui, eorumque quæ ad se pertinent, laborantem, quæ insania est*. Diogenes Laertius lib. II, seg. 224, memorat Zenonem, Stoicæ sectæ patrem, tradidisse πάντας ἄφρονας μαίνεσθαι, *stultos omnes insanire*. Quod Cicero disputavit in *Paradox.* 3, cui titulus est, Ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται.

(84) *Οὐ δὴ οὖν ἀμ.* A. mavult δεῖ οὖν. Sed et δὴ οὖν retineri potest, subaudito impersonali δεῖ, χρή, aut simili : ut alibi sæpe præsertim apud poetas. Stoica porro hæc paradoxa tractata etiam a Cicerone. Sylburg. — Porro χρὴ statim sequitur.

(85) *Θεοφιλὴς δὲ ὁ ἄνθρωπος τῷ Θεῷ· καὶ γὰρ οὖν φ.* Scribe, θεοφιλὴς δὲ ὁ ἄνθρωπος, καὶ φίλος τῷ Θεῷ. Hoc est, ἥγουν φίλος τῷ Θεῷ. Et est interpretatio alterius, quod est ambiguum Siquidem θεοφιλὴς ὁ φιλῶν τὸν Θεὸν, ὃ τε ὑπὸ τοῦ Θεοῦ φιλούμενος. Heinsius. — Verum sola interpunctione mutata, qua et alibi sensus auctoris passim depravatus est, sic scribendum : θεοφιλὴς δὲ ὁ ἄνθρωπος· τῷ Θεῷ καὶ γὰρ οὖν (vel καὶ γὰρ οὖν τῷ Θεῷ) φίλος, μετιτεύοντος τοῦ Λόγου, γίνεται δὴ οὖν, etc. Quem sensum Latine expressimus. Porro hanc sententiam Clemens e Philone Judæo sumpsit, qui lib. I *De vita Moysis*, pag. 626, hæc dicit :

*Nam si, juxta proverbium,* « *Amicorum omnia sunt communia,* » *propheta autem Dei amicus dicitur : inde consequitur, ut divinæ possessionis usum habeat.*

πάντα τοῦ ἀνθρώπου, ὅτι τὰ πάντα τοῦ Θεοῦ· καὶ κοινὰ ἀμφοῖν τοῖν φίλοιν τὰ πάντα, τοῦ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου. Ὥρα οὖν ἡμῖν μόνον τὸν θεοσεβῆ Χριστιανὸν εἰπεῖν πλούσιόν τε (86), καὶ σώφρονα, καὶ εὐγενῆ· καὶ ταύτῃ εἰκόνα τοῦ Θεοῦ μεθ' ὁμοιώσεως (87) καὶ λέγειν καὶ πιστεύειν, δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενόμενον ὑπὸ Χριστοῦ Ἰησοῦ, καὶ εἰς τοσοῦτον ὅμοιον ἤδη καὶ Θεῷ. Οὐκ ἀποκρύπτεται γοῦν ὁ προφήτης τὴν χάριν, λέγων· Ἐγὼ εἶπον, ὅτι *θεοί* (88) *ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες.* Ἡμᾶς γὰρ, ἡμᾶς εἰσποιεῖται, καὶ ἡμῶν ἐθέλει μόνων κεκλῆσθαι πατὴρ, οὐ τῶν ἀπειθούντων. Καὶ γὰρ οὖν ὧδέ πως ἔχει τὰ ἡμέτερα τῶν Χριστοῦ ὀπαδῶν· *Οἷαι μὲν αἱ* (89) *βουλαὶ, τοῖοι καὶ οἱ λόγοι· ἑποῖοι δὲ οἱ λόγοι, τοιαίδε καὶ αἱ πράξεις· καὶ ἑποῖα τὰ ἔργα, τοιοῦτος ὁ βίος·* χρηστὸς ὁ σύμπας (90) ἀνθρώπων βίος τῶν Χριστὸν ἐγνωκότων. Ἄλις, οἶμαι, τῶν λόγων, εἰ καὶ μακροτέρῳ προῆλθον ὑπὸ φιλανθρωπίας, ὅτι περ εἶχον ἐκ Θεοῦ ἐκχέων, ὡς ἂν ἐπὶ τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν, τὴν σωτηρίαν, παρακαλῶν· περὶ γάρ τοι τῆς παύλης (91) οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἐχούσης ζωῆς (92), οὐκ ἐθέλουσιν οὐδ' οἱ λόγοι παύσασθαί ποτε ἱεροφαντοῦντες. Ὑμῖν δὲ ἔτι τοῦτο περιλείπεται πέρας, τὸ λυσιτελοῦν ἑλέσθαι, ἢ κρίσιν, ἢ χάριν. Ὡς ἔγωγε οὐδ' ἀμφιβάλλειν ἀξιῶ, πότερον ἄμεινον αὐτοῖν· οὐδὲ μὴν συγκρίνεσθαι θέμις ζωὴν ἀπωλείᾳ.

tes nos possessionum Dei omnium esse pulcherrimam, nosmetipsos in illius tutelam committamus, diligentes Dominum Deum, et id nobis negotii per totum vitæ spatium incumbere putantes. Quod si communia sunt amicorum omnia, et homo Dei amicus est (Verbi quippe interventu is Dei factus est amicus), igitur homini jus in omnia competit, quod ad Deum omnia jure pertineant : et sunt omnia utriusque amici, Dei et hominis, communia. Restat igitur, ut solum pium Christianum appellemus divitem, et sobrium, et generosum ; et ideo imaginem Dei, effictam ad ipsius similitudinem, dicamus ipsum ac credamus : ut qui justus sanctusque et prudens a Christo sit factus, et proinde Deo similis. Hanc itaque gratiam his verbis expressit propheta, ubi dicit : *Ego dixi, quod dii estis, et filii Altissimi, omnes* [49]. Nos enim, nos adoptavit filios : et noster solummodo pater haberi ✠ vult, non autem eorum, qui ei non obtemperant. Res ergo nostræ, qui Christi nos asseclas profitemur, ita se quodammodo habent : *Qualia consilia, tales sermones nostri sunt ; quales autem sermones, tales etiam actiones ; et qualia opera, talis demum vita :* bona est universa hominum vita, qui Christum cognoverunt. Satis jam, opinor, verborum est; quin imo id quod mihi a Deo concessum est, effundens, amore hominum longius processi, eo quod ad salutem, bonorum omnium extremum, hortarer. Sermones enim, quibus vita nullum finem habitura declaratur, ægre tandem finiri solent. Hoc demum vobis reliquum est, ut quod utilius fuerit, sive judicium, sive gratiam, eligatis. Nam mihi ne dubitandum quidem videtur, utrum eorum sit melius; sed neque fas est, vitam cum exitio comparare.

---

*ΣΥΓΚΕΚΡΟΤΗΤΑΙ* (93) *ΚΡΗΠΙΣ ΑΛΗΘΕΙΑΣ, Ω ΠΑΙΔΕΣ ΥΜΕΙΣ, ΥΜΙΝ* (94) *ΑΥΤΟΙΣ, ΑΓΙΟΥ ΝΕΩ ΜΕΓΑΛΟΥ ΘΕΟΥ ΘΕΜΕΛΙΟΣ ΓΝΩΣΕΩΣ ΑΡΡΑΓΗΣ, ΠΡΟΤΡΟΠΗ ΚΑΛΗ, ΔΙ ΥΠΑΚΟΗΣ ΕΥΛΟΓΟΥ ΖΩΗΣ ΑΙΔΙΟΣ ΟΡΕΞΙΣ* (95) *ΝΟΕΡΩ ΚΑΤΑΒΑΙΗΘΕΙΣΑ ΧΩΡΙΩ.*

CONSTRUCTA EST VOBIS, O PUERI, VERITATIS BASIS, SACRI TEMPLI MAGNI DEI FIRMUM COGNITIONIS FUNDAMENTUM, PRÆCLARA COHORTATIO, VITÆ PER OBEDIENTIAM RATIONABILEM ÆTERNA APPETITIO INTELLIGENTI SOLO JACTA.

[49] Psal. LXXXI, 6. ✠ P. 95, 96 ED POTTER. 77, 78 ED. PARIS.

Ante Philonem Diogenes Cynicus eodem modo ratiocinatus est, referente Laertio lib. VI, seg. 37 : *Ratiocinabatur autem hunc in modum : Omnia deorum sunt ; diis autem amici sapientes sunt ; sunt autem amicorum omnia communia ; omnia igitur sapientum sunt.* Idem hæc inferius repetit ejusdem libri seg. 72. Similia dicit Clemens *Strom.* II, p 367 et 403.

(86) *Πλούσιόν τε, καὶ σ.* Hæc epitheta Stoici suo sapienti eique soli tribuerunt ; quod apud Stobæum et Laertium locis superius laudatis videre licet. Conf. *Strom.* II, p. 367, et quæ ibi adnotata sunt.

(87) *Εἰκόνα τοῦ θεοῦ μεθ' ὁμοιώσεως.* Cum Moyses dixerit in Gen. I, Deum hominem creasse κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν, *secundum imaginem et similitudinem suam*, Clemens hæc duo sic distinguit, ut Dei *similitudo* sit ejus *imagine* perfectior ; et hæc quidem omni homini conveniat, illa solum ei, qui secundum Dei leges vitam instituit, nec in hac vita plena perfectaque unquam sit. Conf. *Pædag.* lib. I principio c. 12, et quæ ibi adnotata sunt.

(88) Ἐγὼ εἶπον, ὅτι θεοί. Ἐγὼ εἶπα, θεοί Bibl. Græc. Clemens infra *Pædag.*, lib. I, cap. 6, p. 93; *Str.* II, p. 414; *Str.* IV, p. 534.

(89) *Οἷαι μὲν αἱ.* Hæc poetica sunt, et facile in iambicos versus transeunt :

*Οἷαι μὲν αἱ βουλαὶ, τοιαίδε γ' οἱ λόγοι·*
*Ὁποῖοι δ' οἱ λόγοι, τοιαίδε γ' αἱ πράξεις·*
*Ὁποῖα δ' ἔργα, τοιοῦτος ἐστ' ὁ βίος.*

*Οἷος ὁ λόγος, τοῖος ὁ βίος· Qualis sermo, talis vita*, bis inferius dixit Clemens, *Strom.* III, p. 441, et *Str.* VII, p. 760. Philo Judæus hos etiam versus in prosam vertit, lib. *De præmiis et pœnis* p. 922 : *Nam si qualia sunt consilia, tales sint sermones ; et qualia dicta, talia facta : omniaque hæc inter se respondeant, conjuncta insolubili harmoniæ vinculo*, etc.

(90) *Χρηστὲς ὁ σ.* Ludit in vocibus χρηστός et Χριστός, ut superius pag. 72, ubi conf. not.

(91) *Παύλης.* Rectius H. παῦλαν. SYLBURG.

(92) Ἔχούσης ζωῆς. Ἐχούσης τῆς ζωῆς Nov.

(93) *Συγκεκρότηται.* Hanc periochen nonnulli *Protreptico*, alii *Pædagogo* adnectunt. Videtur autem de *Protreptico* dicta, viam quasi parare ad *Pædagogum*. Porro κεκρότηται pro συγκεκρότηται habet ms. codex in Bibliotheca Regia, et alius in Bodleiana asservatus. Hæc vero sententia, cum primo libro *Pædagogi*, excidit e Nov.

(94) Ὑμῖν. Ἡμῖν Reg. Bodl.

(95) Ἀΐδιος ὄρεξις. *Æterna appetitio*, id est permanens, quæ usque ad finem vitæ non interit. Sic superius dixit philosophiam ingenerare σοφίας ἀΐδιον ἔρωτα, *sapientiæ æternum amorem*. Et *Pædag.* lib. I, cap. 7, p. 108, παιδαγωγίαν ait esse πράξεων ἁγίων ὑποτύπωσιν ἐν αἰωνίῳ διαμονῇ, *descriptionem sanctarum actionum in æterna perseverantia.*

# ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ
# ΤΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ
# ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ

—

# CLEMENTIS ALEXANDRINI
# PÆDAGOGUS

—

## CAPITULA LIBRI PRIMI

—

| | | |
|---|---|---|
| α'. Τί ἐπαγγέλλεται ὁ Παιδαγωγός. | A | 1. *Quid profiteatur Pædagogus.* |
| β'. Ὅτι διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ὁ Παιδαγωγὸς ἐπιστατεῖ. | | 2. *Quod propter peccata nostra nos moderetur Pædagogus.* |
| γ'. Ὅτι φιλάνθρωπος ὁ Παιδαγωγός. | | 3. *Quod sit benignus et hominum amans Pædagogus.* |
| δ'. Ὅτι ἐπίσης ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ὁ Λόγος Παιδαγωγός ἐστι. | | 4. *Quod Verbum ex æquo virorum et mulierum Pædagogus sit.* |
| ε'. Ὅτι πάντες οἱ περὶ τὴν ἀλήθειαν καταγινόμενοι παῖδες παρὰ τῷ Θεῷ. | | 5. *Quod omnes qui circa veritatem versantur, sint apud Deum pueri.* |
| ς'. Πρὸς τοὺς ὑπολαμβάνοντας τὴν τῶν παιδίων καὶ νηπίων προσηγορίαν τὴν τῶν πρώτων μαθημάτων αἰνίττεσθαι διδαχήν. | | 6. *Adversus eos, qui existimant puerorum et infantium appellationem significare primarum disciplinarum doctrinam.* |
| ζ'. Τίς ὁ Παιδαγωγός· καὶ περὶ τῆς παιδαγωγίας αὐτοῦ. | | 7. *Quis sit Pædagogus : de ejus Pædagogia.* |
| η'. Πρὸς τοὺς ἡγουμένους μὴ εἶναι ἀγαθὸν τὸ δίκαιον. | | 8. *Adversus eos qui existimant non esse bonum id quod justum est.* |
| θ'. Ὅτι τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ εὐεργετεῖν καὶ κολάζειν δικαίως· ἐν ᾧ τίς ὁ τρόπος τῆς παιδαγωγίας τοῦ Λόγου. | B | 9. *Quod ejusdem sit potestatis et benefacere et juste punire; in quo etiam dicitur, quis sit modus Pædagogiæ Verbi.* |
| ι'. Ὅτι ὁ αὐτὸς Θεὸς διὰ τοῦ αὐτοῦ Λόγου καὶ ἀπείργει τῶν ἁμαρτιῶν, ἀπειλῶν· καὶ σώζει τὴν ἀνθρωπότητα, παρακαλῶν. | | 10. *Quod idem Deus per idem Verbum et a peccatis arceat, minans; et humanæ naturæ salutem det, adhortans.* |
| ια'. Ὅτι διὰ νόμου καὶ προφητῶν ὁ Λόγος ἐπαιδαγώγει. | | 11. *Quod per legem et prophetas Verbum Pædagogi functus fuerit officio.* |
| ιβ'. Ὅτι ἀναλόγως τῇ πατρικῇ διαθέσει κέχρηται ὁ Παιδαγωγὸς αὐστηρίᾳ καὶ χρηστότητι. | | 12. *Quod Pædagogus convenienter paternæ affectioni severitate et benignitate usus sit.* |
| ιγ'. Ὅτι ὡς τὸ κατόρθωμα κατὰ τὸν ὀρθὸν γίνεται λόγον, οὕτως ἐμπαλιν τὸ ἁμάρτημα παρὰ τὸν λόγον. | | 13. *Quod quemadmodum id, quod recte et ex virtute geritur, fit ex recta ratione, ita rursus peccatum præter rationem.* |

# [96]ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

## ΚΕΦ. Α'.

### *Τί ἐπαγγέλλεται ὁ Παιδαγωγός.*

Τριῶν γέ τοι τούτων περὶ τὸν ἄνθρωπον ὄντων, ἠθῶν, πράξεων, παθῶν, ὁ προτρεπτικὸς εἴληχε τὰ ἤθη αὐτοῦ, θεοσεβείας καθηγεμών, ὁ τροπεῖδίου δίκην ὑποκείμενος λόγος (97) εἰς οἰκοδομὴν πίστεως· ἐφ' ᾧ μάλα γαννύμενοι, καὶ τὰς παλαιὰς ἀπομνύμενοι δόξας, πρὸς σωτηρίαν νεάζομεν (98), ψαλλούσῃ συνῳδοῦντες προφητείᾳ· *Ὡς ἀγαθὸς τῷ Ἰσραὴλ ὁ Θεὸς* (99), *τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ!* πράξεών τε ἁπασῶν (1) ὁ λόγος ἐπιστατεῖ ὁ ὑποθετικός· τὰ δὲ πάθη ὁ παραμυθητικὸς ἴᾶται· εἷς ὢν πᾶς ὁ αὐτὸς οὗτος λόγος, τῆς συντρόφου καὶ κοσμικῆς συνηθείας ἐξαρπάζων τὸν ἄνθρωπον, εἰς δὲ τὴν μονότροπον τῆς (2) εἰς Θεὸν πίστεως σωτηρίαν παιδαγωγῶν. Ὁ γοῦν οὐράνιος ἡγεμών, ὁ Λόγος, ὁπηνίκα μὲν ἐπὶ σωτηρίαν παρεκάλει, προτρεπτικὸς (3) ὄνομα αὐτῷ ἦν· ἰδίως οὗτος παρορμητικὸς, ἐκ μέρους τὸ πᾶν, προσαγορευόμενος λόγος· προτρεπτικὴ γὰρ ἡ πᾶσα θεοσέβεια (4), ζωῆς τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης ὄρεξιν ἐγγεννῶσα τῷ συγγενεῖ λογισμῷ. Νυνὶ δὲ θεραπευτικός τε ὢν καὶ ὑποθετικὸς ἅμα ἄμφω, ἑπόμενος αὐτὸς αὑτῷ παραινεῖ τὸ προτεταγμένον κεφάλαιον (5), τῶν ἐν ἡμῖν παθῶν ὑπισχνούμενος τὴν ἴασιν· κεκλήσθω δ' ἡμῖν ἐνὶ προσφυῶς οὗτος ὀνόματι *Παιδαγωγός*· πρακτικὸς, οὐ μαθητικὸς ὢν ὁ *Παιδαγωγός*· ᾗ καὶ τὸ τέλος αὐτοῦ βελτιῶσαι τὴν ψυχήν ἐστιν, οὐ διδάξαι· σώφρονός τε, οὐκ ἐπιστημονικοῦ καθηγήσασθαι βίου. Καίτοι καὶ διδασκαλικὸς ὁ αὐτός ἐστι λόγος, ἀλλ' οὐ νῦν. Ὁ μὲν γὰρ ἐν τοῖς δογματικοῖς (6) δηλωτικὸς καὶ ἀποκαλυπτικὸς, ὁ διδασκαλικός· πρακτικὸς δὲ ὢν ὁ *Παιδαγωγός*, πρότερον μὲν εἰς διάθεσιν ἠθοποιᾷς προὐτρέψατο, ἤδη δὲ καὶ εἰς τὴν τῶν δεόντων ἐνέργειαν παρακαλεῖ, τὰς ὑποθήκας τὰς ἀκηράτους παρεγγυῶν, καὶ τῶν πεπλανημένων πρότερον τοῖς ὕστερον ἐπιδεικνὺς τὰς εἰκόνας. Ἅμφω δὲ

# * LIBER PRIMUS.

## 35 CAP. I.

### *Quid propiteatur Pædagogus.*

Cum hæc tria sint in homine, mores, actiones et affectus: mores sermo sibi vindicat *cohortatorius*, pietatis dux ac religionis, qui instar carinæ subjectus est ad fidei ædificationem: quo quidem nos valde exsultantes, et opiniones veteres abjurantes, ad salutem capessendam juvenes alacresque reddimur, cum psallente prophetia concinentes: *Quam bonus Israel Deus iis qui recto sunt corde* [a]! Omnibus vero actionibus præest sermo, qui versatur in tradendis præceptis; animi autem affectibus medetur sermo ad suadendum comparatus: cum interea unus sit omnis hic sermo, a mundana, in qua educatus est, consuetudine hominem abripiens, et in simplici uniusque modi fidei in Deum salute instituens. Dux itaque cœlestis, Verbum, ad salutem quidem quando cohortabatur hominem, *cohortatorius* vocatus est; et hic sermo proprie ad incitandum aptus, ex parte scilicet totum, appellatus est. Est enim cohortatoria universa religio, ut quæ et vitæ hic recte degendæ, et futuræ desiderium menti cognatæ ingeneret. Nunc autem, cum in medendo et præcipiendo versetur, et ad utrumque simul eum, quem admonet, ipse seipsum sequens, adhortetur, affectuum nostrorum curationem in summa promittens, hic a nobis apposite uno appelletur nomine, *Pædagogus*. Is autem *Pædagogus* in actione, non in tradenda disciplinæ ratione, versatur: ejusque finis est, animam meliorem reddere, non doctrina imbuere: et in vita honesta et prudenti, non quæ sit scientia prædita, instituere. Quanquam hic ipse quoque ad docendum aptus sit sermo; licet nunc aliter sumatur. Qui enim quæ ad dogmata pertinent declarat et revelat, is sermo est, qui in docendo versatur. Cum autem in actione

[a] Psal. LXXII, 1. * P. 97, 98 ED. POTTER, 79 ED. PARIS.

(96) Pro his, Κλήμ. τοῦ Ἀλεξ. Παιδαγωγός, quæ supra in titulo exscripsimus, A. Palat. cod. habet, Κλήμεντος Στρωματέως *Παιδαγωγός*· λόγοι γ'. Itemque in *Excerptis mss.*, *Ἐκ τῶν τοῦ Κλήμεντος Στρωματέως λόγων παιδαγωγικῶν*· quasi Στρωματεὺς cognomen sit Clementis. Sed libros qui hos παιδαγωγικούς sequuntur, *Στρωματεῖς* inscriptos esse, et quæ nominis ratio sit, infra ostendetur latius ad p. 267. *Παιδαγωγοῦ* vero nomen probat ipse statim auctor, primo hujus libri capite, et rursum infra initio sexti *Stromat.* SYLBURG. — Eumdem titulum, quem Palatinus codex, exhibent mss. Reg., Bod.

(97) *Λόγος.* Omittunt hanc vocem *Excerpta mss.* SYLBURG.

(98) *Νεάζομεν.* Hesychius, Νεάζομεν, ἀφικνούμεθα, ἢ νεωστὶ ἥκομεν. Proinde Clemens hæc opposuit, παλαιὰς ἔχειν δόξας, et νεάζειν πρὸς σωτηρίαν.

(99) *Τῷ Ἰσραὴλ ὁ Θεός.* Ὁ Θεὸς τῷ Ἰσραήλ, Bod. Mox τῇ ante καρδίᾳ omitt. Bibl. Græc.

(1) *Πράξεών τε ἁπ.* Δέ pro τέ, *Excerpt. mss.* SYLBURG.

(2) *Τῆς.* Τὴν Bod.

(3) *Προτρεπτ.* Hic locus sic distingui possit, auctoritate Reg. et Bod. *Προτρεπτικὸς ὄνομα αὐτῷ ἦν ἰδίως· οὗτος παρορμητικὸς, ἐκ μ. Proprio nomine* Cohortatorius *appellabatur: idem sermo ad incitandum aptus, ex p.*

(4) *Ἡ πᾶσα θεοσέβεια.* Πᾶσα ἡ θεοσέβ. SYLBURG. — Mox νῦν pro νυνί, Bod.

(5) *Παραινεῖ τὸ προτεταγμένον κ.* Scribe προγεγραμμένον, *præscriptum*: quam lectionem confirmat epilogus infra pag. 264. SYLBURG. — Hervetus vertit, ac si legisset τὸν προτεταγμένον. Dein κεφάλαιον cum sequentibus connectit. Sed retenta veteri lectione, quam mss. codd. firmant, exp. *suadet ac præcipit idem caput*, id est, eamdem rerum summam, *ad quod cohortabatur*. Vult enim idem Dei Verbum, primo in *Protreptico* ad Christi religionem *cohortari*, dein in *Pædagogo* ejusdem præceptorum observationem *suadere*; quem in finem τῶν ἐν ὑμῖν παθῶν ὑπ. *affectuum nostrorum curationem pollicetur*. Paria sunt, quæ paulo post infert, *Ὁ Παιδαγωγὸς πρότερον εἰς διάθεσιν ἠθοποιᾶς προὐτρέψατο· ἤδη δὲ καὶ εἰς τὴν τῶν δεόντων ἐνέργειαν παρακαλεῖ.*

(6) *Δογματικοῖς.* Δηλωτικοῖς Reg., sed aliquis in margine δογματικοῖς scripsit.

versetur *Pædagogus*, postquam ad componendos mores prius cohortatus sit, jam ad ea, quæ oportet, agenda incitat, pura incorruptaque præcepta tradens, et eorum, qui erraverunt, imagines posteris ostendens. Sunt autem ambo utilissima : præceptivum quidem genus ad parendum; alterum autem, imaginis instar assumptum, quod ipsum quoque est duplex, sicut prior conjugatio : ac partim quidem in eo consistit, ut bonum eligentes imitemur; partim autem, ut malum repudiantes aversemur. Affectuum itaque hinc sequitur curatio, cum, adhibitis imaginum suasionibus, animos confirmat *Pædagogus*, benignis præceptis, tanquam lenibus medicamentis, ad perfectam veritatis cognitionem eos, qui morbo laborant, deluceus. Inter sanitatem autem et cognitionem permultum interest; nam hæc quidem disciplina, illa vero curatione comparatur. Qui itaque laborat, non prius aliquid eorum, quæ ad doctrinam pertinent, discat, quam perfecte sanus fuerit. Neque enim discentibus ac laborantibus unumquodque præceptum similiter traditur; sed illis quidem id, quod ad cognitionem; his vero, quod ad medelam confert. Quemadmodum ergo, quorum corpus ægrotat, iis medico opus est : ita quorum æger est animus, ii pædagogo opus habent, qui nimirum affectibus nostris medeatur; deinde vero doctore, qui puram deducat animam ad cognitionis aptitudinem, ✠ ut possit relationem sermonis percipere. Porro autem dum salutari gratu, efficaci disciplinæ convenienti, nos studet perfectos et consummatos reddere, pulchra utitur œconomia semper benignum et hominum amans Verbum. primum *cohortans*, deinde fungens *Pædagogi* officio, tandem *docens*.

ὠφελιμώτατα· τὸ μὲν εἰς ὑπακοὴν τὸ παραινετικὸν εἶδος, τὸ δὲ ἐν εἰκόνος μέρει παραλαμβανόμενον, διττὸν καὶ αὐτό, παραπλησίως τῇ προτέρᾳ συζυγίᾳ· τὸ μὲν αὐτοῦ, ἵνα μιμώμεθα αἱρούμενοι τὸ ἀγαθὸν, τὸ δὲ, ὅπως ἐκτρεπώμεθα, παραιτούμενοι τὸ θάτερον (7). Ἴασις οὖν τῶν παθῶν ἐνθένδε ἕπεται κατὰ τὰς παραμυθίας τῶν εἰκόνων, ἐπιῤῥωννύντος τοῦ *Παιδαγωγοῦ* τὰς ψυχὰς, καθάπερ ἡπίοις φαρμάκοις (8), ὑποθήκαις φιλανθρώποις εἰς τὴν παντελῆ τῆς ἀληθείας γνῶσιν τοὺς κάμνοντας διαιτωμένου. Ἴασαι δ' οὐκ ἐστὸν ὑγίεια καὶ γνῶσις· ἀλλ' ἡ μὲν μαθήσει, ἡ δὲ ἴάσει περιγίνεται. Οὐκ ἂν οὖν τις νοσῶν ἔτι πρότερόν τι τῶν διδασκαλικῶν ἐκμάθοι, πρὶν ἢ τέλεον ὑγιᾶναι· οὐδὲ γὰρ ὡσαύτως πρὸς τοὺς μανθάνοντας ἢ κάμνοντας ἀεὶ τῶν παραγγελμάτων ἕκαστον λέγεται, ἀλλὰ πρὸς οὓς μὲν εἰς γνῶσιν, πρὸς οὓς δὲ εἰς ἴασιν. Καθάπερ οὖν τοῖς νοσοῦσι τὸ σῶμα ἰατροῦ χρῄζει, ταύτῃ καὶ τοῖς ἀσθενοῦσι τὴν ψυχὴν παιδαγωγοῦ δεῖ, ἵν' ἡμῶν ἰάσηται τὰ πάθη· εἶτα δὲ εἰς διδασκάλου (9), ὃς καθηγήσεται καθαρὰν πρὸς γνώσεως ἐπιτηδειότητα εὐτρεπίζων τὴν ψυχὴν, δυναμένην χωρῆσαι τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ λόγου. Σπεύδων δὲ ἄρα τελειῶσαι σωτηρίῳ ἡμᾶς βαθμῷ καταλλήλῳ εἰς παίδευσιν ἐνεργῇ, τῇ καλῇ συγχρῆται οἰκονομίᾳ ὁ πάντα φιλάνθρωπος Λόγος, *προτρέπων* (10) ἄνωθεν, ἔπειτα *παιδαγωγῶν*, ἐπὶ πᾶσιν *ἐκδιδάσκων*.

CAPUT II.

*Quod propter peccata nostra nos moderetur Pædagogus.*

Pædagogus autem noster, o vos pueri, Deo Patri suo est similis, cujus est Filius, in quem nullum omnino cadit peccatum, estque nulli reprehensioni affinis, et animo impatibilis: Deus in figura hominis impollutus, paternæ voluntati serviens, Verbum Deus, qui est in Patre, qui est a dextris Patris, et cum figura Deus est. Hic nobis est imago, in qua nulla est macula. Ei omnibus viribus tentandum est animam similem efficere. Et ille quidem ab omnibus humanis animi perturbationibus est liber.

ΚΕΦ. Β'.

*Ὅτι διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ὁ Παιδαγωγὸς (11) ἐπιστατεῖ.*

Ἔοικε δὲ ὁ Παιδαγωγὸς ἡμῶν, ὦ παῖδες ὑμεῖς, τῷ Πατρὶ αὐτοῦ τῷ Θεῷ, οὗπέρ ἐστιν Υἱὸς ἀναμάρτητος, ἀνεπίληπτος, καὶ ἀπαθὴς τὴν ψυχήν· Θεὸς ἐν ἀνθρώπου σχήματι ἄχραντος, πατρικῷ θελήματι διάκονος, Λόγος Θεὸς, ὁ ἐν τῷ Πατρὶ, ὁ ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς, σὺν καὶ τῷ σχήματι Θεός (12). Οὗτος ἡμῖν εἰκὼν ἡ ἀκηλίδωτος· τούτῳ παντὶ σθένει πειρατέον ἐξομοιοῦν τὴν ψυχήν. Ἀλλ' ὁ μὲν ἀπόλυτος εἰς τὸ παντελὲς ἀνθρωπίνων παθῶν· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ μόνος κριτὴς, ὅτι ἀναμάρτητος μόνος (13)· ἡμεῖς δὲ

✠ P. 99 ED. POTTER, 80 ED. PARIS.

(7) *Τὸ θάτερον. A. Excerpta mss.* τὸ θατέρου· non absurde, quia in θάτερον jam inest articulus. Θάτερον enim contracte idem est, quod τὸ ἕτερον. Stlburg.

(8) *Ἡπίοις φαρμάκοις.* Phrasis Homerica ex *Iliad.* Δ. v. 218 :

..... ἐπ' ἀρ' ἤπια φάρμακα εἰδὼς
Πάσσε...
*Lenia medicamenta peritus inspersit.*

(9) *Εἶτα δὲ εἰς διδασκάλου.* Εἰς redundat. Stlburg., Lowth. — Mox scribe, ὃς καθηγήσεται πρὸς καθαρὰν γνώσεως ἐπιτηδειότητα εὐτρεπ. Stlburg.

(10) *Προτρέπων.* Tribus verbis trium Operum rationem aperit. Nam primo ὁ προτρέπων λόγος est, qui se Christo addicere, rejecto dæmonum cultu, *cohortatur*. Secundo ὁ παιδαγωγῶν, qui Christianum vitæ secundum veræ religionis normam agendæ præceptis imbuit. Tertio ὁ ἐκδιδάσκων, qui Christianæ fidei dogmata plenius explicat. Primum præstat ὁ *Προτρεπτικός*, secundum ὁ *Παιδαγωγός*, tertium ὁ *Στρωματεὺς* Λόγος. Conf. quæ ad principium *Cohortationis ad Gentes* adnotata sunt.

(11) *Ἡμῶν ὁ Π.* Ἡμῶν καὶ ὁ Π. Bod. Καὶ etiam super has voces scriptum est in Reg.

(12) *Τῷ σχήματι Θεός.* Ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, etc. Philip. II, 6.

(13) *Ἀναμάρτητος μόνος.* Infra *Pædag.* lib III, cap. ult., pag. 262 : Μόνος γὰρ ἀναμάρτητος αὐτὸς ὁ Λόγος. *Solum enim Verbum sine peccato est.* Aperte profitetur neminem, excepto Christo, esse ἀναμάρτητον et ἀπαθῆ. Idem vero alias sæpenumero hortatur ad ἀπάθειαν, et perfectos Christianos in hac vita ἀπαθεῖς esse tradit: quo loquendi modo nil aliud intelligit, quam, quod hic clarius explicat, eos esse pravis affectibus liberos, ὅτη δύναμις, *pro suis viribus*. *Strom.* II, p. 401 : Ἡ γε μὲν χαρτερία καὶ αὐτὴ εἰς τὴν θείαν ἐξομοίωσιν βιάζεται, δι' ὑπομονῆς ἀπάθειαν καρπουμένη. *Tolerantia etiam ipsa ad Dei similitudinem contendit, per patientiam quo-*

δυη δύναμις, ὡς ὅτι ἐλάχιστα ἁμαρτάνειν πειρώμεθα. Κατεπείγει γὰρ τοσοῦτον οὐδὲν, ὡς ἡ τῶν παθῶν καὶ νοσημάτων ἀπαλλαγὴ πρῶτον· ἔπειτα δὲ καὶ ἡ κώλυσις τῆς εἰς τὴν συνήθειαν τῶν ἁμαρτημάτων εὐεμπτωσίας. Ἄριστον μὲν οὖν τὸ μηδ' ὅλως ἐξαμαρτάνειν κατὰ μηδένα τρόπον· ὃ δή φαμεν εἶναι Θεοῦ· δεύτερον δὲ μηδενὸς τῶν κατὰ γνώμην ἐφάψασθαι ποτὲ ἀδικημάτων· ὅπερ οἰκεῖον σοφοῦ· τρίτον, μὴ πάνυ πολλοῖς τῶν ἀκουσίων περιπεσεῖν· ὅπερ ἴδιον παιδαγωγουμένων εὐγενῶς. Τὸ μηδὲ ἐπιμήκιστον διατρίβαι(14) τοῖς ἁμαρτήμασι, τελευταῖον τετάχθω. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο δὲ τοῖς εἰς μετάνοιαν ἀνακαλουμένοις, ἀναμαχέσασθαι, σωτήριον. Καί μοι δοκεῖ παγκάλως διὰ Μωϋσέως φάσκειν ὁ *Παιδαγωγός*· *Ἐάν τις ἀποθάνῃ ἐπ' αὐτῷ αἰφνίδιον* (15), *παραχρῆμα μιανθήσεται ἡ κεφαλὴ εὐχῆς αὐτοῦ, καὶ ξυρήσεται* τὴν ἀκούσιον ἁμαρτίαν, *αἰφνίδιον θάνατον* προσειπών. Μιαίνειν δὲ αὐτὸν λέγει κηλιδοῦντα τὴν ψυχήν· διὸ καὶ τὴν θεραπείαν, ᾗ τάχος, ὑποτίθεται, *ξυρᾶσθαι παραχρῆμα* τὴν *κεφαλὴν* συμβουλεύων, τὰς ἐπισκιαζούσας τῷ λογισμῷ τῆς ἀγνοίας κόμας ἀποψήξασθαι παραινῶν, ὡς γυμνὸν ὄασεως καταλῃφθέντα (16) ὕλης τῆς κακίας τὸν λογισμὸν (ἐνθρονίζεται δὲ οὗτος ἐν ἐγκεφάλῳ) ἐπὶ τὴν μετάνοιαν παλινδρομῆσαι. Ἔπειτα ὀλίγα προσειπὼν ἐπιφέρει· *Αἱ δὲ ἡμέραι αἱ πρότεραι ἄλογοι*· δι' ὧν δῆλον, ὅτι αἱ ἁμαρτίαι μηνύονται, αἱ μὴ γεγονυῖαι κατὰ λόγον. Καὶ τὸ μὲν ἀκούσιον *αἰφνίδιον* προσεῖπε, τὸ δὲ ἁμαρτάνειν *ἄλογον*· οὗ δὴ χάριν ὁ λόγος ὁ Παιδαγωγὸς τὴν ἐπιστασίαν εἴληχεν εἰς τὴν ἀλόγου κώλυσιν ἁμαρτίας. Σκόπει δὲ ἐνθένδε ἀπὸ τῆς Γραφῆς· Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος· τὸ ἁμάρτημα ἐλεγκτικῶς τὸ προϋπάρξαν διὰ τῆς ἑπομένης δείκνυται ῥήσεως· καθὸ ἡ δικαία κρίσις ἕπεται. Καὶ τοῦτο ἐμφανὲς διὰ τῶν προφητῶν καταφαίνεται· *Ὡς εἰ μὴ ἥμαρτες, λεγόντων* (17), *οὐκ ἂν τάδε ἠτείλησε·*

A Propterea enim vel solus est judex, quod solus sit, in quem peccatum non cadit. Nos autem, quoad fieri poterit, ut quam minimum peccemus, videamus. Nihil enim majori curæ ac studio esse debet, quam ut ab affectibus morbisque primum liberemur; deinde vero, ut prohibeamus, ne in peccatorum consuetudinem facile prolabamur. Atque optimum quidem est nullo modo peccare penitus: quod Dei esse dicimus. Secundum autem, nullum ex voluntariis attingere malefactis, quod est proprium sapientis. Tertium est, in involuntariorum non adeo multa incidere, quod est proprium eorum qui a Pædagogo præclare instituti fuere. Peccatis autem non diu ✠ immorari, loco ultimo ponatur. Sed hoc iis, qui ad pœnitentiam revocantur, **36** salutare B est, pugnam instaurare. Atque mihi quidem per Moysem videtur pulcherrime dicere *Pædagogus*: *Si quis in eo fuerit repente mortuus, statim polluetur caput voti ejus, et radetur*[44], peccatum involuntarium, *mortem repentinam* appellans. Eam autem dicit polluere, ut quæ animam macula aspergat: et ideo quam citissime ei adhibet medicinam, consulens ut statim ei *caput radatur*, nempe ignorantiæ comas, quæ umbram rationi offendunt, amovere et abstergere suadens, ut a densa vitii materia nuda relicta ratio (ea autem sedem suam collocat in cerebro) quam ocissime redeat ad pœnitentiam. Deinde cum pauca adjecisset, subjungit: *Priores autem dies, irrationales*[45]. Per quæ clarum est significari peccata, quæ facta non sunt secundum rationem. Et involuntarium quidem appellavit *repentinum*; peccare autem *irrationale*. Quamobrem sermo Pædagogus sortitus est moderamen, quo prohibeat irrationale peccatum. Id autem hinc ex Scriptura considera: *Propterea hæc dicit Dominus*; quod prius fuerit peccatum, arguendo ostenditur per sequentem di-

[44] Num. VI, 9. — [45] Ibid., 12. ✠ P. 100 ED. POTTER, 81 ED. PARIS.

*dammodo impatibilitatem consecuta. Strom.* IV, p. 490: Τῷ θείῳ καθαρῶς ὁμιλῶν ὁ γνωστικῶς μετέχων τῆς ἁγίας ποιότητος, προσεχέστερον ἐν ἕξει γίνεται ταυτότητος ἀπαθοῦς. *Cum Deo puram habens consuetudinem, qui per cognitionem sanctæ qualitatis particeps est, propinquius accedit in habitu identitatis impatibilis.* Ibid., p. 496: Οἱ παλαιοὶ δίκαιοι ἀπάθειαν ψυχῆς καὶ ἀταραξίαν χαρπούμενοι. *Veteres justi immunitatem affectuum et tranquillitatem animi consecuti.* Ibid., p. 529, dicit perfectum hominem *non amplius esse* ἐγκρατῆ, *continentem*, sed ἐν ἕξει ἀπαθείας, *in habitu impatibilitatis* exsistentem, σχῆμα θεῖον ἐπενδύσασθαι ἀναμένειν, *expectare divina figura indui.* Ibid., p. 555: Εἰς δὲ τὴν ἀπάθειαν θεούμενος ἄνθρωπος ἀχράντως, μοναδικὸς γίνεται. *Homo autem, qui per impatibilitatem ad divinam naturam elevatus est absque ullo inquinamento, unicus fit.* Conf. præterea, p. 535, 650, 651, 652, 666, 685, 703, 705, 706, 750, 752, etc. Solent porro ἀπάθεια et ἀναμαρτησία laxius a sanctis Patribus usurpari pro eo statu, in quo positus vir sanctus per gratiam Dei minus crebris minoribusque tentationibus obnoxius est, nec gravioribus peccatis succumbit. Maximus *De charitate* Centur. I, cap. 36: Ἀπάθεια, inquit, ἐστὶν εἰρηνικὴ κατάστασις ψυχῆς, καθ' ἣν δυσκίνητος γίνεται ψυχὴ πρὸς κακίαν. *Est ἀπάθεια, impatibilitas, pacatus animæ status, secundum quem difficulter moretur anima erga malitiam.* Δυσκίνητος non ἀκίνητος. Hanc loquendi formam invexerunt Stoici, qui Sapientem suum dicebant esse ἀπαθῆ, ἀναμάρτητον, ἀθλαβῆ. Conf. Diogenes Laertius, lib. VII, segm. 122, 123; Stobæus, *Eclog. Ethic.*, lib. II, p. 181, 182.

(14) Διατρίψαι. Rectius H. ἐνδιατρίψαι. Mox idem H. μὴ ἀναμαχέσασθαι· ut item A. οὐκ ἀναμαχέσασθαι· et Hervetus interpres, *si iis, qui vocant ad pœnitentiam, minime repugnarerit.* Sed non videtur opus negativam asciscere. Sensus enim est: *Sed hoc iis, qui ad pœnitentiam revocantur, salutare est, pugnam instaurare*; id est, ut non succumbant peccatis, sed pugnam adversus ea redintegrent: lectionemque hanc confirmat similis infra locus p. 121 et p. 261. Sylburg.

(15) Ἐπ' αὐτῷ αἰφνίδιον. Αἰφνιδίως ἐπ' αὐτῷ Reg. II. αἰφνιδίως scribere jussit: ἐξάπινα habent Bibl. Græc. Mox παραχρῆμα omittit Bod.

(16) *Καταληφθέντα.* H. καταλειφθέντα, *relictum.* Quod sequitur de ratiocinationis, sive λογισμοῦ, sede, repetitur infra *Pædagogi* lib. II, et legitur apud Palonem quoque p. 101. Sed Hippocrates in corde locum ei assignat, ut et Gregor. Nyss. orat. 1 *Pasch.*: Ἔστιά τις ἐστι τοῦ νοῦ ἡ καρδία· ἐν ταύτῃ γὰρ τὸ ἡγεμονικὸν εἶναι πεπίστευται. Sylburg.

(17) *Λεγόντων.* Hæc quoad sensum, cum alibi, tum præcipue Jerem. VII exstant. Vult autem Clemens, per ejusmodi prophetarum dicta ἐλέγχεσθαι

ctionem, *propterea*, eo quod justum judicium sequitur. Idque per prophetas aperte ostenditur, dum dicunt: *Si non peccasses, non hæc esset minatus*; et: *Propterea sic dicit Dominus. Propterea quod hos sermones non audiistis, ideo hæc dicit Dominus*; et: *Ecce propterea dicit Dominus.* Propterea enim est prophetia, propter obedientiam scilicet et inobedientiam. Propter illam quidem, ut servemur; propter hanc autem, ut castigemur. Pædagogus igitur noster, Verbum, præternaturales animæ affectiones curat per admonitiones. Morborum enim corporis auxilium proprie vocatur medicina, quæ docetur humana sapientia. Verbum autem paternum, solus est humanarum ægritudinum Pæonius medicus, et sanctus ægrotantis animæ incantator. *Salvum fac servum tuum*, inquit, *Deus meus, sperantem in te. Miserere mei, Domine, quia ad te clamabo toto die* [46]. *Medicina* enim, ut ait Democritus, *medetur morbis corporis; sapientia autem liberat animam a perturbationibus*; bonus autem Pædagogus, ✠ qui Sapientia, qui Verbum est Patris, qui fabricatus est hominem, totius creaturæ curam gerit, ejusque corpori et animæ medetur, qui est omni ex parte sufficiens medicus humanæ naturæ, Servator. *Surge*, inquit paralytico, *et sublato, in quo jaces, grabato, vade domum* [47]: et qui prius erat infirmus, extemplo sanus et firmus evasit. Et mortuo, *Lazare* [48], dixit, *egredere*. Ille vero mortuus, ex sepulcro exiit, qualis erat ante quam moreretur, meditatus resurrectionem. Quin etiam per se quoque medetur animæ præceptis, et donis. Sed præceptis quidem id facere utique differt; donis autem dives, *Dimittuntur tibi peccata tua* [49], nobis dicit peccatoribus. Nos autem, simul ac ipse cogitavit, facti sumus infantes, optimum ac stabilissimum locum ab optima et præclare ordinata ejus gubernatione adepti: quæ primum quidem in mundi et cœli solisque ambitibus circumagitur, inque cæterorum astrorum motibus versatur, propter hominem; deinde vero in ipso homine, in quem omne τὸ προϋπάρξαν ἁμάρτημα, *præcia* Judæorum *peccata coarguit.*

(18) *Ἰατρική.* Conf. Philonis Larissæi verba, apud Stobæum *Eclog. Eth.*, c. 1, p. 160, quibus philosophiam medicinæ confert.

(19) *Ἀνθρωπίνη σοφία.* Sunt qui scribant ἀνθρωπίνη σοφία, nominativo casu.

(20) *Ἐπῳδός.* Respicit Græcorum veterum morem, qui vulnera ac morbos incantationibus sanabant. Homerus, *Odyss.* T, v. 456, de Autolyci filiis a t:

*Τρεῖλῆν δ' Ὀδυσῆος ἀμύμονος ἀντιθέοιο*
*Δῆσαν ἐπισταμένως· ἐπαοιδῇ δ' αἷμα κελαινὸν*
*Ἔσχεθον. . .*

*Vulnus autem Ulyssis præclari divini*
*Perite ligarunt; incantatione autem nigrum sanguinem*
*Cohibuerunt. . . .*

Conf. *Archæologiæ Græcæ* lib. II, c. 18. Mox ἐπὶ σέ pro ἐπὶ σοί, Bibl. Græc.

(21) *Ἰατρική.* Ionismus postulat, Ἰητρικὴ μὲν σώματος νούσους ἀκέεται, σοφίη δὲ ψυχὴν παθῶν ἀπαιρέεται. Sylburg. — Similia multa dixit Cicero *Tusculan. Quæst.* lib. III, quale est, quod exstat cap. 3: *Est profecto animi medicina, philosophia.*

(22) *Παναρκής.* Hanc lectionem non damno; sed haud scio tamen an non verius πανακής. Sylburg.

(23) *Παθεῖν.* A. θανεῖν. Io.

(24) *Μέλλει.* Respicit paralyticum, de quo modo locutus est. Nam eum Christus prius corporis morbo liberavit, quam salutari doctrina et S. Spiritus donis imbuit.

(25) *Νήπιοι.* Respicit Christi verba, quibus discipulos suos νηπίους et παιδία vocat, et hujusmodi homines solos Deo acceptos esse dicit.

(26) *Μέγιστον.* Hervetus legisse videtur μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον, dum vertit, *eumque maximum ac pulcherrimum esse opus existimans.* In quam sententiam multa etiam Plinius lib. VII per totum; Lactantius *De opificio Dei*, cap. 1, et Ambrosius lib. *Hexaem.* lib. VI, cap. 7, 8, 9. Sylburg.

[46] Psal. LXXXV, 2, 3. ✠ P. 101 ED. POTTER, 82 ED. PARIS. [47] Marc. II, 11. [48] Joan. XI, 43. [49] Matth. IX, 5.

θοῦν, καὶ τὸ εὔταχτον ἐνεπνεύσατο τὸ αὐτῆς (27). A ejus studium confertur: eumque maximum ac pulcherrimum esse opus existimans, prudentia quidem ac moderatione et temperantia animam ejus direxit; corpus vero pulchritudine justaque membrorum proportione temperavit; in humanis denique actionibus, quodque in eis recte et ex virtute geritur, pulchrumque qui est in eis ordinem, ex suo eis inspiravit.

## ΚΕΦ. Γ'.

### Ὅτι φιλάνθρωπος ὁ Παιδαγωγός.

Πάντα ὀνίνησιν ὁ Κύριος, καὶ πάντα ὠφελεῖ, καὶ ὡς ἄνθρωπος, καὶ ὡς Θεός· τὰ μὲν ἁμαρτήματα ὡς Θεὸς ἀφιείς, εἰς δὲ τὸ μὴ ἐξαμαρτάνειν παιδαγωγῶν (28) ὡς ἄνθρωπος. Εἰκότως ἄρα φίλος ὁ ἄνθρωπος τῷ Θεῷ, ἐπεὶ καὶ πλάσμα αὐτοῦ ἐστι. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα κελεύσει μόνον πεποίηκε, τὸν δὲ ἄνθρωπον δι' αὐτοῦ ἐχειρούργησε, καί τι αὐτῷ ἴδιον ἐνεφύσησε. Τὸ οὖν ὑπ' αὐτοῦ καὶ πρὸς αὐτὸν ἀπεικονισμένον, ἢ ὡς δι' αὐτὸ (29) αἱρετὸν τῷ Θεῷ, ὑπ' αὐτοῦ δεδημιούργηται τοῦ Θεοῦ, ἢ ὡς ἕνεκεν ἄλλου αἱρετὸν διαπέπλασται. Εἰ μὲν οὖν δι' αὐτὸ αἱρετόν, ὁ ἀγαθὸς (30) ὢν ἀγαθὸν ἠγάπησε· καὶ τὸ φίλτρον ἔνδον ἐστὶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τοῦτ', ὅπερ ἔμφύσημα λέγεται Θεοῦ· εἰ δὲ ἕνεκεν τῶν ἄλλων ὁ ἄνθρωπος αἱρετὸν γέγονεν, οὐκ ἄλλην αἰτίαν ἔχει (31) τοῦ ποιεῖν αὐτὸν ὁ Θεὸς, ἢ ὡς οὐκ ἄνευ αὐτοῦ οἷόν τε ὄντος, τὸν μὲν γενέσθαι δημιουργὸν ἀγαθὸν, τὸν δὲ εἰς γνῶσιν ἀφικέσθαι Θεοῦ. Οὐ γὰρ ἄλλως (32) ἂν τὸ, οὗ ἕνεκεν ἄνθρωπος γέγονεν, ἐποίησεν ὁ Θεὸς, εἰ μὴ ἄνθρωπος ἐγεγόνει· καὶ ἣν εἶχεν ἐναποκεκρυμμένην ἰσχὺν τῷ βούλεσθαι ὁ Θεὸς, διὰ τῆς ἔξωθεν τοῦ (33) πεποιηκέναι προσανεπλήρωσε δυνάμεως, λαβὼν παρὰ ἀνθρώπου ὃ πεποίηκεν ἄνθρωπον· καὶ ὃν εἶχεν, εἶδεν, καὶ γέγονεν, ὃ ἠθέλησεν· οὐδὲν δὲ, ὃ μὴ δύναται Θεός. Ὁ ἄνθρωπος ἄρα, ὃν πεποίηκεν ὁ Θεὸς, δι' αὐτὸν αἱρετόν ἐστιν· τὸ δὲ δι' αὐτὸν αἱρετὸν, οἰκεῖόν ἐστιν ὅτῳ περ ἂν ᾖ δι' αὐτὸν αἱρετόν· τοῦτο δὲ καὶ ἀσμενιστὸν καὶ φιλητόν. Ἀλλὰ καὶ φιλητὸν (34) μέν τί ἐστιν, οὐχὶ δὲ καὶ φιλεῖται ὑπ' αὐτοῦ· φιλητὸς δὲ ὁ ἄνθρωπος ἀποδέδεικται. Φιλεῖται ἄρα πρὸς τοῦ Θεοῦ ὁ ἄνθρωπος. Πῶς γὰρ οὐ φιλεῖται, δι' ὃν ὁ Μονογενὴς ἐκ κόλπων Πατρὸς καταπέμπεται, Λόγος τῆς πίστεως, ἡ πίστις ἐκ περιουσίας, αὐτὸς σαφῶς ὁ Κύριος ὁμολογῶν καὶ λέγων· *Αὐτὸς γὰρ ὁ Πατὴρ φιλεῖ ὑμᾶς, ὅτι ὑμεῖς ἐμὲ πεφιλήκατε·* καὶ πάλιν ὁ αὐτός· *Καὶ ἠγάπησας αὐτούς, καθὼς ἐμὲ ἠγάπησας.* Τί μὲν οὖν ὁ Παιδαγωγὸς βούλεται, καὶ τί ἐπαγγέλλεται, ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ διακείμενος, καὶ

## CAP. III.

### *Quod sit benignus et hominum amans Pædagogus.*

In omnibus prodest, et in omnibus juvat Dominus, et tanquam homo, et tanquam Deus: peccata quidem remittens, ut Deus; ne peccemus autem, Pædagogi ritu instituens, ut homo. Jure ergo homo est Deo charus, quoniam ejus figmentum homo est. Et alia quidem solo jussu fecit; hominem autem per se manu fabricatus est, et quid sibi proprium inspiravit. Quod ergo ab ipso et ad ejus imaginem factum est, vel tanquam propter se Deo eligendum, ab ipso Deo fabricatum est, vel tanquam propter aliud eligendum, effictum est. Si ✠ ergo homo est propter se res eligenda, tum qui bonus est, bonum amavit: et intus est in homine id philtrum, quod Dei *inspiratio* dicitur. Si autem res propter alias eligenda factus est, non alia fuit Deo causa, cur hunc faceret, quam quod absque eo neque Deus poterat esse bonus opifex, neque homo pervenire ad Dei cognitionem. Non enim aliter id, cujus causa homo factus est, Deus fecisset, si non homo factus esset: et quam habuit reconditam volendo potentiam, per externam implevit faciendi potestatem Deus, ab homine accipiens quod fecit hominem. Et vidit quem habuit, et factum est quod voluit. Nihil est autem quod Deus non possit. Homo ergo, quem fecit Deus, res est per se eligenda. Res autem, quæ per se est eligenda, ei est conjuncta, cui per se est eligenda. Ea autem res est expetenda et diligenda. Sed et si quid est diligendum, non potest id ab ipso non diligi; diligendum autem esse hominem ostensum est; homo ergo a Deo diligitur. Qui enim fieri **37** potest, ut non diligatur, propter quem Unigenitus ex sinu Patris demittitur, Verbum fidei, fides ex superabundantia, ipse Dominus, qui aperte confitetur et dicit: *Ipse enim Pater vos diligit, quia vos me dilexistis* [40]? et ipse rursus: *Et dilexisti ipsos, quemadmodum me dilexisti* [41]. Quidnam ergo vult Pædagogus, et quid profitetur, et quomodo factis et dictis affectus sit, et in iis

✠ P. 102 ED. POTTER, 85 ED. PARIS. [40] Joan. XVI, 27. [41] Joan. XVII, 23.

(27) Ἐνεπνεύσατο τὸ αὐτῆς. Ac dubitat an legendum ἐνεπνεύσατο αὐταῖς. Vulgata lectio retineri potest, si τὸ αὐτῆς accipiamus pro τὸ ἐν αὐτῇ. Stieren. — Pro αὐτῆς malim αὑτῆς. Sensus est, quod modo memorata Verbi τάξις humanis actionibus τὸ εὔταχτον ἐνεπνεύσατο τὸ αὑτῆς, *suum pulchrum ordinem inspiravit.* Sæpe alias αὐτός pro αὑτός irrepsit, exempla in sequenti capite occurrunt.

(28) *Παιδαγωγῶν.* Hanc lectionem præbet Palat. ms. Sylburg. — Eamdem habent Reg. Bod. Sed παραπαιδαγωγῶν edit. Flor. Sylb. Florentinum cod. secute.

(29) Αὐτό. Hic et alibi non semel αὐτό scribendum.

(30) Ὁ ἀγαθ. Particula ὁ redundat: nec eam agnoscunt Reg., Bod.

(31) Αἰτίαν ἔχει. Legendum ἔσχε, quam lectionem, præter Sylburgium, præbent Reg., Bod.

(32) Ἄλλως. Ἄλλος Bod.

(33) Τοῦ. Τῷ Reg. sed in margine aliquis τῷ scripsit.

(34) Ἀλλὰ καὶ φ. Hæc sententia efferenda est interrogative: *An vero est aliquid, quod sit diligendum, quod ab ipso non diligitur?* vel addita negativa particula: ἀλλ' οὐ καὶ φιλητὸν μέν τί ἐστ. *Sed nequit fieri, ut aliquid sit diligendum, ab ipso autem non diligatur.* Nec enim probare possum Hemsii conjecturas: « Non est dubium, inquit, quin scripserit auctor, ἀλλὰ καὶ ὁ φιλητὸν μὲν ἔστι, vel φιλητὸν μέν τί ἐστιν, οὐχὶ δὲ φιλεῖται ὑπὸ τινός. *Estne aliquid, quod sit diligendum, et non diligitur ab aliquo?*»

quæ sunt agenda præcipiendis, et prohibendis iis quæ sunt contraria, jam utique clarum est. Manifestum est autem, esse alterum genus sermonis, cujus est institutum docere, quod quidem est subtile et spirituale, et accuratam tractandi rationem sequitur, et in arcanis contemplandis mysteriis versatur. Id autem in præsentia differatur. Par est autem eum nos redamare, qui pro suo in nos amore dux est nobis vitæ optime degendæ: ex ejus autem voluntatis jussis vivere, non ea solum quæ jubentur exsequendo, vel quæ prohibentur cavendo; sed etiam has quidem imagines aversando, illas vero, quoad fieri poterit, imitando, Pædagogi factorum similitudinem operando referre: ut quod *secundum imaginem et similitudinem est*, impleat. In vita enim tanquam in profundis errantes tenebris, optimo et qui nunquam aberret ac offendat duce habemus ✠ opus. Optimus autem dux non *cæcus*, ut dicit Scriptura, *cæcos in foreas ducens* [61], sed Verbum, cujus est visus perspicacissimus, et qui cordis intima pervidet. Quemadmodum ergo non est lux, quæ non illuminat; neque movens, quod non movet; nec diligens, quod non diligit; ita nec bonum, quod non prodest, et ad salutem deducit. Faciamus ergo præcepta per opera et facta Domini. *Verbum* enim ipsum aperte *caro factum* [62], eamdem simul virtutem activam et contemplativam esse ostendit. Quare legem existimantes Verbum, præcepta ejus atque monita, breves et directas ad æternitatem vias, agnoscamus. Persuasione enim sunt plena præcepta, non timore.

ὑπαγορεύσει μὲν τῶν πρακτέων, ἀπαγορεύσει δὲ τῶν ἐναντίων, ἤδη που δῆλον. Σαφὲς δὲ ὡς ἄρα θάτερον εἶδος τῶν λόγων τὸ διδασκαλικὸν ἰσχνόν (35) τί ἐστι καὶ πνευματικόν, ἀκριβολογίας ἐχόμενον, τὸ ἐποπτικόν· ὃ δὴ ὑπερκείσθω τανῦν. Καθήκει δ' ἡμῖν ἀνταγαπᾶν μὲν τὸν καθηγούμενον ἀγαπητικῶς ἀρίστου βίου, βιοῦν δὲ πρὸς τὰ διατάγματα τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως (36)· οὐ μόνον ἐπιτελοῦντας τὰ προσταττόμενα, ἢ παραφυλάττοντας· τὰ ἀπαγορευόμενα, ἀλλὰ καὶ τῶν εἰκόνων (37) τὰς μὲν ἐκτρεπομένους, τὰς δὲ, ὡς ἔνι μάλιστα μιμουμένους, ἐπιτελεῖν καθ' ὁμοίωσιν τὰ ἔργα τοῦ Παιδαγωγοῦ· ἵνα δὴ τὸ *κατ' εἰκόνα* (38) *καὶ καθ' ὁμοίωσιν* πληρώσῃ. Ὡς γὰρ ἐν σκότῳ βαθεῖ ἀλώμενοι τῷ βίῳ, ἀπταίστου καὶ ἀκριβοῦς καθοδηγοῦ δεόμεθα· ὁδηγὸς δὲ ἄριστος, οὐχὶ τυφλὸς, καθά φησιν ἡ Γραφὴ, *τυφλοὺς εἰς τὰ βάραθρα χειραγωγῶν*· ὀξὺ δὲ ὁ βλέπων καὶ διορῶν τὰ ἐγκάρδια Λόγος. Καθάπερ οὖν οὐκ ἔστι φῶς ὃ μὴ φωτίζει, οὐδὲ κινοῦν ὃ μὴ κινεῖ, οὐδὲ φιλοῦν ὃ μὴ φιλεῖ, οὐδὲ ἀγαθόν ἐστιν ὃ μὴ ὠφελεῖ, καὶ εἰς σωτηρίαν καθοδηγεῖ. Ἄγωμεν οὖν τὰς ἐντολὰς (39) δι' ἔργων τοῦ Κυρίου· καὶ γὰρ *ὁ Λόγος αὐτὸς ἐναργῶς σὰρξ γενόμενος*, τὴν αὐτὴν ἀρετὴν πρακτικὴν ἅμα καὶ θεωρητικὴν ἐπιδεικνύς· καὶ δὴ νόμον ὑπολαμβάνοντας τὸν Λόγον, τὰς ἐντολὰς καὶ τὰς ὑποθημοσύνας αὐτοῦ, τὰς συντόμους ὁδοὺς καὶ συντόνους εἰς ἀϊδιότητα, γνωρίσωμεν· πειθοῦς γὰρ ἀνάπλεω, οὐ φόβου, τὰ προστάγματα.

## CAP. IV.

### *Quod Verbum ex æquo virorum et mulierum Pædagogus sit.*

Hanc ergo bonam obedientiam magis magisque amplectentes, nos ipsos Domino tradamus, firmissimum ejus fidei rudentem appendentes, cogitantes eamdem esse virtutem viri et mulieris. Si enim utrisque unus Deus est, utrisque etiam unus est Pædagogus, una Ecclesia, una moderatio ac temperantia, una verecundia, alimentum commune, conjugales nuptiæ, respiratio, visus, auditus, cognitio, spes, obedientia, charitas, omnia similia. Quorum autem est vita quidem communis, communis autem gratia, et salus communis: eorum quoque communis est dilectio et educatio. *In hoc enim*, inquit, *sæculo uxores ducunt et nubunt* [63], in quo solo femininum a masculo discernitur; *in illo autem*

## ΚΕΦ. Δ'.

### *Ὅτι ἐπίσης ἀνδρῶν καὶ (40) γυναικῶν ὁ Λόγος Παιδαγωγός ἐστιν.*

Ταύτην (41) τοίνυν πλέον τὴν ἀγαθὴν ἀσπασάμενοι παιθαρχίαν, σφᾶς αὐτοὺς ἐπιδῶμεν Κυρίῳ, τὸ βεβαιότατον τῆς πίστεως αὐτοῦ ἐξαψάμενοι χάλων, τὴν αὐτὴν ἀρετὴν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς εἶναι νενοηκότες. Εἷς γὰρ ἀμφοῖν ὁ Θεὸς εἷς, εἷς δὲ καὶ ὁ Παιδαγωγὸς ἀμφοῖν· μία Ἐκκλησία, μία σωφροσύνη, αἰδὼς μία, ἡ τροφὴ κοινὴ, γάμος συζύγιος, ἀναπνοὴ, ὄψις, ἀκοὴ, γνῶσις, ἐλπὶς, ὑπακοὴ, ἀγάπη, ὅμοια πάντα. Ἦν δὲ κοινὸς μὲν ὁ βίος, κοινὴ δὲ ἡ χάρις, κοινὴ δὲ καὶ ἡ σωτηρία· κοινὴ τούτων καὶ ἡ ἀγάπη καὶ ἡ ἀγωγή. Ἐν γὰρ τῷ αἰῶνι τούτῳ, φησὶ, *γαμοῦσι καὶ γαμίσκονται*, ἐν ᾧ δὴ μόνῳ τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος διακρίνεται· *ἐν ἐκείνῳ δὲ οὐκέτι*· ἔνθα τοῦ κοινωνικοῦ καὶ ἁγίου τούτου βίου τοῦ ἐκ συζυγίας τὰ ἔπαθλα,

✠ P. 103 ED. POTTER, 81 ED. PARIS. [61] Matth. xv, 14. [62] Joan. i, 14. [63] Luc. xx, 34.

(35) *Ἰσχνόν.* Scribi possit ἰσχύον, *potens*, quod habet Reg., ἰσχνὸν quidem habet Bod. Sed aliquis ῦ super ὸ primam scripsit.

(36) *Τῆς αὐτοῦ π.* Scribi possit τῆς δι' αὐτοῦ *προαιρέσεως*, *instituti*, *quod per eum accepimus*: vel, *sectæ*, *cujus ille auctor fuit*. Quam lectionem præbet Reg.

(37) *Εἰκόνων.* Conf. quæ prius dixit, hujus libri cap. 1, p 94.

(38) *Τὸ κατ' εἰκόν.* Respicit Gen. i, 26: *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν.* Conf. quæ adnotata sunt ad finem *Protreptici* pag. 94, n.

(39) *Ἄγωμεν οὖν τὰς ἐντ.* Locutio minus usitata. Sylburg. — In *Indice Græco* exp. ἄγωμεν τὰς ἐντολὰς δι' ἔργων, *in effectum mandata prodeamus*. Forte scribendum, ἄγωμεν οὖν εἰς τὰς ἐντολὰς δι' ἔργων Κυρίου· *tendamus ad præcepta per opera Christi*. Nam Christi præcepta optime implebit, qui ejus opera imitatur. Agit autem auctor de bonæ vitæ εἰκόσιν, *exemplaribus*.

(40) *Ἀνδρῶν καὶ.* Ἀνδρῶν τε καὶ Reg. Mox Λόγος omittit idem.

(41) *Ταύτην.* Idem argumentum copiose tractavit *Strom.* iv, p. 497 seq. et p. 521 seq.

οὐκ ἄρρενι καὶ θηλείᾳ, ἀνθρώπῳ δὲ ἀπόκειται, ἐπιθυμίας διαζεύξης αὐτὸν κεχωρισμένον (42). Κοινὸν οὖν καὶ τοὔνομα ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν, ὁ ἄνθρωπος. Ταύτῃ μοι δοκοῦσιν οἱ Ἀττικοὶ *παιδάριον* ἐπικοίνως (43) οὐ μόνον τὸ ἄρρεν, ἀλλὰ καὶ τὸ θῆλυ κεκληκέναι· εἴτῳ πιστὸς καταφαίνεται ὁ κωμικὸς (44) ἐν *Ῥαπιζομένῃ* Μένανδρος, ὡδέ πως λέγων·

*Τοὐμὸν θυγάτριον* (45)· *πάνυ γὰρ ἐστι τῇ φύσει*
*Φιλάνθρωπον τὸ παιδάριον σφόδρα.*

Ἄρνες δὲ δὴ ἐπίκοινόν ἐστιν ἀφελείας (46) ὄνομα ἄρρενός τε καὶ θήλεος ζώου. Αὐτὸς δὲ ἡμᾶς ὁ Κύριος ποιμαίνει εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Ἄνευ δὲ ποιμένος οὔτε πρόβατα, οὔτε ἄλλο οὐδέν πω βιωτέον· οὐδὲ δὴ παῖδας ἄνευ τοῦ Παιδαγωγοῦ· οὐδὲ μὴν οἰκέτας ἄνευ τοῦ Δεσπότου.

## ΚΕΦ. Ε'.

### *Ὅτι πάντες οἱ περὶ τὴν ἀλήθειαν καταγινόμενοι, παῖδες παρὰ τῷ θεῷ.*

Ὅτι μὲν οὖν ἡ παιδαγωγία *παίδων* ἐστὶν ἀγωγή, σαφὲς ἐκ τοῦ ὀνόματος. Λοιπὸν δέ ἐστι τοὺς παῖδας ἐπιθεωρῆσαι, οὓς αἰνίττεται ἡ Γραφή· εἶτα τὸν Παιδαγωγὸν αὐτοῖς ἐπιστῆσαι. Οἱ παῖδες, ἡμεῖς. Πολλαχῶς δὲ (47) ἡμᾶς ἐξομνεῖ, πολυτρόπως τε ἀλληγορεῖ (48) ὀνόμασι ποικίλοις τὸ ἁφελὲς τῆς πίστεως ἐξαλλάττουσα ἡ Γραφή. Ἐν γοῦν τῷ Εὐαγγελίῳ· *Σταθεὶς* (49), φησὶν, *ὁ Κύριος ἐπὶ τῷ αἰγιαλῷ, πρὸς τοὺς μαθητὰς* (ἁλιεύοντες δὲ ἔτυχον) *ἐνεφώνησέν τε· Παιδία, μή τι ὄψον ἔχετε;* τοὺς ἤδη ἐν ἕξει τῶν γνωρίμων, παῖδας προσειπών. *Προσήνεγκάν τε αὐτῷ*, φησὶ, *παιδία εἰς χειροθεσίαν εὐλογίας. Κωλυόντων δὲ τῶν γνωρίμων, εἶπεν ὁ Ἰησοῦς· Ἄφετε τὰ παιδία, καὶ μὴ κωλύετε αὐτὰ ἐλθεῖν πρὸς μέ·*

*non amplius:* ubi socialis et sanctæ hujus vitæ, quæ ex conjunctione proficiscitur, præmia non masculo ac feminæ, sed homini proponuntur, cum eum, quamdiu est separatus, sejungat cupido. Viris itaque et mulieribus communne nomen homo est. Ea ratione mihi videntur Attici παιδάριον epicœno genere non solum masculum, sed etiam feminam vocasse; si cui fide dignus videtur ✠ esse comicus Menander in *Rhapizomena*, qui sic dicit:

*Filiola mea: admodum enim natura*
*Benevolum est* παιδάριον, *puella.*

Jam vero ἄρνες quoque, quod *agnos* significat, est epicœnum simplicitatis nomen, animali mari et feminæ conveniens. Ipse autem Dominus nos pascit in sæcula sæculorum. Amen. Sine pastore autem, nec oves, nec quidquam potest aliud vivere; neque pueri sine Pædagogo, nec ministri sine Domino.

## CAP. V.

### *Quod omnes, qui circa veritatem versantur, sint apud Deum pueri.*

Quod itaque pædagogia quidem sit *puerorum educatio*, ex ipso nomine clarum est. Restat autem, ut pueros, quos Scriptura significat, consideremus, deinde Pædagogum eis præficiamus. Nos pueri sumus. Multifariam autem nos celebrat, multisque modis ac variis nominibus allegorice utitur Scriptura, simplicitatem fidei diversis rationibus immutans. In Evangelio itaque: *Cum in littore*, inquit, *stetisset Dominus, discipulos* (piscabantur autem) *allocutus est: Pueli, numquid obsonium habetis* [48]? eos pueros appellans, quos loco discipulorum habebat. *Et adduxerunt ei*, inquit, *pueros ad impositionem manuum benedictionis. Cum autem ejus discipuli prohiberent, dixit Jesus: Sinite puellos, et ne pro-*

✠ P. 101 ED. POTTER, 85 ED. PARIS. [48] Joan. XXI, 4, 5.

(42) *Ἐπιθυμίας δ. αὐτ. κεχωρισμένον.* Rectius forte legatur κεχωρισμένης, in hanc sententiam: *Cupiditate quæ ipsum divisit*, nempe in marem et fœminam, *sublata.* Lowthius.

(43) *Ἐπικοίνως.* Post hanc vocem, οἱ Ἀττικοὶ addit Bod. quod videtur e margine irrepsisse. De voce παιδάριον audiendus Suidas: Παιδάριον· οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ἀρρένων κέχρηνται τῷ ὀνόματι οἱ ῥήτορες, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν παρθένων. *Oratores non solum pueros, sed etiam puellas* παιδάρια *appellant.* Exemplum statim addit ex Hyperidis oratione in Timandrum. Παιδός similem usum observavit Hesychius, Παῖδες, τὸ πάλαι μὲν τέκνα ἀρσενικὰ καὶ θηλυκά. Omnes voces, usque ad παιδαρίων ætatem, communes esse refert Pollux lib. III. cap. 2: Ἐπὶ δὲ θηλειῶν τὰ μὲν πρῶτα μέχρι παιδαρίου κοινά· καὶ γὰρ τοῦτο κοινὸν ἀμφοῖν, θηλειῶν τε καὶ ἀρρένων. *Feminis communia sunt prima infantiam nomina usque ad* παιδάριον, *quod etiam ipsum commune est utrisque, et feminis et masculis.* Dein Menandri locum allegat, qui mox apud Clementem sequitur. Porro in margine Reg. et Bod. aliquis hoc scholium adnotavit: Πιστωσάμενος τὸν λόγον, ὡς ἀδιάφορον ἀνὴρ καὶ γυνὴ πρὸς ἀρετῆς ἐργασίαν· ἄμφω γὰρ ἄνθρωποι ὀνομάζονται· ὧν δὲ κοινὸν ὄνομα, τούτων καὶ ἡ πρᾶξις κοινή· καὶ ἀπὸ Μενάνδρου τοῦ ποιητοῦ τὴν πίστιν αὐθις καταδησάμενος, ὡς καὶ ἐπὶ ἄρρενος καὶ θήλεος κοινῶς Ἀττικῶν τὸ παιδάριον καταγορούντων· πιστοῦται τὸν λόγον ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου, πρόβατα καὶ ἀρνία τοὺς ἑαυτοῦ πιστοὺς ἀποκαλοῦντος, ἐν οἷς ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες ἀπολαμβάνονται.

(44) *Κωμικός.* Κοινωνικὸς Reg. perperam.

(45) *Τοὐμὸν θυγάτριον.* Clauduntur Menandri versus, quamvis non sint σκάζοντες. Una voce opus est, quæ τὸ κεχηνὸς τοῦ μέτρου suppleat:

*Τοὐμὸν θυγάτριον· πάνυ γὰρ ἐστι τῇ φύσει*
*Χαρίεν, φιλάνθρωπον τὸ παιδάριον σφόδρα.*

Nam illud τηρητέον de ipsa voce, ὅτι ἐπικοίνως παιδάριον οὐ μόνον τὸ ἄρρεν, ἀλλὰ καὶ τὸ θῆλυ οἱ Ἀττικοὶ καλοῦσι, tribus Grammaticorum ad oratores trahunt, quibus hoc esse usitatum notant: ὅτι οὐ μόνον ἐπὶ ἀρρένων κέχρηνται τῷ ὀνόματι, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν παρθένων. Hesychius.

(46) *Ἀφελείας.* Ὠφελείας Pal. ms. perperam. Sylburg. — Eandem lectionem in textu præbet Reg., sed aliquis ἀφελείας in margine adnotavit.

(47) *Δέ.* Omittit Reg.

(48) *Πολυτρόπως τε ἀλ.* Πολύτροπος Bod. itemque Reg. Sed cum in hoc accentus penultimæ insideat, videtur scriptoris errore pro πολυτρόπως positum fuisse. Porro Sylburgius in *Græci indice* ἀλληγορεῖ αὐτοὺς ὀνόμασι ποικίλοις exp. *variis nominibus eos per allegoriam appellat.* Verum hæc verba sic distingui et explicari debent: Πολλαχῶς δὲ ἡμᾶς ἐξομνεῖ, πολυτρόπως τε ἀλληγορεῖ, ὀνόμασι ποικίλοις τὸ ἁφελὲς τῆς πίστεως ἐξαλλάττουσα ἡ Γραφή. *Multifarium nos celebrat Scriptura, multisque modis significat, fidei simplicitatem variis nominibus immutans.*

(49) *Σταθείς.* Hoc loco, et seq. Evangeliorum sensum potius quam verba exprimit.

(34) *Πῶς οὖν.* Marcionitarum quæstio. Irenæus, lib. III, c. 42: *Rursus ut increpativum auferrent a Patre, et judiciale, indignum id Deo putantes, et sine iracundia et bonum arbitrantes se adinvenisse Deum, alterum quidem judicare, et alterum quidem salvare dixerunt, nescientes utrorumque auferentes sensum et justitiam.* Conf. Tertullianus *adv. Marcionem* lib. II, c. 11 et sq.

(35) *Χειρουργία.* Tertullianus *adv. Marcionem*, lib. II, cap. 16: *Non poterunt judici exprobrari, quæ judici accedunt, carentia et ipsa culpa, sicut et judex. Quid enim si medicum dicas esse debere, ferramenta vero ejus accuses, quod secent, et inurant, et amputent, et constringent? quando sine instrumento artis medicus esse non possit.*

(36) *Ἀπόστασις δὲ τὰ πάθη τῆς ἀλ.* Ἀπόστασις idem est quod ἀπόστημα, *suppuratio, abscessus humorum*, quos chirurgi a corpore τομῇ διαιρεῖν, *sectione abstrahere*, solent. Hinc τὰ πάθη, quæ resecare oportet, τῇ ἀποστάσει comparat. Sylburgius ait: « Ἀληθείας πάθη, si vera est scriptura, dici videntur quæ a corrupta veritate proficiscuntur vitia: ἀπιστίας ad præcedens ψυχή minus quadrat. » Lowthius dicit: « Quid si legatur ἀτιμίας, e Rom. I, 26. Stanlejus Comment. in Æschyli *Theb.* vers. 599: Legendum, inquit, τὰ βάθη, ad exemplum D. Joannis in Apocalypsi, qui τὰ βάθη τοῦ Σατανᾶ nominat. Pindarus *Nem.* IV, φρένα βαθεῖαν vocat: et βαθύφρονα sapientem. » Porro, ut meam tandem sententiam exponam, vulgata lectio satis commode retineri posse videtur si ἀληθείας non ad τὰ πάθη, quod faciunt eruditi viri jam memorati, sed ad ἀπόστασις referamus: Ἀπόστασις δὲ τὰ πάθη τῆς ἀληθείας, *sunt autem perturbationes abscessus veritatis.*

(37) Ὑπερσαρκώσεις. Ὑπὲρ σαρκώσεις, Bod.

(38) *Μεταλαμβάνειν.* Μεταλαμβάνει, Bog.

διατείνει. Ἀλλὰ καὶ ὁ στρατηγὸς, χρημάτων ζημίας, καὶ τὰς εἰς αὐτὰ τὰ σώματα διηκούσας αἰκίας (39) μετὰ δεσμῶν καὶ τῆς ἐσχάτης ἀτιμίας προστρέπων τοῖς ἠδικηκόσιν, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ θανάτῳ κολάζων τινὰς, τέλος ἔχει τὸ ἀγαθὸν ὑπὲρ νουθεσίας τῶν ὑπηκόων στρατηγῶν. Ὡσαύτως καὶ ὁ μέγας ἡμῶν ἐκεῖνος στρατηγὸς, ὁ τῶν ὅλων ἡγεμὼν Λόγος, τοὺς παρὰ τὸν νόμον ἀφηνιάζοντας τὸν αὐτοῦ, ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς δουλείας καὶ πλάνης καὶ τῆς τοῦ ἀντικειμένου αἰχμαλωσίας, εἰς καταστολὴν τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν νουθετῶν, ἐπὶ τὴν ἱερὰν τῆς πολιτείας ὁμόνοιαν εἰρηναγωγεῖ. Καθάπερ οὖν τῷ συμβουλευτικῷ λόγῳ παράκειται τὸ προτρεπτικὸν καὶ παρακλητικὸν εἶδος, οὕτω καὶ τῷ ἐγκωμιαστικῷ τὸ λοιδορητικὸν, καὶ ὀνειδιστικὸν καὶ ἐγκωμιαστικόν (40). Τὸ δὲ εἶδος τοῦτο τέχνη ἐστὶ ψεκτική (41). Εὐνοίας δὲ τὸ ψέγειν, οὐ μίσους σύμβολον. Ἄμφω μὲν γὰρ ὀνειδίζεται, καὶ ὁ φίλος καὶ ὁ μή· ἀλλ' ὁ μὲν ἐχθρὸς, ἐπιγελῶν, ὁ δὲ φίλος, εὐνοῶν. Οὐκ ἄρα διὰ μῖσος ὁ Κύριος τοῖς ἀνθρώποις λοιδορεῖται· οὓς καὶ ἑξὸν αὐτῷ ἀπολέσαι παρὰ τὰς ἰδίας αἰτίας, ὁ δὲ ὑπὲρ ἡμῶν καὶ πέπονθεν. Παιδαγωγὸς γὰρ ἅτε ἀγαθὸς, ἐντέχνως σφόδρα καὶ διὰ τῆς λοιδορίας ὑποδύεται τὸν ψόγον, οἱονεὶ μάστιγι, τῇ βλασφημίᾳ τὸ νωθρὸν τῆς διανοίας ἐπεγείρων. Πάλιν τε αὖ ἐν μέρει προτρέπειν ἐπιχειρεῖ τοὺς αὐτούς· οὓς γὰρ ὁ ἔπαινος οὐ προετρέψατο, τούτους παροξύνει ὁ ψόγος· καὶ οὓς ὁ ψόγος οὐκ ἐξεκαλέσατο εἰς σωτηρίαν καθάπερ νεκροὺς (42), τούτους πρὸς ἀνάθεσιν ἡ βλασφημία διανίστησι. *Μάστιγες γὰρ καὶ παιδεία ἐν παντὶ καιρῷ σοφίας. Συγκολλῶν ὄστρακον, καὶ διεγείρων* (43) *μωρὸν εἰς αἴσθησιν ἄγων, φησὶ, τὴν γῆν, καὶ τὸν ἀπηλπισμένον εἰς σύνεσιν ἐξύπνων·* διὰ τοῦτο ἐναργῶς ἐπήγαγεν, *Ἐξεγείρων καθεύδοντα ἐκ βαθέος ὕπνου*, ὃς τῶν ἄλλων μάλιστα θανάτῳ ἔοικεν. Καὶ δὴ αὐτὸς περὶ αὐτοῦ σαφέστατα οὕτως (44) ἐκφαίνει, *τὴν πολύτροπον καὶ πολυωφελῆ θεραπείαν ἀλληγορῶν, ὑπηνίκα εἶπών, Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ· καὶ ὁ Πατήρ μου ὁ γεωργός ἐστιν.* Εἶτα ἐπήγαγε πάλιν, *Πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μὴ φέρον καρπὸν, αἴρει αὐτό· καὶ πᾶν τὸ καρποφοροῦν* (45) *καθαίρει, ἵνα καρπὸν πλείω φέρῃ.* Καθυλομανεῖ (46) γὰρ μὴ κλαδευομένη ἡ ἄμπελος· οὕτω δὲ καὶ ὁ ἄνθρωπος. Καθαίρει δὲ αὐτοῦ τὰς ἐξυβριζούσας παραφυάδας ὁ Λόγος, ἡ μάχαιρα, καρποφορεῖν, οὐκ ἐπιθυμεῖν, τὰς ὀρέξεις ἀναγκάσας· ἡ δὲ πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐπιπληξις, ἔχει σκοπὸν τὴν σωτηρίαν, μεθαρμοζομένου (47) μουσικῶς τοῦ Λόγου, κατὰ τοὺς οἰκείους ἑκάστων τρόπους· πῇ

stusque ac superbiæ tumores exæquat, sanum ac verum hominem reparans ac restituens. Jam vero admonitio est veluti quædam diæta ægrotantis animæ, quæ ea, quæ sunt sumenda, consulit, et quæ non sunt, prohibet. Hæc autem omnia tendunt ad salutem et sanitatem æternam. Quin etiam dux exercitus, cum in eos, qui maleficium admiserunt, et mulctis pecuniariis, et pœnis, quæ cum vinculis et extrema ignominia ad corpus usque pervadunt, animadvertit, et nonnullos etiam nonnunquam morte punit, finem habet id, quod bonum est, ut qui ejus imperio subsunt, duces admoneantur. Ita etiam magnus ille noster imperator, universorum dux Verbum, eos, qui suæ legi non parent, ut a servitute et errore, et ab adversarii captivitate liberentur, ut animi perturbationes coerceant admonens, ad sacram reipublicæ concordiam pacifice deducit. Quemadmodum ergo orationi suasoriæ adjunctum est genus cohortatorium et monitorium, ita etiam laudatoriæ vituperatorium et exprobratorium. Est autem hoc genus ars quædam reprehensoria. Benevolentiæ autem, non odii signum est, reprehendere. Ambo enim probrum objiciunt, et amicus et inimicus; sed inimicus quidem irridens, amicus autem bene volens. Non ergo propter odium Dominus homines vituperat, quos cum propter nostra ipsorum scelera licuisset perdere, ipse pro nobis etiam passus est. Nam tanquam bonus Pædagogus, admodum artificiose vel per maledictum ad vituperandum irrepit, maledicto tanquam flagello mentis socordiam excitans. Rursus autem eosdem vicissim conatur adhortari. Quos enim laus non movit, eos incitat vituperatio; et quos tanquam mortuos vituperatio non excitat ad salutem, eos ad veritatem expergefacit maledictum. *Flagella* enim *et disciplina in omni tempore sapientiæ. Qui testam conglutinat, et stultum docet, ad sensum,* **51** inquit, ✠*terram ducens, et eum, qui est desperatus, acuens ad prudentiam.* Propterea aperte subjunxit: *Excitans dormientem e profundo somno*[a], qui est ex aliis rebus omnibus maxime morti similis. Porro autem ipse de se ipso apertissime exponit, multiplicem multisque modis utilem culturam allegorice significans, quando dicit: *Ego sum vitis vera, et Pater meus agricola est.* Deinde rursus subjunxit: *Omnis palmes in me non ferens fructum, tollit ipsum: et quidquid fructum fert, expurgat, ut amplius fructus ferat*[b]; silvescit enim

✠ P. 138 ED. POTTER, 115-116 ED. PARIS. [a] Eccli. xxii, 6-8. [b] Joan. xv, 1, 2.

(39) *Αἰκίας.* Hanc vocem legendam pro vulg. alcias, vidit etiam Hervetus interpres. Sylburg.

(40) *Καὶ ἐγκωμιαστικόν.* Commation hoc omisit Hervetus interpres, et certe superfluum est: aut pro ἐγκωμιαστικόν reponendum ἐπιπληκτικόν, vel simile quid. Sylburg. Forte ἐγκωμιαστικόν in margine annotatum, postea in textum irrepsit: dein καὶ connexionis gratia additum est.

(41) *Ψεκτική.* Ψεκτὴ Reg., Bod. Sylburg. ait: « Ψεκτὴ Pal. ms. Hervetus interpres ψηκτικὴ, *abstersoria*; nostrum ψεκτικὴ satis confirmant sequentia. »

(42) *Καθάπερ νεκρούς.* Hæc verba si ad ea quæ sequuntur referantur, hunc sensum dabunt: *Et quos reprehensio non provocavit ad salutem, eos tanquam mortuos, convitia excitant ad veritatem.*

(43) *Καὶ ὁ.* Ὁ ὁ. Ecclesiast.

(44) *Οὕτως.* Sic A., corruptum fortassis ex abbreviato ὁ Κς, id est ὁ Κύριος, Sylburg. Mox εἶπεν congruentius quam εἰπών. Idem.

(45) *Καρποφοροῦν κ.* Καρπὸν φέρον καθαίρει αὐτὸ, ἵνα πλείονα καρπὸν φέρῃ. Evang.

(46) *Καθυλομανεῖ.* Βαθυλομανεῖ Bod.

(47) *Μεθαρμοζομένου.* A. μεθαρμοσαμένου mavolt, forma media. Sylburg.

vitis, nisi putetur: ita etiam homo. Luxuriantes autem lascivientesque propagines Verbum, qui est gladius, expurgat, cogens appetitus non concupiscere, sed fructum ferre. Eorum autem, qui peccant, salutem intendit increpatio, Verbo se concinne applicante, pro propriis uniuscujusque moribus, alicubi quidem vehementi ac intenso, alicubi autem laxo ac remisso. Apertissime itaque per Moysem dictum est: *Bono estote animo: ut vos tentet, accessit Deus; ut sit timor ejus in vobis, ut non peccetis* [a]. Hinc pulchre quoque Plato cum didicisset: *Omnibus enim*, inquit, *revera bene fit, qui dant pœnas: juvantur enim, dum eis punitis melior evadit anima.* Si qui autem corriguntur, iis a justo bene fit; et ex sententia Platonis in confesso est, bonum esse quod justum est: ipse timor prodest, et ut hominibus bono esset, inventus est; quoniam *spiritus timens Dominum, vivet. Spes enim est in eum, qui ipsos salvos facit* [b]. Hic ipse autem, Verbum inquam, qui pœnas imponit, est judex. De quo dicit etiam Isaias: *Dominus tradidit ipsum peccatis nostris* [c]; peccatorum scilicet correctorem, et directorem: et ideo solus hic potest peccata remittere, noster a Patre universorum constitutus Pædagogus, qui solus ab obedientia potest discernere inobedientiam. Qui autem minatur, aperte ostendit se nihil mali velle facere, neque ea quæ minatur exsequi; sed incusso timore impetum ad peccata reprimit, et suam in homines benevolentiam ostendit, adhuc differens, et ostendens qualia sunt passuri si peccatores permaneant; non autem, sicut serpens, statim infixus mordet. Bonus est ergo Deus. Atque ipse quidem Dominus sermone ante factum sæpe utitur: *Sagittæ*, inquit, *meæ conficient ipsos, consumpti fame et morsu avium, et nervorum* ✠ *in cervicem convulsio immedicabilis. Dentes belluarum immittam in ipsos, cum ira serpentium super terram. Foris filiis eos orbabit gladius, et ex promptuariis metus* [d]. Non igitur Deus irascitur, ut nonnullis visum est, sed plerumque homines cohibet, semper autem hortatur, et quæ sunt agenda indicat. Bona autem est hæc ars, terrere ne pec-

μὲν, ἐπιτεινοντος αὐτοῦ, τὴ δι, ἀνέντος. Σαφέστατα οὖν διὰ Μωϋσέως λέλεκται· *Θαῤῥεῖτε, ἔρεκεν* (48) *τοῦ πειράσαι ὑμᾶς παρεγενήθη ὁ Θεός· ὅπως ἂν γένηται ὁ φόβος αὐτοῦ ἐν ὑμῖν, ἵνα μὴ ἁμαρτάνητε.* Ἐντεῦθεν καλῶς καὶ ὁ Πλάτων μαθὼν, *Πάντες* (49) *μὲν γὰρ*, φησὶν, *ὡς ἀληθῶς ἀγαθὰ πάσχουσιν οἱ δίκην διδόντες· ὠφελοῦνται γάρ, τῷ βελτίω τὴν ψυχὴν αὐτοῖς γίνεσθαι δικαίως κολαζομένοις.* Εἰ δὲ ἀγαθὰ πάσχουσιν ὑπὸ τοῦ δικαίου οἱ ἐπανορθούμενοι, καὶ κατὰ Πλάτωνα ὁμολογεῖται ἀγαθὸν εἶναι τὸ δίκαιον (50)· αὐτὸς γοῦν ὁ φόβος ὠφελεῖ, καὶ πρὸς ἀγαθοῦ τοῖς ἀνθρώποις ἐξηύρηται· ὅτι *πνεῦμα φοβούμενον* (51) *Κύριον ζήσεται· ἡ γὰρ ἐλπὶς ἐπὶ τὸν σώζοντα αὐτούς.* Ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος (52) Λόγος, δίκην ἐπιτιθεὶς, κριτής ἐστιν· περὶ οὗ καὶ Ἡσαΐας λέγει· *Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν·* διορθωτὴν δηλονότι, καὶ κατευθυντῆρα τῶν ἁμαρτιῶν· διὰ τοῦτο μόνος οὗτος οἷός τε ἀφιέναι τὰ πλημμελήματα, ὑπὸ τοῦ Πατρὸς τῶν ὅλων ὁ ταχθεὶς Παιδαγωγὸς ἡμῶν, μόνος ὁ τῆς ὑπακοῆς διακρῖναι τὴν παρακοὴν δυνάμενος. Ὁ δὲ ἀπειλῶν δῆλός ἐστι μηδὲν ἐθέλων πρᾶξαι κακὸν, μηδὲ ἅπερ ἀπειλεῖ, ἐπιτελέσαι· καταστήσας δὲ εἰς δέος, τὴν ἐπὶ τὰς ἁμαρτίας ἀνέκοψε φοράν· καὶ τὸ φιλάνθρωπον αὐτοῦ ἐνδείκνυται, μέλλων ἔτι, καὶ διασαφῶν οἷα πείσονται, εἰ παραμένουσιν ἁμαρτωλοί· οὐχὶ δὲ, ὥσπερ ὄφις ἐμφὺς, ἔδακεν εὐθέως. Ἀγαθὸς ἄρα ὁ Θεός. Καὶ ὁ γε Κύριος εἰς πολλὰ συγχρῆται πρὸ τοῦ ἔργου τῷ λόγῳ· *Τὰ γὰρ βέλη μου* (53), φησὶ, *συντελέσει αὐτούς· τηκόμενοι λιμῷ καὶ βρώσει ὀρέων· καὶ ἐπισθότονος ἀνίατος. Ὀδόντας θηρίων ἐξαποστελῶ εἰς αὐτοὺς μετὰ θυμοῦ συρόντων ἐπὶ τῆς γῆς. Ἔξωθεν ἀτεκνώσει αὐτοὺς μάχαιρα, καὶ ἐκ τῶν ταμιείων φόβος.* Ὡς οὐκ ὀργίζεται (54) τὸ Θεῖον, ᾗ τισιν ἔδοξεν, ἀλλὰ τὰ μὲν πλεῖστα ἀπέχεται, τὰ πάντα δὲ παρῄνεσε τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ ὑπέδειξεν ὡς πρακτέα. Ἀγαθὴ δὲ αὕτη ἡ τέχνη, ἐκφοβεῖν ἵνα μὴ ἁμάρτωμεν· *Φόβος γὰρ Κυρίου ἀπωθεῖται ἁμαρτήματα· ἄφοβος δ'* (55) *οὐ δυνήσεται δικαιωθῆναι*, φησὶν ἡ Γραφή. Καὶ τὴν κόλασιν ὁ Θεὸς οὐχ ὑπὸ ὀργῆς (56) ἐπιφέρει, ἀλλὰ τὸ δίκαιον σκοπεῖ· ὡς οὐ συμφέρει παραλειφθῆναι τὸ δέ-

✠ P. 139 ED. POTTER, 117 ED. PARIS. [a] Exod. xx, 20. [b] Eccli. xxxiv, 14, 15. [c] Isaiæ liii, 6. [d] Deut. xxxii, 23, 24, 25.

(48) *Θαῤῥεῖτε, ἔρ.* Θαρσεῖτε, ἕνεκεν γὰρ τοῦ π. Exod. Mox παρεγεννήθη ὁ Θεὸς παρ' ὑμᾶς ὅπ. Sylburg.

(49) *Πάντες.* Hanc sententiam uberrime tractat et probat Socrates in *Gorgia* Platonis, pag. 525 et seq. edit. Ficini.

(50) *Τὸ δ.* Τὸν δ. Bod.

(51) *Φοβούμενον, Φοβουμένων*, Ecclesiast. Mox *Ἐλπὶς αὐτῶν ἐπ.* Ibid.

(52) *Οὗτος.* Abest a Reg.

(53) *Βέλη μου.* Gr. in 1 *Pædag.*: Τὰ βέλη μου συντελέσει αὐτούς. LXX: Τὰ βέλη μου συντελέσω εἰς οὐτούς. Vulg. Latina: *Et sagittas meas complebo in eis.* Quod quidem ex Hebræo interpretantur, *extendam contra eos omnia mala.* In nova editione Romana legitur: Τὰ βέλη μου συμπολεμήσω εἰς αὐτούς. Quod vero sequitur ὀπισθότονος ἀνίατος, proprie indicat convulsionem corporis in partem posteriorem, quæ accidit ex contractione nervorum, qui vel in posteriorem, vel in anteriorem partem corpus flectere solent. Verbum Hebraicum *pestem amarissimam*, vel *exitialem morbum* significat, qui cito enecat. Collect. In Pal. ms. desunt hæc et sequentia, usque ad καὶ ἐπέκεινα τοῦ ἑνὸς, καὶ ὑπὲρ αὐτὴν μονάδα. Sylburg. Eadem absunt etiam a Reg. et Bod.

(54) *Οὐκ ὀργίζεται.* Ad hæc congruit etiam Chrysost.: Ὡς τὰ πολλὰ τῶν ἀνθρώπων οἱ πλείους οὐχ οὕτως τῇ τῶν χρηστῶν ἐπαγγελίᾳ, ὡς τῷ φόβῳ τῶν λυπηρῶν πρὸς ἀρετὴν ἔλκονται. H. Sylburg.

(55) Ἄφοβος δ'. In vulg. edit. Siracidæ legitur θυμὸς δ' ἄδικος· in quibusdam θυμώδης δ' ἀνήρ. Sylburg.

(56) *Οὐχ ὑπὸ ὀργῆς.* Deum absque ira punire, docet etiam Lactantius, *De ira Dei*, cap. 17; Ambrosius, lib. *De Noe*, cap. iv, et præclare Augustinus, *De civitate Dei* lib. xviii, c. 18: *Judicia Dei*, inquit, *licet occulta multa, tamen injusta nulla.* R. Sylburg.

χειον δι' ἡμᾶς. Αἱρεῖται δὲ ἕκαστος ἡμῶν τὰς τιμωρίας, αὐτὸς ἑκὼν ἁμαρτάνων· αἰτία (57) δὲ ἑλομένου· ὁ Θεὸς ἀναίτιος. *Εἰ δὲ ἡ ἀδικία ἡμῶν Θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι, τί ἐροῦμεν; μὴ ἄδικος ὁ Θεὸς, ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργήν* (58); μὴ γένοιτο! Λέγει γοῦν ἀπειλῶν· *Παροξυνῶ* (59) *τὴν μάχαιράν μου, καὶ ἀνθέξεται κρίματος ἡ χείρ μου· καὶ αὐτὸς ἀνταποδώσω δίκην τοῖς ἐχθροῖς, καὶ τοῖς μισοῦσιν ἀνταποδώσω. Μεθύσω τὰ βέλη μου ἀφ' αἵματος· καὶ ἡ μάχαιρά μου φάγεται κρέα ἀπὸ αἵματος τραυματιῶν.* Σαφὴς γὰρ ἐνταῦθα ὡς ἄρα οἱ μὴ διαχθρεύοντες τῇ ἀληθείᾳ, μηδὲ μισοῦντες τὸν Λόγον, οὐκ ἂν τὴν σφῶν αὐτῶν μισήσαιεν σωτηρίαν, ἐκφύγοιεν δ' ἂν τῆς ἔχθρας τὰ ἐπίτιμια. *Στέφανος ἄρα σοφίας*, ἣ φησιν ἡ Σοφία, *φόβος Κυρίου*. Σαφέστατα γοῦν διὰ τοῦ Ἀμὼς τοῦ προφήτου, τὴν οἰκονομίαν μεμήνυκεν ὁ Λόγος τὴν ἑαυτοῦ, *Κατέστρεψα ὑμᾶς*, λέγων, *καθὼς κατέστρεψεν ὁ Θεὸς Σόδομα καὶ Γόμορρα, καὶ ἐγένεσθε ὡς δαλὸς ἐξεσπασμένος ἐκ πυρός· καὶ οὐδ' ὡς* (60) *ἐπεστρέψατε πρὸς μέ*, λέγει Κύριος. Ὁρᾶτε, πῶς ὁ Θεὸς τὴν μετάνοιαν ὑπὸ φιλαγαθίας ζητεῖ· ἐνδείκνυταί τε παρὰ τὴν οἰκονομίαν τῆς ἀπειλῆς ἡσυχῇ τὸ φιλάνθρωπον τὸ ἑαυτοῦ. Ἀποστρέψω, φησὶ, τὸ *πρόσωπόν μου ἀπ' αὐτῶν, καὶ δείξω τί ἔσται αὐτοῖς*. Οὗ γὰρ τὸ πρόσωπον Κυρίου ἐπιβλέπει, εἰρήνη καὶ ἀγαλλίασις· οὗ δὲ ἀπέστραπται, παρείσδυσις γίνεται πονηρίας. Οὐ βούλεται οὖν ἐφορᾶν τὰ κακά· ἀγαθὸς γάρ ἐστι· παρορῶντος δὲ αὐτοῦ ἑκοντὶ διὰ τὴν ἀπιστίαν τὴν ἀνθρωπίνην γένεσιν ἴσχει κακία. *Ἴδε οὖν*, φησὶν ὁ Παῦλος, *χρηστότητα καὶ ἀποτομίαν Θεοῦ, ἐπὶ μὲν τοὺς πεσόντας ἀποτομίαν, ἐπὶ δὲ σὲ, χρηστότητα, ἐὰν ἐπιμείνῃς τῇ χρηστότητι*, τουτέστι τῇ εἰς Χριστὸν πίστει. Ἕπεται δὲ τῷ ἀγαθῷ, ἢ φύσει ἀγαθός ἐστιν, ἡ μισοπονηρία. Διὸ καὶ κολάζειν μὲν αὐτὸν ὁμολογήσαιμι τοὺς ἀπίστους· ἡ γὰρ κόλασις (61) ἐπ' ἀγαθῷ καὶ ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ κολαζομένου· ἔστι γὰρ ἐπανόρθωσις ἀντιτεινόντος· τιμωρεῖσθαι δὲ, μὴ βούλεσθαι. Τιμωρία δέ ἐστιν ἀνταπόδοσις κακοῦ, ἐπὶ τὸ τοῦ τιμωροῦντος συμφέρον ἀναπεμπομένη. Οὐκ ἂν δὲ ἐπιθυμήσῃ (62) τιμωρεῖσθαι ὁ ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ἡμᾶς προσεύχεσθαι διδάσκων. Ἀλλὰ ὅτι μὲν ἀγαθὸς ὁ Θεὸς καὶ ἅπαντες (63) ὁμολογοῦσιν οἱ πάντες· ὅτι δὲ καὶ δίκαιος ὁ αὐτὸς Θεὸς, οὗ μοι

cemus : *Timor enim Domini peccata extrudit : Qui est autem sine timore, non poterit justificari*, inquit Scriptura [a]. Deus autem non ex ira irrogat supplicium, sed quod justum est, considerat; nempe quod propter nos non expediat prætermitti quod justum est. Unusquisque autem nostrum supplicium eligit, cum sponte peccat : culpa est autem ejus, qui eligit; in Deum autem culpa conferri nequit. *Si autem injustitia nostra Dei justitiam commendat, quid dicemus? Nunquid est Deus injustus, qui infert iram? Absit* [b]! Dicit itaque minans : *Acuam gladium meum, et apprehendet judicium manus mea, et ipse retribuam jus inimicis, et iis, qui oderunt me, retribuam. Inebriabo sagittas meas sanguine, et gladius meus comedet carnes a sanguine vulneratorum* [c]. Hic ergo apertum est, quod qui non sunt inimici veritati, neque Verbum oderunt, illi suam ipsorum salutem odio non habuerint, sed inimicitiarum pœnas effugerint. *Corona itaque sapientiæ*, inquit Sapientia, *timor Domini* [d]. Apertissime autem per Amos prophetam sui consilii rationem Verbum significavit : *Everti vos*, dicens, *sicut Deus evertit Sodomam et Gomorrham, et fuistis sicut torris extractus ab igne : et ne sic quidem ad me conversi estis, dicit Dominus* [e]. Videte quomodo Deus propter suam bonitatem requirit pœnitentiam : et in ipsa minarum intentione tacite ostendit suam in homines benevolentiam : *Avertam*, inquit, *faciem meam ab ipsis, et ostendam quid erit ipsis* [f]. Ubi enim Domini facies respicit, illic est pax et exsultatio. Ubi autem faciem avertit, ingreditur vitium. Non vult ergo mala intueri : bonus enim est; sed cum ipse oculos avertit, sua sponte propter humanam infidelitatem ortum habet vitium. ✠ *Vide, ergo*, inquit Paulus [g], *bonitatem et severitatem Dei. In eos quidem qui ceciderunt, severitatem; in te autem bonitatem, si permanseris in bonitate*, hoc est fide in Christum. Eum autem, qui bonus est, quatenus natura bonus est, sequitur odium vitii. Et ideo fatebor quidem eum castigare infideles (castigatio enim est bono et utilitati ejus, qui castigatur; est enim ejus, qui resistit, correctio), ulcisci autem non velle. Est autem ultio, retributio mali quod immittitur, ad utilitatem ejus, qui ulciscitur. Ulcisci

✠ P. 140 ED. POTTER, 118 ED. PARIS. [a] Eccli. I, 27, 28. [b] Rom. III, 5, 6. [c] Deut. XXXII, 41, 42. [d] Eccles. I, 22. [e] Amos IV, 11. [f] Deut. XXXII, 20. [g] Rom. XI, 22.

(57) *Αἰτία*. Hanc gnomen respicit iterum Clemens *Strom.* I, pag. 271, 311, *Strom.* II, p. 395; *Strom.* IV, p. 555; *Strom.* V, p. 613; *Strom.* VII, p. 705, 711. *Clementin.* homil. 15, c. 8 : Καὶ γὰρ εἴρηταί τινι Ἑλλήνων σοφῷ· Αἰτία ἑλομένων, Θεὸς ἀναίτιος. *Etenim dictum est a quodam inter Græcos sapiente : Culpa eligentium est, Deus culpa vacat.* Pari modo apud Lucianum *De mercede conductis*, in fine : Μέμνησο τοῦ σοφοῦ λέγοντος, ὡς Θεὸς ἀναίτιος, αἰτία δ' ἑλομένου. Et ut cujusdam veterum profertur in falsi Origenis Commentario ad *Job.* XXXVIII, 7. Justin. M., *Apol.* I, p. 86, edit. Oxon. e Platone recitat : Ὥστε καὶ Πλάτων εἶπών, Αἰτία ἑλομένου, Θεὸς δ' ἀναίτιος. Quæ verba exstant in Platonis *De repub.* lib. X, paulo ante finem. Conf. Theodoretus, Serm. 6. *De curandis Græcorum affect.*; Eusebius, *Præparat. evang.* lib. V; *Adversus Hieroclem.* p. 512, 514; Gregorius Nazianz., *Contra Julianum* Invectiv. 1.

(58) *Ὀργήν. Κατ' ἄνθρωπον λέγω* addit Paulus.

(59) *Παροξυνῶ*. Παροξυνῶ ὡς ἀστραπὴν τὴν μ. Bibl. Græc. Mox, καὶ ἀποδώσω δίκ. Deum, μισοῦσίν με ἀντ. Mox, κρέα ἀφ' αἵματ. Ibid.

(60) *Ὡς*. Οὕτως. Bibl. Græc.

(61) *Ἡ γὰρ κόλασις*. Perimus enim, si pereamus. Cyprianus epist. 4, l. IV; Ambrosius in *psal.* CXVIII, serm. 9. R. Stebarc.

(62) *Ἐπιθυμήσῃ*. Cum potentiali ἄν magis congruit ἐπιθυμήσαι, vel Atticum ἐπιθυμήσειε. Id.

(63) *Καὶ ἅπαντες*. Pro ἅπαντες rectius cum C. leginus ἄκοντες, *inviti*. Alioqui pro ea legi posset etiam μόνος καὶ ὄντες, ut paulo post. Id.

autem non desideraverit, qui pro iis, *qui nos calumniantur*, nos *orare* docuit [a]. Atqui quod bonus sit Deus, omnes confitentur. Quod autem idem quoque Deus **52** justus sit, non est mihi plurimis verbis opus, si evangelicam Domini vocem adduxero. Unum quidem ipsum dicit : *Ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint : ut etiam mundus credat, quod tu me miseris. Et ego gloriam, quam dedisti mihi, dedi eis, ut unum sint, sicut nos unum sumus : ego in ipsis, et tu in me, ut sint perfecti in unum* [b]. Unum autem est Deus, et ultra unum, et supra ipsam unitatem. Et ideo particula illa, *Tu*, demonstrativam habens emphasim, cum, qui vere solus est, qui fuit, et est, et erit, Deum ostendit. In quibus tribus temporibus ponitur unum nomen, nempe *Qui est* [c]. Quod autem is ipse, qui solus Deus est, ipse quoque solus et vere justus sit, in Ipso testabitur Dominus Evangelio, dicens : *Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, illi quoque mecum sint, ut contemplentur gloriam meam quam dedisti mihi, quod dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater juste, et mundus te non cognovit ; ego autem te cognovi, et illi cognoverunt, quod tu me miseris, et notum eis feci nomen tuum, et notum faciam* [d]. Ilic est qui *reddit peccata patrum in filios iis qui oderunt, et faciens misericordiam iis qui diligunt* [e]. Qui enim hos quidem statuit *a dextris* [f], illos vero *a sinistris*, quatenus quidem Pater, cum sit bonus, mente concipitur, id solum quod est, *bonus* [g]. appellatus est : quatenus vero Filius, cum sit Verbum ejus, in Patre est, justus appellatur ex mutua, quæ est inter se, relatione, ut sit dilectionis æqualitate dimensum nomen potentiæ : *Virum*, inquit, *secundum opera sua judicabit* [h], Deo bono statere nobis justitiæ faciem, Jesum, notum faciente ; ✠ per quem etiam, tanquam ex æquali trutina, Deum cognovimus. De eo quoque aperte dicit Sapientia : *Misericordia enim et ira cum ipso. Dominus enim his utrisque solus est potens, iram effundens ad propitiationem ex magna sua misericordia. Ita etiam ejus*

A χρὴ πλειόνων ἔτι λόγων, τὴν Εὐαγγέλιον τοῦ Κυρίου παραθεμένῳ φωνήν (64). Ἕνα μὲν αὐτὸν λέγει, *Ἵνα πάντες ἓν ὦσι, καθὼς σὺ, Πάτερ, ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν σοί· ἵνα καὶ αὐτοὶ ἓν ἡμῖν ἓν ὦσιν· ἵνα καὶ* (65) *ὁ κόσμος πιστεύῃ, ὅτι σύ με ἀπέστειλας. Κἀγὼ τὴν δόξαν, ἣν ἔδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς ἡμεῖς ἕν· ἐγὼ ἐν αὐτοῖς, καὶ σὺ ἐν ἐμοὶ, ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἕν.* Ἓν δὲ ὁ Θεὸς, καὶ ἐπέκεινα τοῦ ἑνὸς, καὶ ὑπὲρ αὐτὴν μονάδα. Διὸ καὶ τὸ Σὺ μόριον, δεικτικὴν ἔχον ἔμφασιν, τὸν ὄντως μόνον ὄντα, ὃς ἦν (66), καὶ ἔστι, καὶ ἔσται, δείκνυσι Θεόν· καθ' ὧν τριῶν χρόνων ἓν ὄνομα κεῖται, *ὁ ὤν*. Ὅτι δὲ ὁ αὐτὸς μόνος ὢν Θεὸς καὶ δίκαιός ἐστιν ὁ αὐτὸς καὶ μόνος, καὶ ὄντως, ἐν τῷ αὐτῷ μαρτυρήσει Κύριος Εὐαγγελίῳ, λέγων· *Πάτερ, οὓς ἔδω-*

B *κάς* (67) *μοι, θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, κἀκεῖνοι ὦσι μετ' ἐμοῦ, ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμὴν, ἣν ἔδωκάς μοι· ὅτι ἠγάπησάς με πρὸ καταβολῆς κόσμου. Πάτερ δίκαιε· καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω· ἐγὼ δέ σε ἔγνων, κἀκεῖνοι ἔγνωσαν, ὅτι σύ με ἀπέστειλας, καὶ ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου, καὶ γνωρίσω. Οὗτός ἐστιν ὁ ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα τοῖς μισοῦσι, καὶ ποιῶν ἔλεος τοῖς ἀγαπῶσιν.* Ὁ γὰρ ἱστὰς τοὺς μὲν ἐκ δεξιῶν, τοὺς δὲ ἐξ εὐωνύμων, καθὸ μὲν Πατὴρ νοεῖται, ἀγαθὸς ὤν, αὐτὸ μόνον ὃ ἐστι κέκληται ἀγαθός (68)· καθὸ δὲ Υἱὸς, ὢν ὁ Λόγος αὐτοῦ, ἐν τῷ Πατρί ἐστι, δίκαιος προσαγορεύεται, ἐκ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως· ἀγάπης ἰσότητι μεμετρημένον ὄνομα δυνάμεως· *Ἀνδρα*, φησὶ, *κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ κρινεῖ* (69)· ἀγαθοῦ ζυγοῦ

C πρόσωπον ἡμῖν δικαιοσύνης, τὸν Ἰησοῦν, γνωρίσαντος τοῦ Θεοῦ, δι' οὗ καὶ τὸν Θεὸν, οἷον ἐκ τρυτάνης (70) ἰσοσθενοῦς, ἐγνωμεν. Ἐπὶ τούτου καὶ ἡ Σοφία διαῤῥήδην λέγει· *Ἔλεος γὰρ* (71) *καὶ ὀργὴ μετ' αὐτοῦ. Κύριος γὰρ ἀμφοῖν οὗτος μόνος δυνάστης, εὐλασμὸν ἔχχέων ὀργὴν κατὰ τὸ πολὺ ἔλεος αὐτοῦ. Οὕτω καὶ ὁ ἔλεγχος αὐτοῦ· ἐλέους γὰρ καὶ ἐλέγχου σκοπὸς ἡ τῶν ἐλεγχομένων σωτηρία.* Ναὶ μὴν ὅτι ἀγαθὸς αὐτὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ, ὁ αὐτὸς πάλιν ὁμολογήσει Λόγος, *Ὅτι αὐτὸς χρηστός ἐστιν ἐπὶ τοὺς ἀχα-*

✠ P. 141 ED. POTTER, 119 ED. PARIS. [a] Matth. v, 44. [b] Joan. xvii, 21, 22, 23. [c] Exod. iii, 14. [d] Joan. xvii, 24, 25, 26. [e] Exod. xx, 5, 6. [f] Matth. xx, 21 ; xxv, 33. [g] Matth. xix, 17. [h] Eccli. xvi, 13.

(64) *Εὐαγγέλιον... φωνήν.* Theophilus ad *Autolyc.* lib. III, p. 126, edit. Paris.: Ἡ δὲ εὐαγγέλιος φωνὴ ἐπιτατικώτερον διδάσκει. *Vox Evangelica vehementius docet.*

(65) *Καὶ.* Abest a Joan. Mox, καὶ ἐγὼ τὴν δόξαν, ἣν δέδωκας. Ibid. Dein, ἡμᾶς ἐσμέν, Ibid.

(66) *Ὃς ἦν.* Apoc. xi, 17 : *Ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος.*

(67) *Ἔδωκας.* Δέδωκας Joan. — Mox, καὶ οὗτοι pro κἀκεῖνοι Ibid.

(68) *Ἀγαθός.* Lowthius mavult ἀγαθόν.

(69) *Κρινεῖ. Κρίνει*, Ecclesiast.

(70) *Τρυτάνης.* Hæc explicat Clemens sub finem cap. 9 hujus libri : Καὶ πρῶτος οὗτος τὴν ἐξ οὐρανῶν ἀγαθὴν κατήγγειλε δικαιοσύνην· Οὐδεὶς ἔγνω τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, λέγων, οὐδὲ τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱός. Αὕτη ἡ ἀντιπαλαντεύουσα γνῶσις ἐπίστης δικαιοσύνης ἀρχαίας σύμβολον. *Isque primus e cœlis bonam annuntiavit justitiam, cum diceret : « Nemo novit Filium, nisi Pater ; neque Patrem, nisi Filius. » Hæc reciproca et ex æquo ponderans cognitio primævæ justitiæ symbolum.* Conf. Joan. xii, 45 ; xiv, 9.

(71) *Ἔλεος γάρ.* Hæc sic scribe et distingue : Ἔλεος γὰρ καὶ ὀργὴ μετ' αὐτοῦ· Κύριος γὰρ ἀμφοῖν οὗτος μόνος· δυνάστης εὐλασμῶν, ἐχχέων ὀργήν. Κατὰ τὸ πολὺ ἔλεος αὐτοῦ, οὕτω καὶ ὁ ἔλεγχος αὐτοῦ. *Misericordia enim et ira est cum illo ;* solus enim ambarum dominus est : *Potens propitiationum, effundens iram. Secundum multam misericordiam ejus, sic etiam correctio ejus.* Siracides hoc modo scribit, cap. xvi, 12, 13 : Ἔλεος γὰρ καὶ ὀργὴ παρ' αὐτοῦ· δυνάστης ἐξιλασμῶν, καὶ ἐχχέων ὀργήν. Κατὰ τὸ πολὺ ἔλεος αὐτοῦ, οὕτω καὶ πολὺς ὁ ἔλεγχος αὐτοῦ. Ἄνδρα κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ κρίνει. Hæc porro verba, Κύριος γὰρ, ἀμφοῖν οὗτος μόνος, sunt παρενθήκη Clementis. Sylburgius εὐλαστον scribi voluit pro εὐλασμον.

*ριστους καὶ πονηρούς·* καὶ *προσέτι, Γίνεσθε οἰκτίρμονες,* λέγων, *καθὼς ὁ Πατὴρ* (72) *ὑμῶν οἰκτίρμων ἐστίν.* Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὀπηνίκα διαῤῥήδην λέγει· *Οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ ὁ Πατήρ* (73) *μου, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Ἐπὶ τούτοις αὖθις· *Ὁ Πατήρ μου,* φησὶν, *ἐπιλάμπει τὸν ἥλιον τὸν αὐτοῦ ἐπὶ πάντας.* Παρασημειωτέον ἐνταῦθα, ὅτι τὸν αὐτοῦ Πατέρα τὸν ἀγαθὸν, καὶ δημιουργὸν εἶναι ὁμολογεῖ· δίκαιος δὲ ὁ δημιουργὸς εἶναι οὐκ ἀντιλέγεται. Καὶ πάλιν, *Ὁ Πατήρ* (74) *μου,* φησὶ, *βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους·* καὶ καθὸ μὲν βρέχει, δημιουργὸς ὑδάτων ἐστὶ καὶ νεφῶν· καθὸ (75) δὲ ἐπὶ πάντας, δικαίως ἰσοστατεῖ καὶ ἀρετῆς· ὡς δὲ ἀγαθὸς, *ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους ὁμοίως.* Σαφέστατον τοίνυν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι Θεὸν συλλογιζόμεθα, ὧδέ πως, ὅτι, *Ὄψομαι τοὺς οὐρανοὺς ἔργα τῶν δακτύλων σου·* καὶ, *Ὁ κτίσας τοὺς οὐρανοὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς κατοικεῖ·* καὶ, *Ὁ οὐρανὸς θρόνος σου,* τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐψάλλειν· ὁ δὲ Κύριος φησὶν ἐν τῇ προσευχῇ, *Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς·* οὐρανοὶ δὲ τοῦ κτίσαντος τὸν κόσμον εἰσὶν. Ἀναντίῤῥητον ἄρα μὴ οὐχὶ τὸν υἱὸν εἶναι τὸν Κύριον τοῦ Δημιουργοῦ. Εἰ δὲ ὁ κτίστης πρὸ πάντων ὁμολογεῖται δίκαιος, υἱὸς δὲ τοῦ Δημιουργοῦ ὁ Κύριος, υἱὸς ἄρα τοῦ δικαίου ὁ Κύριος. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος φησὶ· *Νυνὶ δὲ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη Θεοῦ πεφανέρωται·* καὶ πάλιν, ἵνα μᾶλλον ὑπολάβῃς Θεόν· *Δικαιοσύνη δὲ Θεοῦ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς πάντας τοὺς* (76) *πιστεύοντας· οὐ γάρ ἐστι διαστολή.* Καὶ προσέτι μαρτυρῶν τῇ ἀληθείᾳ, μετ' ὀλίγα ἐπιφέρει· *Ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ· πρὸς τὴν ἔνδειξιν* (77) *τοῦ εἶναι αὐτὸν δίκαιον, καὶ δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως Ἰησοῦ.* Τὸ δὲ δίκαιον ἀγαθὸν εἰδὼς, φαίνεταί που λέγων· *Ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή·* καὶ κατὰ τῆς αὐτῆς δυνάμεως ἄμφω τάσσων τὰ ὀνόματα. Ἀλλὰ καὶ *οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ* αὐτοῦ. Ὁ αὐτὸς ἄρα Πατὴρ αὐτοῦ, ὁ ἓν ὢν, πολλαῖς μηνυόμενος δυνάμεσι· καὶ τοῦτο ἦν τὸ, *Οὐδεὶς ἔγνω τὸν Πατέρα,* πάντα αὐτὸν ὄντα, πρὶν ἐλθεῖν τὸν Υἱόν. Ὡς εἶναι (78) ταῖς ἀληθείαις καταφανὲς τὸ τῶν συμπάντων (79) Θεὸν ἕνα μόνον εἶναι, ἀγαθὸν, δίκαιον, δημιουργὸν, Υἱὸν ἐν Πατρὶ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων (80). Ἀμήν. Ἀλλ' οὐδὲ ἀλλότριον τοῦ σωτηρίου Λόγου, κηδεμονικῶς λοιδο-

*reprehensio* [a]; misericordiæ enim et reprehensionis scopus salus est eorum qui reprehenduntur. Jam vero quod bonus sit idem Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, idem Verbum rursus confitebitur, dicens eum esse *bonum in ingratos et in improbos;* et præterea dum dicit: *Estote misericordes, sicut Pater vester est misericors* [b]. Quinetiam quando aperte dicit: *Nemo bonus nisi Pater meus, qui est in cœlis* [c]. Deinde rursus: *Pater,* inquit [d], *meus solem suum splendere facit super omnes.* Illic notandum est quod Patrem suum, qui bonus est, opificem quoque et creatorem esse fatetur. Quod autem justus sit creator, nulla est controversia. Et rursus: *Pater meus,* inquit, *pluit super justos et injustos* [e]; et quatenus quidem pluit, est aquarum et nubium opifex; quatenus autem super omnes, juste et cum virtute diligit æquilibrium: tanquam bonus autem, *super justos et injustos* similiter. Apertissime ergo unum et eumdem esse Deum ratiocinatione colligimus, hoc modo: *Videbo cœlos opera digitorum tuorum* [f]; et, *Qui creavit cœlos, in cœlis habitat:* et, *Cœlum sedes tua,* Spiritus sanctus cecinit [g]: Dominus autem dicit in precatione: *Pater noster, qui es in cœlis* [h]; Cœli autem sunt ejus, qui mundum creavit: contradici ergo non potest, quin Dominus sit filius Opificis. Quod si ante omnia in confesso est, justum esse Creatorem: Opificis autem filius est Dominus; ejus ergo, qui est justus, filius est Dominus. Quocirca Paulus quoque dicit: *Nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est* [i]. Et rursus, ut magis Deum censeas: *Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi in omnes credentes. Non est enim distinctio.* Et præterea ferens testimonium veritati, paulo post subjungit [j]: *In tolerantia Dei: ad ostensionem quod sit idem justus, et justificans eum, qui est ex fide, Jesus.* Quod autem justum est, id bonum esse nosse apparet, cum dicit [k]: *Quare lex quidem sancta, et præceptum sanctum, et justum, et bonum;* de eadem potestate utrumque nomen usurpans. Atqui *nullus est etiam bonus, nisi Pater* ejus [l]. Idem est ergo Pater ejus, qui, cum unum sit, multis significatur potestatibus. Et hoc sibi volebat illud: *Nemo novit Patrem* [m], qui quidem erat ipse omnia, priusquam veniret Filius: ut sit

✠ P. 142 ED. POTTER, 120 ED. PARIS. [a] Eccl. xvi, 12, 13. [b] Luc. vi, 35, 36. [c] Matth. xix, 17. [d] Matth. v, 45. [e] Ibid. [f] Psal. viii, 4. [g] Ibid. ii, 4; x, 5; ciii, 19. [h] Matth. vi, 9. [i] Rom. iii, 21, 22. [j] Ibid. 26. [k] Rom. vii, 12. [l] Matth. xix, 17. [m] Luc. x, 22; Joan. xvii, 25.

(72) *Ὁ Π.* Καὶ ὁ Π. Luc.

(73) *Εἰ μὴ ὁ Π.* Paulo infra eodem modo hoc Christi dictum recitat. Sed Evangelistæ omnes habent, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός. Matth. xix, 17; Marc. x, 18; Luc. xviii, 19.

(74) *Ὁ Πατήρ.* Evangeliorum sensum, non verba, pro more suo, præbet.

(75) *Καθό.* Καθὸ δὲ ἐπὶ πάντας δικαίους, ἰσοστ. Pal. ms. Haud scio an melius δικαίου, aut dativo casu δικαίῳ καὶ ἀρετῇ. Sylb. — Scribe καθὸ δὲ ἐπὶ πάντας, δικαίως ἰσοστατεῖ, καὶ μετ' ἀρετῆς. Frustra est doctissimus Sylburgius. Heinsius.

(76) *Εἰς πάντας τούς.* Εἰς πάντας καὶ ἐπὶ πάντας τους, apud Paulum.

(77) *Ἔνδειξιν.* Ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, ἐν τῷ νῦν καιρῷ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον, καὶ δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως Ἰησοῦ, apud Paulum, διοτ-κοῦντα pro δικαιοῦντα, Reg.

(78) *Ὡς εἶναι.* Cl. Bullus, *Defensionis fidei Nicænæ* sect. 2, cap. 6, p. 89, ad hæc verba dicit: « Hic lectori non prorsus stupido, monitore non opus est, ut intelligat, Filium in Patre et cum Patre statui universorum Deum, qui solus sit bonus et justus Opifex, cuique proinde gloria in æternum ascribi debeat. »

(79) *Τῶν συμπ.* Fortasse melius τὸν συμ. Sylburg.

(80) *Τῶν αἰώνων.* Hæc verba abesse a Pal. ms. testatur Sylburg. Absunt etiam a Reg. et Bod.

vere apertum, quod qui est universorum Deus, unus solus sit, bonus, justus, opifex, Filius in Patre, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen. Sed neque a salutari Verbo est alienum, dum cura aliquorum ab eo geritur convitiari. Etenim, hoc quoque est medicamentum divinæ benignitatis, ex quo efflorescit rubor pudoris, et ad peccandum subit verecundia. Si enim oportet vituperare, oportet etiam conviciari : quando animam, quæ dolere desiit, tempus est non lethaliter sauciare, sed salubriter, ita ut exiguo dolore mortem æternam lucretur. In pædagogia autem ejus magna est sapientia, et varia est ejus administrationis ratio ad salutem. Bonis enim fert testimonium Pædagogus. Vocatos autem, ad meliora evocat; et eos, qui ad injuriam faciendam properant, ab impetu avertit, et ad vitam meliorem sese traducere hortatur. Non est enim alterum absque testimonio, cum alteri fertur testimonium : et gratia est maxima, quæ proficiscitur ex testimonio. Porro autem iræ quoque affectio (si ira vocanda sit ejus admonitio) est plena benevolentiæ in homines, Deo ad affectiones descendente propter hominem, propter quem Verbum Dei homo factus est.

ρεῖσθαι. Καὶ γὰρ οὖν καὶ τοῦτο τῆς θείας φιλανθρωπίας φάρμακον, ἐξ οὗ τὸ τῆς αἰδοῦς ἐρύθημα ἐξανθεῖ, καὶ ἡ πρὸς τὸ ἁμαρτάνειν αἰσχύνη παρεισδύεται· εἰ γὰρ ψέξαι χρή, καὶ λοιδορεῖσθαι δεῖ· ἔνθα (81) τὴν ἀπηλγηκυῖαν ψυχὴν καιρός ἐστι τρῶσαι, οὐ θανασίμως, ἀλλὰ σωτηρίως, ὀλίγης ἀλγηδόνος ἀΐδιον κερδάναντα θάνατον. Πολλὴ δὲ ἡ σοφία περὶ τὴν παιδαγωγίαν αὐτοῦ, καὶ ὁ τρόπος τῆς οἰκονομίας αὐτοῦ ποικίλος εἰς σωτηρίαν. Προσμαρτυρεῖ μὲν γὰρ τοῖς ἀγαθοῖς ὁ Παιδαγωγός· ἐκκαλεῖται δὲ τοὺς κλητοὺς ἐπὶ τὰ βελτίω, καὶ τοὺς ἀδικεῖν σπεύδοντας ἀποτρέπει τῆς ὁρμῆς· μεταθέσθαι δὲ εἰς ἀμείνω βίον παρακελεύεται. Οὐχ ἕτερον γὰρ ἁμάρτυρον, θατέρου προσμαρτυρουμένου· ἥ τε χάρις ἐκ μαρτυρίας μεγίστη. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐμπαθὲς τῆς ὀργῆς (εἰ δὲ ὀργὴν τὴν νουθεσίαν αὐτοῦ χρὴ καλεῖν) φιλάνθρωπόν ἐστιν, εἰς πάθη καταβαίνοντος τοῦ Θεοῦ διὰ τὸν ἄνθρωπον, δι' ὃν καὶ γέγονεν ἄνθρωπος ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ.

## 53 CAP. IX.

*Quod ejusdem sit potestatis et benefacere, et juste punire; in quo etiam dicitur, quis sit modus pædagogiæ Verbi.*

Omnibus ergo viribus, humanæ naturæ Pædagogus, divinum nostrum Verbum, utens omnibus sapientiæ machinis, infantes conservare aggressus est, admonens, reprehendens, increpans, arguens, minans, sanans, promittens, gratificans, multis quibusdam veluti frenis a ratione alienas humanæ naturæ appetitiones alligans. Ut ergo paucis dicam, in nos ita se gerit Dominus, ut nos in nostros filios. *Sunt tibi filii? castiga eos* ✠, suadet Sapientia, ✠ *et inflecte eos a juventute sua. Sunt tibi filiæ? attende corpori earum, et ne vultum tuum apud eas exhilaveris.* Atqui liberos nostros, filios et filias, valde et supra quodcunque aliud amamus. Quoniam autem iis, qui ad gratiam loquuntur, parum est quod molestia non afficiunt; qui autem ad utilitatem acerbi sunt, etsi in præsentia molesti sint, in futuram postea ætatem beneficio afficiunt; non præsentem voluptatem Dominus, sed futuram spectavit delectationem. Quare jam benignæ illius pædagogiæ modum percurramus cum prophetico testimonio. Est ergo admonitio cum cura conjuncta vituperatio, quæ intelligentiam parit. Talis est Pædagogus admonitor, ut quando dicit in Evangelio : *Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, et noluistis* ♭?

## ΚΕΦ. Θ'.

*Ὅτι τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ εὐεργετεῖν, καὶ κολάζειν δικαίως· ἐν ᾧ, τίς ὁ τρόπος τῆς Παιδαγωγίας τοῦ Λόγου.*

Παντὶ τοίνυν σθένει ὁ τῆς ἀνθρωπότητος Παιδαγωγός, ὁ θεῖος ἡμῶν Λόγος, πάσῃ κατακρώμενος σοφίας μηχανῇ, σώζειν ἐπιβέβληται τοὺς νηπίους, νουθετῶν (82), ἐπιτιμῶν, ἐπιπλήττων, ἐλέγχων, ἀπειλούμενος, ἰώμενος, ἐπαγγελλόμενος, χαριζόμενος· πολλοῖς τισὶν οἷονεὶ χαλινοῖς τὰς ἀλόγους τῆς ἀνθρωπότητος δεσμεύων ὁρμάς. Συνελόντι γοῦν εἰπεῖν, οὕτως ὁ Κύριος πρὸς ἡμᾶς, ὡς καὶ ἡμεῖς πρὸς τὰ τέκνα ἡμῶν. *Τέκνα σοί ἐστι; παίδευσον αὐτά*, ἡ Σοφία παραινεῖ· *καὶ κάμψον* (83) *αὐτὰ ἐκ νεότητος αὐτῶν. Θυγατέρες σοί εἰσι; πρόσεχε τῷ σώματι αὐτῶν, καὶ μὴ λαμπρύνῃς πρὸς αὐτὰς τὸ πρόσωπόν σου.* Καί τοι τὰ τέκνα ἡμῶν, υἱούς τε καὶ θυγατέρας, σφόδρα καὶ ὑπὲρ πᾶν ὁτιοῦν ἀγαπῶμεν. Ἐπεὶ δ' οἱ μὲν πρὸς χάριν ὁμιλοῦντες, ὀλίγον ἀγαπῶσιν ὃ (84) μὴ λυποῦσιν, οἱ δὲ πρὸς ὠφέλειαν ἐπιστρέφοντες, εἰ καὶ παραυτίκα λυπηροί, ἀλλὰ εἰς τὸν ἔπειτα εὐεργετοῦσιν αἰῶνα· οὐ τὴν παραυτίκα ἡδονὴν ὁ Κύριος, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐσκόπησε τρυφήν. Ἐπίωμεν δὲ ἤδη καὶ τὸν τρόπον αὐτοῦ τῆς φιλανθρώπου παιδαγωγίας μετὰ μαρτυρίας προφητικῆς. Νουθέτησις μὲν οὖν ἐστι, ψόγος κηδεμονικός, νοῦ ἐμποιητικός. Τοιοῦτος ὁ Παιδαγωγὸς νουθετῶν, ὡς κἂν τῷ Εὐαγγελίῳ λέγων· *Ποσάκις ἠθέλησα συναγαγεῖν* (85) *τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις*

✠ P. 143 ED. POTTER, 121 ED. PARIS. ♭ Eccli. VII, 25, 26. ♭ Matth. XXIII, 37.

(81) *Ἔνθα.* Ἐνταῦθα, Bod.

(82) *Νουθετῶν.* Tertull. *Ad uxor.* lib. II, cap. 2: *Jubet et suadet, et præcipit et hortatur, et rogat et comminatur.* Clemens superius in *Protrept.* pag. 6 : Ὁ Κύριος ἑλκεῖ, παιδεύει, προτρέπει, νουθετεῖ, σώζει, φυλάττει. Mox, ἐπιτιμῶν abest a Bod., Reg.

(83) *Κάμψον. Κάμψον ἐκ νεότητος τὸν τράχηλον αὐτῶν*, Ecclesiast.

(84) Ὅ. Ὃ positum pro ὅτι, seu διό, nisi malis ᾧ, id est ἐφ' ᾧ, *eo quod.* SYLBURG. — Lege ὃν. LOWTH.

(85) *Συναγαγεῖν. Ἐπισυναγαγεῖν*, ut mox, *ἐπισυνάγει*, Evang. Dein, *ποσσὰ ἑαυτῆς*, ibid.

συνάγει τὰ νεοσσία αὐτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας αὐτῆς (86), καὶ οὐκ ἠθελήσατε; αὖθίς τε ἡ Γραφὴ νουθετεῖ· Καὶ ἐμείχνυον, λέγουσα, τὸ ξύλον καὶ τὸν λίθον· καὶ ἐθυμίασαν τῇ Βάαλ. Μέγιστον γὰρ τεκμήριον τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ, ὅτι, καίτοι σαφῶς εἰδὼς τὴν ἀναισχυντίαν τοῦ ἐκλακτίσαντος λαοῦ καὶ ἀποσκιρτήσαντος, ὅμως ἐπὶ τὴν μετάνοιαν παρακαλεῖ, καὶ φησι διὰ τοῦ Ἰεζεκιήλ· Υἱὲ ἀνθρώπου, ἐν μέσῳ σκεμπίων σὺ κατοικεῖς· πλὴν λάλησον αὐτοῖς, ἐὰν ἄρα ἀκούσωσιν. Ἀλλὰ καὶ τῷ Μωσεῖ (87)· Πορεύου, φησὶ, καὶ εἰπὲ τῷ Φαραὼ, ἵνα ἐξαποστείλῃ τὸν λαόν· ἐγὼ δὲ οἶδα ὅτι οὐ μὴ ἐξαποστείλῃ (88) αὐτούς. Ἐμφαίνει γὰρ ἅμφω, καὶ τὸ θεῖον, προειδὼς τὸ ἐσόμενον, καὶ τὸ φιλάνθρωπον τὸ αὐτοῦ, τῷ αὐτεξουσίῳ τῆς ψυχῆς ἀφορμὰς μετανοίας χαριζόμενος. Νουθετεῖ δὲ καὶ διὰ Ἡσαΐου, κηδόμενος τοῦ λαοῦ (89), ὁπηνίκα λέγει· Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσιν (90) αὐτῶν τιμῶσί με· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἐστὶν ἀπ' ἐμοῦ· τοῦτό ἐστι ψόγος ἐλεγκτικός. Μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας (91), ἐντάλματα ἀνθρώπων. Ἐνταῦθα ἡ κηδεμονία, φανερώσασα τὴν ἁμαρτίαν, ἐκ παραλλήλου δείκνυσι τὴν σωτηρίαν. Ἐπιτίμησις δὲ ἐπὶ ψόγος ἐπ' αἰσχροῖς, οἰκειῶν πρὸς τὰ καλά· τοῦτο ἐνδείκνυται διὰ Ἱερεμίου· Ἵπποι θηλυμανεῖς ἐγενήθησαν· ἕκαστος ἐπὶ τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἐχρεμέτιζεν (92). Μὴ ἐπὶ τούτοις οὐκ ἐπισκέψομαι, λέγει Κύριος, ἢ ἐν λαῷ τῷ τοιούτῳ οὐκ ἐκδικήσει ἡ ψυχή μου; Παραπλήκτει δὲ πανταχοῦ τὸν φόβον, ὅτι φόβος (93) Κυρίου, ἀρχὴ αἰσθήσεως. Καὶ πάλιν διὰ Ὡσηέ· Οὐκ ἐπισκέψομαι, φησὶν, αὐτούς; ὅτι αὐτοὶ μετὰ τῶν πορνῶν συνεμείγοντο, καὶ μετὰ τῶν τετελεσμένων ἔθυον, καὶ ὁ λαὸς (94) ὁ συνιὼν συνεπλέκετο πόρνῃ. Δείκνυσιν αὐτῶν φανερώτερον τὸ ἁμάρτημα συνιέναι αὐτοὺς ὁμολογῶν, ὡς ἑκόντας ἁμαρτάνοντας. Καὶ ἡ σύνεσις ὄψις ἐστὶ ψυχῆς, διὸ καὶ ὁ Ἰσραὴλ, ὁρῶν τὸν Θεὸν (95), τουτέστιν, ὁ συνιὼν τὸν Θεόν. Μέμψις δέ ἐστι ψόγος, ὡς ὀλιγωρούντων, ἢ ἀμελούντων. Κέχρηται τῷ τρόπῳ τούτῳ τῆς παιδαγωγίας διὰ Ἡσαΐου λέγων· Ἄκουε, οὐρανέ, καὶ ἐνωτίζου, γῆ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν· Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα· αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν. Ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω. Πῶς γὰρ οὐ δεινόν, εἰ ὁ εἰδὼς τὸν Θεὸν, οὐ γνώσεται τὸν Κύριον, ἀλλ' ὁ μὲν (96) βοῦς καὶ ὄνος, τὰ νωθῆ ζῶα καὶ

A Et rursus Scriptura admonet: *Et mœchati sunt*, dicens, *in lignum et lapidem, et suffumigarunt Baal* [a]. Maximum autem signum est ejus benignitatis, quod licet aperte sciret impudentiam populi, qui recalcitrabat et resiliebat, aperte tamen adhortatur ad pœnitentiam, et dicit per Ezechiel: *Fili hominis, in medio scorpiorum tu habitas; verumtamen loquere ipsis, si forte audierint* [b]. Quin etiam Moysi dicit: *Vade, et dic Pharaoni, ut emittat populum: ego autem novi, quod non emittet ipsos* [c]. Utrumque enim aperte ostendit, et divinitatem, ex præscientia futuri; et benignitatem, eo quod libero animi arbitrio largitus sit occasionem pœnitentiæ. Admonet etiam per Isaiam, populi curam gerens, quando dicit: *Hic populus labiis me honorat, cor autem*
B *eorum longe est a me*; hæc est vituperatio coarguens: *Frustra autem me colunt, docentes doctrinas, mandata hominum* [d]: hic curatio, cum peccatum manifestavit, e vestigio salutem ostendit, increpatio autem est propter turpia vituperatio, quæ ad honesta conciliat. Hoc ostenditur per Jeremiam: *Equi in feminas insanientes facti sunt: unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat. Nunquid propter hæc non visitabo*, dicit Dominus, *vel in populo tali non vindicabit anima mea* [e]? Conjungit autem ubique timorem, quod *timor Domini sit principium sensus* [f]; et rursus per Osee: *Non visitabo*, inquit, *ipsos? quoniam ipsi cum meretricibus commiscebantur, et cum initiatis sacrificabant, et populus, qui intelligebat,*
C *conjungebatur cum meretrice* [g]. Eorum peccatum ostendit apertius, dum eos intelligere fatetur, ut qui sua sponte et consulto peccarent. Intelligentia autem est animæ oculus, et ideo Israel est, qui *Deum videt*; hoc est qui Deum intelligit. Querela autem est vituperatio, tanquam eorum qui contemnunt, vel negligunt. Hoc modo pædagogiæ usus est per Isaiam, dicens: *Audi, cœlum, et ausculta, terra, quoniam Dominus locutus est: Filios genui et extuli, ipsi vero me nihili duxerunt. Novit bos possessorem, et asinus præsepe domini sui; Israel autem me non cognovit* [h]. Quomodo enim non est indignum, si qui novit Deum, non cognoscat Dominum; sed bos quidem et asinus, quæ sunt inertia et stulta animalia, noverint eum, qui ipsa alit, Israel autem iis a ratione alienior inveniatur?
D Et cum per Jeremiam pluribus de populo questus esset, subjungit: *Et me reliquerunt, dicit Domi-*

✠ P. 144 ED. POTTER, 122 ED. PARIS. [a] Jer. III, 9; VII, 9; XI, 13; XXXII, 29. [b] Ezech. II, 6, 7. [c] Exod. III, 18, 19. [d] Isa. XXIX, 13. [e] Jer. V, 8, 9. [f] Prov. I, 7. [g] Os. IV, 14. [h] Isa. I, 2, 3.

(86) Αὐτῆς. Abest ab Evang. Paulo post Ezechielis et Moysis sensum potius, quam verba, refert.

(87) Μωσεῖ. Μωϋσεῖ Reg.

(88) Ἐξαποστείλῃ. Ἀποστείλῃ Bod.

(89) Κηδόμενος τοῦ λαοῦ. Phrasis Homerica, *Iliad.* A', v. 56, de Junone:

Κήδετο γὰρ Δαναῶν ὅτι ῥα θνήσκοντας ὁρᾶτο.

(90) Τοῖς χ. Ἐν τοῖς χ. Bibl. Græc. Mox, ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ pro ἐστὶν ἀπ' ἐμοῦ, ibid.

(91) Διδασκαλίας. Ἐντάλματα ἀνθρώπων καὶ διδασκαλίας, apud Isaiam: sed Clementis lectionem defendunt Matthæus XV, 9; Marc. VII, 7.

(92) Ἐχρεμέτιζεν. Ἐχρεμέτιζον Bibl. Græc. Mox, ἕνεκα τοιούτου pro λαῷ τῷ τοιούτῳ, ib. I.

(93) Φόβος. Respicit Prov. I, 7: Ἀρχὴ σοφίας, φόβος Κυρίου. — εὑρήσεις δὲ εἰς Θεὸν, ἀρχὴ αἰσθήσεως. Mox, οὐ μὴ ἐπισκέψομαι pro οὐκ ἐπισκέψομαι, Bib. Græc.

(94) Καὶ ὁ λαός. Ὁ λαὸς ὁ μὴ συνιὼν συνεπλέκετο μετὰ πόρνης, Bib. Græc.

(95) Ὁ ὁρῶν. Philo Judæus, *De confusione linguarum*, p. 358: Προσονομάζεται γὰρ Ἑβραίων γλώττῃ τὸ ἔθνος Ἰσραὴλ, ὅπερ ἑρμηνεύεται Ὁρῶν Θεόν. *Nominatur enim Hebraice gens Israel, quod exponitur Deum videns.* Idem alias non semel affirmat. Conf. *Strom.* I, p. 284, et quæ ibi adnotata sunt. Item quæ superius p. 152 not.

(96) Μέν. Abest a Bad., Reg.

nus *. Insectatio autem est invectiva increpatio, vel invehens vituperatio. Hoc etiam medicamento usus est Pædagogus per Isaiam, dicens: *Væ, filii defectores: hæc dicit Dominus: Fecistis consilium non per me, et pacta conventa non per spiritum meum* [b]. Acerbissimo autem constipamento in singulis utitur, nempe metu, per ipsum simul os populo comprimens, et cum convertens ad salutem: quemadmodum lanæ quoque, quæ tinguntur, solent constringi ac constipari, dum apparantur ad colorem melius suscipiendum. Redargutio autem est peccati prolatio, ipsum proferens in medium peccatum. Eo tanquam maximo necessario pædagogiæ modo utitur, propterea quod enervata et soluta sit per multorum fides. Dicit enim per Isaiam: *Dereliquistis Dominum, et ad indignationem concitavistis sanctum Israelis* [c]. Dicit etiam per Jeremiam: *Stupuit cælum propter hoc, et terra multo magis horruit; quoniam duo mala fecit hic populus: me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, et foderunt lacus contritos, qui aquam continere non poterunt* [d]. Et rursus per eumdem: *Peccatum peccavit Jerusalem, propterea in commotionem facta est. Omnes, qui glorificabant eam, spreverunt ipsam, quoniam viderunt ejus turpitudinem* *. Redargutionis autem acerbitatem et vehementiam per Solomonem consolans, dicit, tacite significans pædagogiæ in filios amorem: ✠ *Fili mi, disciplinam Domini ne despicias, neque ægre feras, cum ab ipso corriperis* [f] **54**. *Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit*: quoniam *homo peccator fugit reprehensionem* [g]. Consequenter ergo dicit Scriptura: *Increpet me justus, et castiget: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum* [h]. Castigatio autem est vituperatio, quæ affert intelligentiam. Nec ab hoc quidem pædagogiæ modo abstinuit, sed dicit per Jeremiam: *Quousque clamabo, et non exaudient? ecce aures incircumcisæ eorum* [i]. O beatam tolerantiam! Et rursus per eumdem: *Incircumcisæ omnes gentes: hic autem populus est incircumcisus corde* [j]; *quoniam populus est inobediens: filii*, inquit, *quibus non est fides* [k].

τὰ μωρὰ, εἴσεται τὸν τρέφοντα· ὁ δ' Ἰσραὴλ ἀλογώτερος καὶ τούτων εὑρεθήσεται; Καὶ διὰ Ἱερεμίου πολλὰ καταμεμψάμενος τὸν λαὸν, ἐπιφέρει· *Καὶ ἐμὲ ἐγκατέλιπον, λέγει Κύριος.* Ἐπίπληξις δέ ἐστιν, ἐπιτίμησις ἐπιπληκτική, ἢ ψόγος πληκτικός. Κέχρηται δὲ καὶ ταύτῃ τῇ θεραπείᾳ ὁ Παιδαγωγὸς διὰ Ἡσαΐου, λέγων· *Οὐαὶ τέκνα ἀποστάται. Τάδε* (97) *λέγει Κύριος· Ἐβουλήσατε βουλὴν οὐ δι' ἐμοῦ, καὶ συνθήκας οὐ διὰ τοῦ πνεύματός μου.* Στύμματι δὲ αὐστηροτάτῳ παρ' ἕκαστα προσχρῆται τῷ φόβῳ, ἀναστομῶν (98) ἅμα καὶ ἐπιστρέφων δι' αὐτοῦ πρὸς σωτηρίαν τὸν λαόν· καθάπερ καὶ τὰ βαπτόμενα τῶν ἐρίων προστύφεσθαι φιλεῖ, εἰς βεβαίαν εὐτρεπιζόμενα τῆς βαφῆς παραδοχήν. Ἔλεγχός δέ ἐστι προφορὰ ἁμαρτίας εἰς τὸ μέσον φέρουσα· τούτῳ μάλιστα συγχρῆται ὡς ἀναγκαίῳ τῷ τρόπῳ τῆς παιδαγωγίας, διὰ τὸ ἔκλυτον τῆς τῶν πολλῶν πίστεως. Λέγει μὲν γὰρ διὰ Ἡσαΐου· *Ἐγκατελίπετε τὸν Κύριον, καὶ παρωργίσατε τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραήλ.* Λέγει δὲ καὶ διὰ Ἱερεμίου· *Ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἔφριξεν ἐπὶ πλείω ἡ γῆ* (99)· *ὅτι δύο καὶ πονηρὰ ἐποίησεν ὁ λαὸς οὗτος· ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὤρυξαν λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνήσονται συσχεῖν* (1) *ὕδωρ.* Καὶ πάλιν διὰ τοῦ αὐτοῦ· *Ἁμαρτίαν ἥμαρτεν Ἰερουσαλὴμ· διὰ τοῦτο εἰς σάλον ἐγένετο. Πάντες οἱ δοξάζοντες αὐτὴν, ἠτίμασαν* (2) *αὐτὴν, ὅτι εἶδον ἀσχημοσύνην αὐτῆς.* Τὸ δὲ αὐστηρὸν τοῦ ἐλέγχου καὶ ἐπιδεικτικὸν (3) διὰ Σολομῶντος παραμυθούμενος, λέγει, αἰνιττόμενος κατὰ τὸ παρεσιωπώμενον, τὸ φιλότεκνον τῆς παιδαγωγίας· *Υἱέ μου* (4), *μὴ ὀλιγώρει παιδείας Κυρίου· μηδὲ ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος. Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει* (5)· *μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, ὃν παραδέχεται· ὅτι ἁμαρτωλὸς ἄνθρωπος* (6) *ἐκκλίνει ἔλεγχον.* Ἀκολούθως τοίνυν, *Ἐλεγξάτω με δίκαιος*, ἡ Γραφὴ λέγει, *καὶ παιδευσάτω με· ἔλαιον δὲ ἁμαρτωλοῦ μὴ λιπαράτω τὴν κεφαλήν μου.* Φρένωσις δέ ἐστι, ψόγος φρενῶν ἐμποιητικός. Οὐδὲ τούτου ἀπέσχηται τοῦ τρόπου τῆς παιδαγωγίας, ἀλλὰ διὰ Ἱερεμίου φησίν· *Ἕως τίνος* (7) *κεχράξομαι, καὶ οὐκ εἰσακούσονται; Ἰδοὺ ἀπερίτμητα τὰ ὦτα αὐτῶν.* Ὦ τῆς μακαρίας ἀνεξικακίας!

✠ P. 145 ED. POTTER, 123 ED. PARIS. [a] Jer. I, 16. II, 13, 19. [b] Isa. XXX, 1. [c] Isa. I, 4. [d] Jer. II, 12, 13. [e] Thren. I, 8. [f] Prov. III, 11, 12. [g] Eccli. XXXII, 21. [h] Psal. CXL, 5. [i] Jer. VI, 10. [j] Jer. IX, 26. [k] Isa. XXX, 9.

(97) *Τάδε.* Abest a Bib. Græc.

(98) *Ἀναστεμῶν.* Legendum videtur ἐπιστομῶν, vel potius ἐπιστομίζων. Lowth. — Sed ἀναστομῶν simili sensu alias usurpatur.

(99) *Πλείω ἡ γῆ.* Πλεῖον σφόδρα, λέγει Κύριος, Bib. Græc. Mox, λαός μου pro λαὸς οὗτος, ibid. Deinde, ὕδατος ζωῆς καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λ Ibid.

(1) *Συσχεῖν.* Συνέχειν Bib. Græc., συγχεῖν Reg. Mox, δι' αὐτοῦ pro διὰ τοῦ αὐτοῦ, Reg.

(2) *Ἠτίμασαν.* Ἐταπείνωσαν αὐτήν· εἶδον γὰρ τὴν ἀσχ. Bib. Gr.

(3) *Ἐπιδεικτικόν.* H. δηκτικόν, *mordax*, ut infra, principio c. 11, τῆς ἐπιτιμήσεως τὸ δηκτικόν. Silburg.

(4) *Μοῦ.* Abest a Bibl. Græc.

(5) *Παιδεύει.* Ἐλέγχει Bib. Græc. vulg.: sed παιδεύει habet ms. Alex. et alia quædam exemplaria, item Apostolus Heb. XII, 6. Chrysostomus in psal. CX, et Catena Græcorum in Proverb. Joannes in Apocal. III, 19. utrumque verbum conjunxit: Ἐγὼ ὅσους ἐὰν φιλῶ, ἐλέγχω καὶ παιδεύω. Clemens Romanus sub finem Epist. I ad Corinth. παιδεύει scripsit; quem locum Clemens noster respexisse videtur. Ejus verba sic se habent: Ἡ νουθέτησις, ἣν ποιούμεθα εἰς ἀλλήλους, καλή ἐστι, καὶ ὑπεράγαν ὠφέλιμος· κολλᾷ γὰρ ἡμᾶς τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ· οὕτω γάρ φησιν ὁ ἅγιος Λόγος· Παιδεύων ἐπαίδευσέ με ὁ Κύριος, καὶ τῷ θανάτῳ οὐ παρέδωκέ με. Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, ὃν παραδέχεται. Παιδεύσει με γάρ, φησὶν, δίκαιος ἐν ἐλέει, καὶ ἐλέγξει με· ἔλαιον δὲ ἁμαρτωλῶν μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου.

(6) *Ἁμαρτωλὸς ἄνθρ.* Ἄνθρωπος ἁμαρτωλός, Ecclesiast. Mox, παιδεύσει με δίκαιος ἐν ἐλέει, καὶ ἐλέγξει με. Ibid. et Clemens Roman.

(7) *Ἕως τίνος.* Πρὸς τίνα λαλήσω, καὶ διαμαρτύρωμαι, καὶ εἰσακούσεται, Bib. Græc.

A fectos, esse laudabilem : qui malus est autem, vituperabilem. Sed quoniam nonnulli quod beatum est calumniantur, ut quod neque ipsum aliquid negotii habeat, neque alii exhibeat, ejus benevolentiam in homines non intelligentes, propter hos, et propter eos etiam, qui bono, quod justum est, non tribuunt, id quod a nobis dictum fuit, adjectum est. Consequens enim esset, ut liceremus, increpatorium ac vituperatorium Pædagogiæ genus convenire hominibus, quoniam omnes homines malos dicunt : sapiens autem solus Deus est, a quo sapientia; et perfectus solus; et ideo solus quoque laudabilis. Sed hac oratione non utor. Dico ergo, laudem et vituperationem, vel quod laudi et vituperationi est assimile, esse medicamenta hominibus
B maxime necessaria. Qui sunt itaque curatu difficiles, ab igne, malleo, incude, hoc est, minis, reprehensione, increpatione, tanquam ferrum aguntur. Qui autem fidei adhærent, tanquam homines per se docti, et libere agentes, laude augentur:

*Laudata enim virtus,*
*Non secus ac arbor, crescit.*

✠ Hoc cum intelligeret, mihi videtur Samius præcepisse Pythagoras :

*Turpibus quidem perpetratis, increpare : bonis* [*vero, delectare.*

Increpare autem dicitur etiam admonere, quod

✠ P. 134 ED. POTTER, 131 ED. PARIS.

plures Deuteronomii sententias complectitur.

(82) *Ἐπαινετόν.* Stoici nil præter virtutem laudari, nec præter vitium reprehendi jure posse dicebant. Diogenes Laertius in *Zenone* segm. 100 : Λέγεσθαι δὲ τὸ καλὸν μοναχῶς μὲν, τὸ ἐπαινετοὺς παρεχόμενον τοὺς ἔχοντας· ἀγαθὸν ἐπαίνου ἄξιον· *Dici autem honestum unice quidem, quod eos, qui hoc præditi sunt, laude dignos faciat.* Cicero lib. III *De finibus : Sed consectaria me Stoicorum brevia et acuta delectant. Quod est bonum, omne laudabile est; quod autem laudabile est, omne honestum est; bonum igitur quod est, honestum est.* Tacitus, *Hist.* IV, de Helvidio Prisco, Stoico : *Doctores sapientiæ secutus,* inquit, *qui sola bona quæ honesta, mala tantum quæ turpia; potentiam, nobilitatem, cæteraque extra animum, neque bonis, neque malis annumerant.*

(83) *Τινες.* Epicureos intelligit, quorum illud primarium dogma, Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλλῳ παρέχει. *Quod beatum atque immortale est, neque ipsum negotia habet,* D *neque alii præbet.* Unde aliquis in margine Reg. et Bod. hoc scholium adnotavit : Εἰς Ἐπίκουρον ἀφορᾷ· αὐτὸς γὰρ οὕτω φησί· Τὸ μακάριον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλλοις παρέχει. Cicero *De nat. deorum* lib. I : *Vere exposita est illa sententia ab Epicuro : Quod æternum, beatumque sit, id nec habere ipsum negotii quidquam, nec exhibere alteri.*

(84) *Τῳ.* Abest a Bod., Reg., Pal. Mox ἀσυνετοῦντος pro ἀσυνετοῦντες, Bod., Reg., perperam.

(85) *Ὅδε ὁ λόγος ἡμῖν παρετέθη.* Scribi possit παρητέθη, ut sententia hæc ejusdem sensus sit cum alia, quæ mox sequitur : οὐ συγχρῶμαι τῷ λόγῳ τῷδε, *hac oratione non utor,* sed eam *missam facio.*

(86) *Γὰρ.* Ἂν Reg., Pal.

(87) *Φαύλους.* Hervet. verterat *stultos* : scilicet, quia φαῦλοι opponuntur τῷ σοφῷ. Stoicorum dogma erat, malos omnes esse insipientes et insanos. Conf. *Protrep.* pag. 94, not.

C (88) *Σοφός.* Similiter Pythag. se φιλόσοφον appellari voluit : μηδένα γὰρ εἶναι σοφὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἢ Θεόν· *nullum hominem sapientem esse* affirmans, *sed solum Deum :* ut refert Laertius Proœmii segm. 12. Item Socrates apud Platon. sub finem *Phædri :* Τὸ μὲν σοφὸν, ὦ Φαῖδρε, καλεῖν ἐμοιγε μέγα εἶναι δοκεῖ, καὶ Θεῷ μόνῳ πρέπειν· τὸ δὲ ἢ φιλόσοφον, ἢ τι τοιοῦτον μᾶλλόν γε ἂν αὐτῷ καὶ ἁρμόττοι καὶ ἐμμελεστέρως ἔχοι. *Sapientis cognomen, o Phædre,* inquit, *magnum, solique Deo convenire videtur. Philosophi vero, aut similis alicujus cognomine ejusmodi viros, quales modo descripsimus, convenientius modestiusque nuncuparemus.*

(89) *Ἐπαίνῳ.* Ἐπαινετῷ Reg., Bod.

(90) *Αὐτῇ.* Αὐτοὶ Bod.

(91) *Ἀρετά.* Tale hoc Pindari est ode *Nemeorum* 8 : Αὔξεται δ' ἀρετὰ χλωραῖς ὕδραις, ὡς ὅτε δένδρον ἄῆσσει. Quod eleganter vertit N. Sudorius :

*Planta uti verno saliuta rore,*
*Crescit, assurgens tenues in auras;*
*Sic virum virtus decorata cælo*
*Tollitur ingens.*

Ovidius :

..... *Laudataque virtus*
*Crescit, et immensum gloria calcar habet.*

Horatius :

*Crescit occulto velut arbor ævo*
*Fama Marcelli.*

Gregorius Nazianz. Ὧν γὰρ τοὺς ἐπαίνους οἶδα, τούτῳ σαφῶς καὶ τὰς ἐπιδόσεις. *Quarum enim rerum laudes, earum quoque incrementa novi.* Illud autem carmen alterum reperitur inter *Aurea* Pythagoræ, quod qui De viro bono idyllium vertit ita reddit,

..... *Ortoque a vespere cuncta revolvens,*
*Offensus pravis dat palmam et præmia rectis.*

COLLECT.

(92) *Παραγγέλλει.* A. παραγγέλλειν, infinitivo modo. SYLBURG.

παγκάλως αὐτὸς αὐτὸν ἐξηγούμενος, κόκκῳ νάπυος (6) εἴκασεν· καὶ τοῦ σπειρομένου Λόγου τὸ πνευματικὸν, καὶ τὸ πολύχουν τῆς φύσεως, καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς ἅμα καὶ εὐαγὲς τῆς δυνάμεως τῆς λογικῆς, πρὸς δὲ καὶ τῆς ἐπιτιμήσεως τὸ δηκτικὸν, καὶ τὸ ἀναχαθαρτικὸν, ὠνησιφόρον εἶναι ὑπὸ δριμύτητος αἰνιττόμενος. Δι' ὀλίγου γοῦν τοῦ κόκκου τοῦ ἀλληγορουμένου πάμπολυ τὴν σωτηρίαν ἁπάσῃ χαρίζεται τῇ ἀνθρωπότητι. Τὸ μὲν οὖν μέλι, γλυκύτατον ὄν, χολῆς ἐστι γεννητικόν· ὡς τὸ ἀγαθὸν (7) καταφρονήσεως· ὃ δὴ αἴτιον τοῦ ἐξαμαρτάνειν· τὸ δὲ νάπυ καὶ τῆς χολῆς ἐστι μειωτικὸν, τουτέστι τοῦ θυμοῦ· καὶ τοῦ φλέγματος διακοπτικὸν, τουτέστι τοῦ τύφου, ἐξ οὗ Λόγου ἡ ἀληθὴς τῆς ψυχῆς ὑγιεία, καὶ ἡ ἀΐδιος εὐκρασία περιγίνεται. Πάλαι μὲν οὖν διὰ Μωϋσέως ὁ Λόγος ἐπαιδαγώγει, ἔπειτα (8) καὶ διὰ προφητῶν· προφήτης δὲ καὶ ὁ Μωϋσῆς· ὁ γὰρ νόμος παιδαγωγία παίδων ἐστὶ δυσηνίων. *Χορτασθέντες* (9) γοῦν, φησὶν, *ἀνέστησαν παίζειν*· τὸ ἄλογον τῆς τροφῆς πλήρωμα, χόρτασμα, οὐ βρῶμα εἰπών. Ἐπεὶ δὲ ἀλόγως κορεσθέντες, ἀλόγως ἔπαιζον, διὰ τοῦτο αὐτοῖς καὶ ὁ νόμος, καὶ ὁ φόβος εἵπετο εἰς ἀναχοπὴν ἁμαρτημάτων καὶ προτροπὴν κατορθωμάτων, καταρτίζων εὐηκοΐαν εἰς τοὺς (10) τοῦ ἀληθοῦς Παιδαγωγοῦ, τὴν εὐπείθειαν· εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὢν Λόγος, πρὸς τὸ κατεπεῖγον ἁρμοττόμενος, τὸν νόμον· *Δοθῆναι* γάρ φησιν ὁ Παῦλος *Παιδαγωγὸν εἰς Χριστόν*· ὡς ἐκ τούτου συμφανὲς εἶναι, ἕνα μόνον ἀληθινὸν, ἀγαθὸν, δίκαιον, κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν τοῦ Πατρὸς Υἱὸν Ἰησοῦν, τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ, Παιδαγωγὸν ἡμῶν εἶναι· ᾧ παρέδωκεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ὡς πατὴρ φιλόστοργος γνησίῳ παιδαγωγῷ παρακατατιθέμενος τὰ παιδία, διαρρῆδην παραγγέλλας ἡμῖν· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός· αὐτοῦ ἀκούετε*. Ἀξιόπιστος ὁ θεῖος Παιδαγωγὸς, τρισὶ τοῖς κάλλιστοις κεκοσμημένος, ἐπιστήμῃ, εὐνοίᾳ, παῤῥησίᾳ· ἐπιστήμῃ μὲν, ὅτι σοφία ἐστὶ πατρική· *Πᾶσα* (11) *σοφία παρὰ Κυρίου, καὶ μετ' αὐτοῦ ἐστιν εἰς τὸν αἰῶνα*· παῤῥησίᾳ δὲ ὅτι Θεὸς καὶ δημιουργός· *Πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν*· εὐνοίᾳ δὲ, ὅτι μόνος ὑπὲρ ἡμῶν ἱερεῖον ἑαυτὸν ἐπιδέδωκεν· *Ὁ γὰρ ἀγαθὸς ποιμὴν* (12) *τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων*· καὶ δὴ ἔθηκεν. Εὔνοια (13) δὲ οὐδὲν ἄλλ' ἢ βούλησίς ἐστιν ἀγαθοῦ τοῦ πλησίον (14) αὐτοῦ χάριν ἐκείνου.

Quocirca ipse seipsum pulcherrime exponens, *grano sinapi* [a] assimilavit : et Verbi, quod seminatur, spiritalem et multiplicem naturam, ac diffusam, rationalisque potestatis magnificentiam simul et sanctitatem, et præterea repreheusionis mordacitatem, et repurgandi facultatem, esse id utile propter acrimoniam significans. Per exiguum itaque granum, quod allegorice dicitur, universæ humanæ naturæ plurimam salutem largitur. Atque mel quidem, cum sit dulcissimum, bilem generat : quemadmodum bonitas, contemptum; quod quidem causa est peccandi. Sinapi autem et bilem diminuit, hoc est, iram : et phlegma exscindit, hoc est, fastum ac superbiam. Ex quo Verbo vera animæ sanitas, æternaque bona temperatura accedit. Olim itaque per Moysem, Verbum pædagogi fungebatur officio : deinde etiam per prophetas : est autem Moyses quoque propheta. Est enim lex pædagogia puerorum insolentium, qui habenis non facile retinentur. *Saturati ergo*, inquit, *surrexerunt ludere* [b]. Saturati autem Græce est χορτασθέντες, quasi dicas, *fœno repleti* : nempe qui a ratione alienam alimenti plenitudinem χόρτασμα, hoc est, *fœni repletionem*, non autem cibum dixerit. Quoniam autem absque ratione satiati, absque ratione ludebant, propterea ipsos et lex, et timor sequebatur, ut et peccata rescinderet, et ad res ex virtute gerendas adhortaretur : aures præparans, ut vero pædagogo obedirent, qui est, unum idemque Verbum, quod præsentibus accommodabat se, Legi nimirum : *Datum* enim dicit Paulus *Pædagogum ad Christum* [c] : adeo ut ex hoc apertum sit, unum solum, verum, bonum, justum, ad imaginem et similitudinem Patris filium, Jesum, Verbum Dei, esse nostrum pædagogum : cui nos tradidit Deus, tanquam Pater benevolus vero pædagogo commendans filios, nobis dilucide præcipiens : *Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite* [d]. Fide dignus est divinus Pædagogus, tribus rebus pulcherrimis ornatus, scientia, benevolentia, dicendi libertate. Scientia quidem, quoniam ✠ est paterna Sapientia : *Omnis enim sapientia est a Domino, et cum eo est in æum*. Dicendi autem fiducia, quoniam Deus est et opifex : *Omnia* enim *per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil* [e]. Benevolentia autem, quoniam solus pro nobis se-

✠ P. 156 ED. POTTER, 133 ED. PARIS. [a] Matth. XIII, 31; Luc. XIII, 19. [b] Exod. XXXII, 6; I Cor. X, 7. [c] Gal. III, 24. [d] Matth. XVII, 5. [e] Joan. I, 3.

(6) *Νάπυος*. Σινάπεως legitur in vulg. Bibl. edit. Matth. XIII, et Luc. XIII et XVII, itemque infra *Strom.* I et principio *Eclog. Theodot.* SYLBURG.

(7) *Τὸ ἀγαθόν*. Idem superius dixit pag. 126 : Οὕτως οἶδεν ἐπιστρέφοντας αὐτοὺς διὰ τὸν φόβον, τῆς δὲ φιλανθρωπίας αὐτοῦ καταπεφρονηκότας· ὀλιγωρεῖται μὲν γὰρ, ὡς ἔπεπαν, τὸ ἀγαθὸν, χρηστευόμενον ἀεί· θεραπεύεται δὲ ὑπομιμνήσκων τῷ φιλανθρώπῳ τῆς δικαιοσύνης φόβῳ.

(8) *Ἔπειτα*. Ἔπειτα δὲ Reg.

(9) *Χορτασθέντες*. Jerem. V, 7, dicitur : Ἐχόρτασαν αὐτούς, καὶ ἐμοιχῶντο. Sed χορτασθέντας, nec in loco Exodi, nec epistolæ prioris ad Corinthios, quem respicit Clemens, occurrit.

(10) *Τούς*. Mox post Παιδαγωγοῦ deest λόγους, aut simile quid; vel cum H. legendum, τὴν τοῦ ἀληθοῦς Παιδαγωγοῦ εὐπείθειαν. SYLBURG.

(11) *Πᾶσα*. Similia habes Prov. II, 6, sed verba hæc invenire nondum potui.

(12) *Ὁ γὰρ ἀγαθὸς π*. Ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς Joan. Mox, αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ, ibid.

(13) *Εὔνοια*. Aristoteles, *Ethic. ad Nicomach.* lib. VIII, cap. 2 : Τοὺς δὲ βουλομένους ἀγαθὰ εὐνους λέγουσιν. *Eos autem, qui bona volunt, benevolos vocant*. Conf. idem ejusdem operis lib. IX, cap. 5, et Suidas v. Εὔνους. Addit porro Clemens χάριν ἐκείνου, *gratia illius* : nempe proximi. Nam qui sui gratia bene alteri vult, non est εὔνους, sed φίλαυτος.

(14) *Τοῦ πλησίον*. H. mavult τῷ πλησίον, dativo casu; ut infra *Strom.* II, p. 371 : Εὔνοια δέ ἐστι βούλησις ἀγαθῶν ἑτέρῳ, ἕνεκεν αὐτοῦ ἐκείνου. SYLBURG.

ipsum hostiam tradidit : *Bonus* enim *pastor animam suam ponit pro ovibus suis* [a]; atque adeo eam posuit. Benevolentia autem nihil est aliud, quam volitio boni proximi sui gratia illius.

A

## CAP. XII.

### *Quod Pædagogus convenienter paternæ affectioni severitate et benignitate usus sit.*

Iis jam peractis, consequens fuerit, ut Pædagogus noster, Jesus, vitam nobis veram describat, et cum, qui in Christo est, hominem more pædagogi instituat. Est autem forma ejus ac character, neque admodum difficilis, nec præ benignitate usque adeo dissolutus. Simul autem mandat, et mandatis ejusmodi characterem imprimit, ut ea possint perficere. Atque mihi quidem is ipse videtur hominem finxisse ex pulvere : aqua autem regenerasse : spiritu vero auxisse : verbo autem, pædagogi instar instituisse, ad filiorum adoptionem et salutem sanctis præceptis dirigens, ut cum terra genitum in sanctum et cœlestem hominem suo adventu transformasset, divinam illam vocem maxime impleret : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* [b]. Atque fuit quidem Christus hoc plenum quod dixit Deus : alii autem homines intelliguntur secundum solam **59** imaginem. Nos autem, o boni Patris filii, alumni boni Pædagogi, Patris voluntatem impleamus, Verbum audiamus, et vere salutarem Servatoris nostri vitam exprimamus : hic jam meditantes cœlestem vitæ rationem, per quam effecti dii, semper ✠ germinante lætitia et incorrupto boni odoris unguento inungamur, evidens incorruptionis exem- C plar habentes vitæ Domini formam, et Dei vestigia persequentes : cui soli convenit considerare, atque adeo cui curæ est, quomodo et quanam ratione futura sit vita hominum sanior. Quinetiam ad hoc ut facile contenti simus, et quæ sunt supervacanea negligamus, accinctique, et itinerantium more expediti, et ad beatæ vitæ æternitatem parati simus, nos præparat, unumquemque nostrum esse ipsum

## ΚΕΦ. ΙΒ'.

### *Ὅτι ἀναλόγως τῇ πατρικῇ διαθέσει κέχρηται ὁ Παιδαγωγὸς αὐστηρίᾳ καὶ χρηστότητι.*

Τούτων ἤδη (15) προδιηγυσμένων, ἑπόμενον ἂν εἴη τὸν Παιδαγωγὸν ἡμῶν, Ἰησοῦν, τὸν βίον ἡμῖν τὸν ἀληθινὸν ὑποτυπώσασθαι, καὶ τὸν ἐν Χριστῷ παιδαγωγῆσαι ἄνθρωπον. Ἔστι δὲ ὁ χαρακτηρισμὸς οὐ φοβερὸς ἅγαν αὐτοῦ, οὐδὲ ἔκλυτος κομιδῇ ὑπὸ χρηστότητος. Ἐντέλλεται δὲ ἅμα, καὶ χαρακτηρίζεται τὰς ἐντολὰς αὐτὰς (16) ἐκτελεῖν δύνασθαι. Καί μοι δοκεῖ αὐτὸς οὗτος πλάσαι μὲν τὸν ἄνθρωπον ἐκ χοός, B ἀναγεννῆσαι δὲ ὕδατι· αὐξῆσαι δὲ πνεύματι· παιδαγωγῆσαι δὲ ῥήματι, εἰς υἱοθεσίαν καὶ σωτηρίαν, ἁγίαις ἐντολαῖς κατευθύνων, ἵνα δὴ τὸν γηγενῆ εἰς ἅγιον καὶ ἐπουράνιον μεταπλάσας ἐκ προσβάσεως ἄνθρωπον, ἐκείνην τὴν θείαν μάλιστα πληρώσῃ φωνήν· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν* (17) *ἡμῶν*. Καὶ δὴ γέγονεν ὁ Χριστὸς τοῦτο πλήρες, ὅπερ εἴρηκεν ὁ Θεός· ὁ δὲ ἄλλος ἄνθρωπος κατὰ μόνην νοεῖται τὴν εἰκόνα. Ἡμεῖς δέ, ὦ παῖδες ἀγαθοῦ Πατρὸς, ἀγαθοῦ Παιδαγωγοῦ θρέμματα, πληρώσωμεν τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς, ἀκούωμεν τοῦ Λόγου, καὶ τὸν σωτήριον ὄντως ἀναμαξώμεθα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν βίον· ἐνθένδε ἤδη τὴν ἐπουράνιον μελετῶντες πολιτείαν, καθ' ἣν ἐκθεούμενοι (18), τὸ ἀειθαλὲς εὐφροσύνης ἀκήρατον εὐωδίας ἐπαλειφώμεθα χρίσμα (19), ἐναργὲς ὑπόδειγμα ἀφθαρσίας τὴν πολιτείαν ἔχοντες τοῦ Κυρίου, καὶ τὰ ἴχνη τοῦ Θεοῦ διώκοντες· ᾧ μόνῳ πρόσεστι σκοπεῖν, καὶ δὴ μέλει πῶς καὶ τίνα τρόπον ὑγιεινότερος ἂν ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος γένοιτο. Ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτάρκειαν τοῦ βίου, καὶ ἀπεριττότητα, ἔτι τι εὔζωνόν τε καὶ εὔλυτον ὁδοιπορικὴν ἑτοιμότητα, εἰς ἀϊδιότητα εὐζωΐας, παρασκευάζει, αὐτὸν αὐτοῦ ἕκαστον ἡμῶν ταμιεῖον εἶναι διδάσκων· *Μὴ* (20) *γὰρ μεριμνᾶτε*, φησὶ, *περὶ τῆς αὐ-*

[a] Joan. x, 11. [b] Gen. i, 26.

✠ P. 157 ED. POTTER, 134 ED. PARIS.

(15) Ἤδη. Τοίνυν Reg.

(16) *Τὰς ἐντολὰς αὐτάς*. Scribendum videtur, τὰς ἐντολὰς, ὡς αὐτὰς ἐκτ., vel aliquid simile. Nam sensus est : « Christum ejusmodi præcepta tradere, ut homines ea observare possint. »

(17) *Κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν*. Κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν Bibl. Græc. Porro superius dictum est ad *Protrept.*, pag. 94, n. 8, quod cum Moyses dixerit Deum creasse hominem κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν, *secundum imaginem et similitudinem* suam, Clemens hæc duo sic distinguat, ut *similitudo* Dei sit ejus *imagine* perfectior : et hanc omni homini convenire vult, utpote rationis usu prædito ; illam solam iis, qui secundum Dei leges vitam instituunt : nec in ullo homine, præter Christum, perfectam esse in hac vita. *Strom.* II, pag. 418 : Ἦ γὰρ οὐχ οὕτω τινὲς τῶν ἡμετέρων τὸ μὲν κατ' εἰκόνα εὐθέως κατὰ τὴν γένεσιν εἰληφέναι τὸν ἄνθρωπον, τὸ καθ' ὁμοίωσιν δὲ ὕστερον κατὰ τὴν τελείωσιν μέλλειν ἀπολαμβάνειν ἀποδέχονται ; Ibid., pag. 402 : Οὗτός ἐστιν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ὁ γνωστικὸς, ὁ μιμούμενος τὸν Θεὸν καθόσον οἱόν τε· μηδὲν παραλιπὼν τῶν εἰς τὴν ἐνδεχομένην ὁμοίωσιν, ἐγκρατευόμενος, ὑπομένων, δικαίως βιοὺς, βασιλεύων τῶν παθῶν, μεταδιδοὺς ὧν ἔχει, ὡς οἷός τε ἐστὶν εὐεργετῶν καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ. Conf. *Pædag.* lib. III, sub finem. *Strom.* II, pag. 405 ; *Strom.* IV, p. 485, 486, 529, 543 ; *Strom.* VI, p. 671, etc. Tertullianus lib. *De baptismo*, cap. 5 : *Proficiente itaque hominibus* (nempe per baptismum) *gratia Dei... restituitur homo ad* similitudinem *ejus, qui retro ad* imaginem *Dei fuerat. Imago in effigie, similitudo in æternitate censetur. Recipit enim illum Dei spiritum, quem tunc de afflatu ejus acceperat, sed post amiserat per delictum.* Origenes lib. IV *Contra Celsum*, pag. 189, dicit hominem factum esse κατ' εἰκόνα Θεοῦ, ἀλλ' οὐχὶ καθ' ὁμοίωσιν ἤδη· *secundum imaginem Dei, sed nondum ad ejus similitudinem.* Nempe quod Dei similitudo in hac vita perfecta esse non possit.

(18) *Ἐκθεούμενοι*. Conf. quæ superius dicta sunt ad *Protrept.*, p. 88, not.

(19) *Χρίσμα*. Respicit χρίσμα in baptismo adhibitum. Vid. Tertullianus *De baptismo* cap. 7 ; *De resurrectione carnis* cap. 8. Lowth.

(20) *Μή*. Μὴ οὖν μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον, Evang.

ριον· χρῆναι λέγων τὸν ἀπογεγραμμένον Χριστῷ, αὐτάρκη, καὶ αὐτοδιάκονον, καὶ προσέτι ἐφήμερον ἐπαναιρεῖσθαι βίον (21)· οὐ γὰρ ἐν πολέμῳ, ἀλλ' ἐν εἰρήνῃ παιδαγωγούμεθα. Πολέμῳ μὲν οὖν πολλῆς δεῖ τῆς παρασκευῆς· δαψιλείας τε χρῄζει ἡ τρυφή (22)· εἰρήνη δὲ καὶ ἀγάπη, ἀφελεῖς καὶ ἀπράγμονες ἀδελφαί, οὐχ ὅπλων δέονται, οὐ παρασκευῆς ἀσώτου· Λόγος ἐστὶν αὐταῖς ἡ τροφή. Ὁ δὲ τὴν ἐνδεικτικὴν καὶ παιδευτικὴν ἡγεμονίαν κεκληρωμένος Λόγος, παρ' οὗ τὸ εὐτελές τε (23) καὶ ἄτυφον, καὶ τὸ ὅλον φιλελεύθερον, καὶ φιλάνθρωπον φιλόκαλόν τε ἐκμανθάνομεν· τοῦτον εἰ (24) καὶ ἑνὶ λόγῳ μετ' οἰκειότητος ἀρετῆς ἐξομοιούμενοι τῷ Θεῷ, οὐκ εἰς ἐκμέλειαν καὶ ῥᾳθυμίαν μεταχωρεῖν δεῖ· ἀλλ' ἐκπόνει, καὶ μὴ ἀπόκαμνε· ἔσῃ γὰρ οἷος οὐκ ἐλπίζεις, οὐδ' εἰκάσαι δύναιο ἄν. Ὡς δέ ἐστί τις ἄλλη μὲν φιλοσόφων ἀγωγή, ἄλλη δὲ ῥητόρων, παλαιστῶν δὲ ἄλλη· οὕτως ἐστὶ γενναία διάθεσις φιλοκάλῳ προαιρέσει καταλληλος, ἐκ τῆς Χριστοῦ παιδαγωγίας περιγενομένη· καὶ τὰ τῆς ἐνεργείας πεπαιδευμέναι, σεμναὶ διαπρέπουσι, πορεία τε καὶ κατάκλισις, καὶ τροφή, καὶ ὕπνος, καὶ κοίτη, καὶ δίαιτα, καὶ ἡ λοιπὴ παιδεία. Οὐ γὰρ ὑπέρτονος ἡ τοιάδε ἀγωγὴ τοῦ Λόγου, ἀλλ' εὔτονος. Ταύτῃ οὖν καὶ Σωτὴρ ὁ Λόγος κέκληται, ὁ τὰ λογικὰ ταῦτα ἐξευρὼν ἀνθρώποις εἰς εὐαισθησίαν καὶ σωτηρίαν φάρμακα, ἐπιτηρῶν μὲν τὴν εὐκαιρίαν, ἐλέγχων δὲ τὴν βλάβην, καὶ τὰς αἰτίας τῶν παθῶν διηγούμενος, καὶ τὰς ῥίζας τῶν ἀλόγων ἐπικόπτων ἐπιθυμιῶν, παραγγέλλων μὲν ὧν ἀπέχεσθαι δεῖ, τὰς ἀντιδότους δὲ ἁπάσας τῆς σωτηρίας τοῖς νοσοῦσι προσφέρων· τοῦτο γὰρ τὸ μέγιστον καὶ βασιλικώτατον ἔργον τοῦ Θεοῦ, σώζειν τὴν ἀνθρωπότητα. Τῷ μὲν οὖν ἰατρῷ οὐδὲ (25) πρὸς ὑγιείαν συμβουλεύοντι ἄχθονται οἱ κάμνοντες· τῷ δὲ Παιδαγωγῷ τῷ θείῳ πῶς οὐκ ἂν ὁμολογήσαιμεν (26) τὴν μεγίστην χάριν, μὴ σιωπῶντι, μηδὲ παρενθυμουμένῳ τὰς εἰς ἀπώλειαν φερούσας ἀπειλὰς, ἀλλὰ καὶ ταύτας διελέγχοντι, καὶ τὰς ὁρμὰς τὰς εἰς αὐτὰς διατεινούσας ἀνακόπτοντι, καὶ τὰς καθηκούσας πρὸς τὴν ὀρθὴν πολιτείαν ὑποθημοσύνας ἐνδιδάσκοντι; Ἥκιστα ἄρα ὁμολογητέον χάριν αὐτῷ. Τὸ γάρ τοι ζῶον τὸ λογικὸν, τὸν ἄνθρωπον λέγω, ἄλλο τί φαμεν ἢ θεάσασθαι τὸ Θεῖον (27) δεῖν; θεάσασθαι (28)

✠ P. 158 ED. POTTER, 135 ED. PARIS.

(21) *Ἐφήμερον ἐκ. βίον.* Sic postea *Pæd.* lib. II, cap. 1: Ἐφήμερον βίον διώκειν. Cicero *in diem vivere* dixit *Philip.* II, cap. 24. Et in lib. II *De oratore*, c. 40: *Barbarorum est in diem vivere.* Persius Sat. III, v. 62:

. . . . *Ex tempore vivis:*

Id est sine omni de futuris sollicitudine.

(22) *Τρυφή.* Malet forsan aliquis τροφή, *cibus*: ut ad bellum restringamus hanc commutationem, sicut antecedens; ac sensus sit, « bello et magno apparatu, et largioribus alimentis opus esse. » Sed retineri tamen et τρυφή potest: ut cum *bello* conjungatur *voluptas*, sicut in oppositione cum *pace* copulatur *charitas* seu dilectio. SYLBURG.

(23) *Τέ.* Abest a Bod.

(24) *Τοῦτον εἰ.* Scribi possit τουτωὶ, *hoc*, vel τοῦτο, id est τούτου ἕνεκα. Forte aliquid deest. Mox, ἐξομοιούμενον scribendum esse pro ἐξομοιούμενοι, docent Sylburg. et Lowth.

(25) *Οὐδέ.* Οὐδὲν mavult Hervetus.

sui ipsius penum docens: *Ne solliciti* enim, inquit, *sitis de crastino* [a]; dicens oportere eum, qui Christo nomen suum dedit, sua sorte contentum, sibi per se servientem, in diem vivere. Non enim in bello, sed in pace instituimur. Ac bello quidem magno apparatu opus est, magnoque et profuso sumptu egent deliciæ, pax autem et dilectio, simplices et faciles sorores, non armis, neque profuso apparatu indigent. Nutrimentum eis Verbum est. Verbum autem is est, cui et demonstrandi et docendi principatus obtigit, a quo frugalitatem, simplicitatem, a fastuque alienationem, libertatis amorem, benignitatem, et honesti studium ediscimus. Id, etsi uno verbo cum virtutis conjunctione Deo similes reddimur, non ad socordiam ac negligentiam oportet traducere: sed elabora, et ne defatigeris: eris enim qualis non speras neque vero conjicere potueris. Quemadmodum autem philosophorum quidem est alia vivendi ratio, alia vero oratorum, alia autem luctatorum: ita est generosa dispositio voluntati honestatis studiosæ conveniens, quæ accedit ex Christi pædagogia: et quæ hac vi imbuta sunt, honestate præstant, incessus et accubitus, nutritio et somnus, cubitusque et victus, et reliqua disciplina. Non est enim nimis intensa ac vehemens ejusmodi Verbi educatio, sed moderata, et quæ justo ac recto tenore consistat. Hac etiam ratione Servator, Verbum seu Ratio dictus est, qui hæc hominibus rationalia medicamenta, quibus salventur, ac bono sensu imbuantur, invenit, opportunitatem quidem observans, vitium autem arguens, et affectionum animi causas exponens, et a ratione alienarum cupiditatum radices exscindens, a quibus quidem abstinere oporteat præcipiens, omnia ✠ autem salutis antidota ægrotantibus exhibens. Hoc est enim maximum et maxime regium Dei opus, humanam servare naturam. At medico quidem, qui nihil quod ad salutem faciat, consulit, ægroti succensent: divino autem pædagogo, quomodo non maximas nos habere gratias fatebimur, qui minime taceat, nec animi penetralibus contineat minas, quæ ferunt ad exitium: sed et eas arguat, et quæ

[a] Matth. VI, 34.

(26) *Ὁμολογήσαιμεν.* Ὁμολογήσαμεν Reg.

(27) *Τὸ Θεῖον.* De fine hominis philosophorum valde diversæ sententiæ erant. Aristoteles natum dixit *ad intelligendum et agendum*, ut refert Cicero *De finib.* lib. II, c. 13. Alii θεωρῆσαι τὸν λόγον τῆς τῶν ὅλων φύσεως καὶ τῆς σοφίας· *ad contemplandum naturæ universarum et sapientiæ rationem*, ut ait Perictione Pythagorea apud Stobæum serm. 9. Alii ad cœlum et cœlestia, alii ad Deum, contemplandum. Lactantius, principio lib. VI, pag. 499 edit. Oxon.: *Propterea facti et inspirati ab eo sumus, non ut cœlum videremus et solem, quod Anaxagoras putavit: sed ut artificem solis et cœli Deum, pura et integra mente coleremus.* Denique, alias opiniones ut præteream, quidam hominem ad se cognoscendum factum esse dicebant. Clemens porro duas postremas sententias conjungit, quod ante eum fecit Plato in *Alcibiade* primo. Conf. Stobæus serm. 21.

(28) *Θεάσασθαι.* Aliquis super ultimam syllabam ε scripsit in Bod., ac si scribendum esset θεάσασθε.

ad eas tendunt appetitiones excindat, et quæ ad rectam vitæ rationem pertinent, edoceat? Magnæ ergo illi sunt agendæ gratiæ. Ratione enim præditum animal, hominem inquam, aliquidne aliud dicimus oportere quam id, quod est divinum, contemplari? Porro autem humanam quoque naturam dico eos oportere considerare, et ita vivere, ut jubet et dictat veritas, et ipsum Pædagogum, et ejus præcepta plurimum admirantes, ut quæ inter se congruant et conveniant. Cui convenienter imagini oportet nos quoque, nos ipsos Pædagogo conformantes, ita vivere, ut factis oratio revera conveniat.

A δὲ καὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν φημὶ χρῆναι, ξῆν τε ὡς ὑφηγεῖται ἡ ἀλήθεια· ἀγαμένους ὑπερφυῶς τόν τε Παιδαγωγὸν αὐτὸν καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ὡς πρέποντα ἀλλήλοις ἐστὶ καὶ ἁρμόττοντα· καθ' ἣν εἰκόνα καὶ ἡμᾶς ἁρμοσαμένους χρὴ σφᾶς αὐτοὺς πρὸς τὸν Παιδαγωγὸν, σύμφωνον τὸν λόγον ποιησαμένους (29) τοῖς ἔργοις τῷ ὄντι ζῆν.

## CAP. XIII.

*Quod quemadmodum id, quod recte et ex virtute geritur, fit secundum rectam rationem; ita rursus peccatum, præter rationem.*

Quidquid est præter rectam rationem, id est peccatum. Jam vero generales animi affectiones seu perturbationes hoc modo definiendas censent philosophi: Cupiditatem quidem, appetitionem, quæ non paret rationi: Metum autem, dissolutionem, quæ non paret rationi, ✠ Voluptatem autem, elationem animæ, quæ non paret rationi. Si ergo quæ in ipsam Rationem seu Verbum Inobedientia committitur, peccatum generat; quomodo non necessario Rationi seu Verbo obedire, quod quidem fidem dicimus, parit id, quod vocatur officium? Ipsa enim virtus, est animæ con-

## ΚΕΦ. ΙΓ.

*Ὅτι ὡς τὸ κατόρθωμα (30) κατὰ τὸν ὀρθὸν γίνεται λόγον, οὕτως ἐμπαλιν τὸ ἁμάρτημα παρὰ τὸν λόγον.*

Πᾶν τὸ παρὰ τὸν λόγον ὀρθὸν, τοῦτο ἁμάρτημά ἐστι. Αὐτίκα γοῦν τὰ πάθη τὰ γενικώτατα (31) ὧδέ πως ὁρίζεσθαι ἀξιοῦσιν οἱ φιλόσοφοι· τὴν μὲν ἐπιθυμίαν (32) ὄρεξιν ἀπειθῆ λόγῳ, τὸν δὲ φόβον ἔκλυσιν (33) ἀπειθῆ λόγῳ· ἡδονὴν (34) δὲ ἔπαρσιν ψυχῆς ἀπειθῆ λόγῳ. Εἰ τοίνυν ἡ πρὸς τὸν λόγον ἀπείθεια ἁμαρτίας ἐστὶ γεννητική, πῶς οὐχὶ ἐξ ἀνάγκης ἡ τοῦ λόγου ὑπακοὴ, ἣν δὴ πίστιν φαμὲν, τοῦ καλουμένου καθήκοντος ἔσται περιποιητική; Καὶ γὰρ ἡ ἀρετὴ (35) αὐτὴ διάθεσίς ἐστι ψυχῆς σύμφωνος ὑπὸ τοῦ λόγου περὶ ὅλον τὸν βίον. Καὶ μὴν τὸ κορυφαιότατον, αὐτὴν φιλοσοφίαν (36), ἐπιτήδευσιν λόγου ὀρθότητος

✠ P. 459 ED. POTTER, 456 ED. PARIS.

(29) *Ποιησαμένους.* Post hanc vocem distinguit Pal. ms. et editio Florentina, inquit Sylburgius.

(30) *Τὸ κατόρθωμα.* Toto fere hoc capite Stoicorum more loquitur Clemens. Illi quod κατὰ λόγον fit, καθῆκον vocant: quod *officium* vertit Cicero *De offic.* lib. I, cap. 3. Id si omnibus numeris perfectum esset, κατόρθωμα dicebatur. Quod vero παρὰ λόγον factum erat, ἁμάρτημα illis erat. Stobæus *Eclog. ethic.* cap. 4, pag. 111: Κατόρθωμα δὲ εἶναι λέγουσι καθῆκον πάντας ἐπέχον ἀριθμούς, ἢ καθάπερ προσίτομεν, τέλειον καθῆκον· ἁμαρτήματα (scribe ἁμάρτημα δὲ) τὸ παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πραττόμενον, ἢ ἐν ᾧ παραλείπεταί τι καθῆκον ὑπὸ λογικοῦ ζώου. *Jam* κατόρθωμα *vocant officium, quod omnes numeros habeat; vel, ut antea diximus, perfectum officium. Peccatum autem, quod præter rectam rationem fit; vel, in quo officii aliquid a rationali animali est omissum.* Eadem proxime superiori capite uberius explicat pag. 174, 175. Diogenes Laertius lib. VII, segm. 108: Καθήκοντα μὲν οὖν εἶναι, ὅσα λόγος αἱρεῖ ποιεῖν· ὡς ἔχει, γονεῖς τιμᾶν . . . Παρὰ τὸ καθῆκον δέ, ὅσα μὴ αἱρεῖ λόγος· ὡς ἔχει τὰ τοιαῦτα, γονέων ἀμελεῖν. *Ea autem officia esse, quæ ratio facienda suaserit: ut est, parentes honorare,* etc. *Præter officium sunt, quæ ratio non esse eligenda suggesserit: ut est, parentes negligere,* etc.

(31) *Τὰ πάθη τὰ γεν.* Stoici passiones omnes perturbationes esse, et rationi repugnare dicebant: unde Clemens post ἁμαρτήματος generalem definitionem, passiones enumerat et describit. Stobæus libri superius dicti pag. 175, 176: Πάθος δ' εἶναί φασι ὁρμὴν πλεονάζουσαν, καὶ ἀπειθῆ τῷ αἱροῦντι λόγῳ· ἢ καὶ κίνησιν ψυχῆς παρὰ φύσιν. *Passionem definiunt, appetitionem nimiam, rationi non obtemperantem: vel animæ motum præter naturam.* Non multo post refert, Stoicos passiones in quatuor genera distribuisse, ἐπιθυμίαν, φόβον, λύπην, ἡδονήν· *desiderium, timorem, dolorem, voluptatem.* Eadem fere tradunt Diogenes Laertius lib. VII, segm. 110, 111, et seq.; et Cicero *Tusc. quæst.* lib. IV. Porro ex his quatuor Clemens tertiam omisit: quam Stoici sic definiebant: Λύπη ἐστὶ συστολὴ ψυχῆς ἀπειθὴς λόγῳ· ut ait Stobæus: id est, interprete Cicerone, *dolor est animi, adversante ratione, contractio.*

(32) *Ἐπιθυμίαν.* Stobæus loco jam memorato: Τὴν μὲν οὖν ἐπιθυμίαν λέγουσιν ὄρεξιν εἶναι ἀπειθῆ λόγῳ· *Desiderium igitur dicunt esse appetitum rationi non obtemperantem.*

(33) *Φόβον, ἔκλυσιν.* Sylburgius ait: « Pro ἔκλυσιν infra *Strom.* II, pag. 515, legitur ἔκκλισιν, *declinationem, crilationem:* itemque in Pal. ms. Insuper epitome *Stromateων* ms. habet εὐπειθῆ ἔκκλισιν, teste Hœschelio: sed ἀπειθῆ confirmat ἄλογος infra, loco jam citato. » Quinetiam ἔκκλισις habet Reg. sed super priorem ι aliquis scripsit υ. Et quod tum hoc loco, tum etiam *Strom.* II, ἔκλυσις scribi debeat, Stobæus docet: nam ille post verba jam memorata addit, Φόβον δὲ εἶναι ἔκλυσιν ἀπειθῆ λόγῳ· *Metum autem* dicebant *esse solutionem animi contra rationem.* Quod vero ἀπειθῆ legendum sit, non εὐπειθῆ, reliquæ passionum definitiones manifestum faciunt.

(34) *Ἡδονήν. Voluptatem, lætitiam.* Nam utraque voce ἡδονὴν reddit Cicero. Eam Laertius loco superius dicto, et Suidas v. Ἡδονή, definiunt ἄλογον ἔπαρσιν ἐφ' αἱρετῷ δοκοῦντι ὑπάρχειν· *irrationabilem elationem propter expetitum, quod præsens esse videtur.* Cicero lib. II *De fin.*: *Sed hoc interest, quod voluptas etiam dicitur in animo vitiosa res, ut Stoici putant, qui eam sic definiunt, sublationem animi sine ratione, opinantis se magno bono frui.*

(35) *Ἀρετή.* Similiter Stobæus pag. 167: Κοινότερον δὲ τὴν ἀρετὴν διάθεσιν εἶναι ψυχῆς σύμφωνον αὐτῇ (scrib. αὐτῇ) περὶ ὅλον τὸν βίον· *Communius autem virtutem definiunt* Stoici, *animæ affectionem secum per totam vitam consentientem.* Diogenes Laertius in *Zenone*, qui est lib. VII, segm. 89, eodem plane sensu ἀρετὴν dicit esse διάθεσιν ὁμολογουμένην, *dispositionem consentaneam*, nempe sibi: nam ὁμολογούμενον idem esse videtur, quod apud Clementem et Stobæum σύμφωνον. Perperam enim vertit Laertii interpres, *affectionem vulgo intellectam.* Quod potius vitio, quam virtuti conveniret.

(36) *Φιλοσοφίαν.* Apud Plutarchum *De placitis philosophorum*, Stoici definiunt philosophiam, ἄσκη-

ἀποδιδόασιν· ὡς ἐξ ἀνάγκης εἶναι τὸ πλημμελούμενον πᾶν διὰ τὴν τοῦ λόγου διαμαρτίαν γινόμενον· καὶ εἰκότως καλεῖσθαι *ἁμάρτημα*· αὐτίκα γοῦν ὅτι ἥμαρτεν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, καὶ παρήκουσε τοῦ Θεοῦ· *Καὶ παρωμοιώθη* (37), φησὶ, *τοῖς κτήνεσιν ὁ ἄνθρωπος παρὰ τὸν λόγον ἐξαμαρτών*· εἰκότως ἄλογος νομισθεὶς, εἰκάζεται κτήνεσιν. Ἐντεῦθεν καὶ ἡ Σοφία λέγει· *Ἵππος* (38) *εἰς ὀχείαν ὁ φιλήδονος, καὶ μοιχὸς ἀλογίστῳ κτήνει παρομοιωθείς*· διὸ καὶ ἐπιφέρει· *Παντὸς ὑποκάτω ἐπικαθημένου χρεμετίζει*· οὐκέτι, φησὶ, λαλεῖ ὁ ἄνθρωπος· οὐ γάρ ἐστι λογικὸς ἔτι, ὁ παρὰ λόγον ἁμαρτάνων· θηρίον δὲ δὴ ἄλογον, ἔκδοτον ἐπιθυμίαις, ᾧ πᾶσαι ἐπικάθηνται ἡδοναί. Τὸ δὲ κατορθούμενον κατὰ τὴν τοῦ λόγου ὑπακοὴν *προσῆκον* καὶ *καθῆκον* Στωϊκῶν ὀνομάζουσι παῖδες. Τὸ μὲν οὖν καθῆκον προσῆκόν ἐστιν· ὑπακοὴ δὲ θεμελιοῦται ἐντολαῖς. Αὗται δὲ, ταῖς ὑποθήκαις (39) αἱ αὐταὶ οὖσαι, τὴν ἀλήθειαν (40) ἔχουσαι σκοπὸν (41), ἐπὶ τὸ ἔσχατον ὀρεκτὸν (42), ὃ τέλος νοεῖται, παιδαγωγοῦσι. Τέλος δέ ἐστι θεοσεβείας ἡ ἀΐδιος ἀνάπαυσις ἐν τῷ Θεῷ. Τοῦ δὲ αἰῶνός ἐστιν ἀρχὴ τὸ ἡμέτερον τέλος. Τὸ μέντοι τῆς θεοσεβείας κατόρθωμα (43) δι' ἔργων τὸ καθῆκον ἐκτελεῖ· ὅθεν εἰκότως τὰ καθήκοντα περὶ τὰς πράξεις, οὐ τὰς λέξεις, συνίστασαι (44). Καὶ

A sentiens affectio, rationi subjecta per totam vitam. Quin etiam, quod est supremum omnium, ipsam philosophiam, definiunt, studium rectæ rationis, adeo ut sit necessario delictum, quidquid fit propter errorem rationis, et merito vocetur *erratum*, seu peccatum. Jam enim, quando primus homo peccavit, et Deo non obediit: *Et jumentis*, inquit, *assimilatus est homo* [a], qui præter rationem aberrasset, merito rationis expers existimatus comparatur jumentis. Hinc etiam dicit Sapientia: *Equus ad coitum libidinosus, et adulter irrationali jumento assimilatus* [b]: et ideo subjungit: *Quocunque super eum sedente hinnit.* Non amplius, inquit, ut homo loquitur: nec enim est amplius particeps rationis, qui peccat præter rationem; verum est B expers rationis bellua, dedita cupiditatibus, cui omnes voluptates insident. Quod ex rationis autem obedientia recte **60** geritur, προσῆκον et καθῆκον, hoc est, quod *incumbit*, et convenit, nempe *officium*, vocant Stoici. Quod autem convenit, id incumbit. Obedientia autem fundatur mandatis. Ea autem, monitionibus cum sint eadem, veritatem sibi scopum proponentia, ✠ ad extremum expetendum, qui finis dicitur, instituunt. Pietatis autem

✠ P. 160 ED. POTTER, 136-137 ED. PARIS.

σιν τέχνης βίου ἐπιτηδείου· *accommodatæ vitæ artis meditationem.* Auctori cuidam apud Suidam philosophia est ἠθῶν κατόρθωσις μετὰ δόξης τῆς περὶ τοῦ ὄντος γνώσεως ἀληθοῦς· *Horum correctio, conjuncta cum opinione cognoscendæ veritatis de eo, quod est.* Quæ licet differant verbis, sensu consentiunt. C

(37) *Καὶ παρωμοιώθη.* Malim referre ad psalm. XLVIII, v. 13: *Comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis.* Apud Jeremiam quidem c. V, v. 8: *Equi amatores in feminas*, legimus, sed quoniam citat Sapientiam, referendum est hoc ad Ecclesiasticum, quem Σοφίαν Σειράχ Græci dicunt, quanquam dissimulandum non est diversam esse lectionem. Clemens ait: Ἵππος εἰς ὀχείαν ὁ φιλήδονος, καὶ μοιχὸς παντὸς ὑποκάτω ἐπικαθημένου χρεμετίζει, at cap. XXXIII, v. 6, apud LXX: Ἵππος εἰς ὀχείαν ὡς φίλος μῶχος, ὑποκάτω παντὸς ἐπικαθημένου χρεμετιεῖ. Vulgata Latina: *Equus emissarius, sic et amicus subsannator, sub omni supra sedente hinnit.* Jansenius in Ecclesiasticum: *Ut equus equa conspecta hinnit, nulla habita ratione ejus, qui insidet, non in gratiam ejus, sed propter equam; ita fictus amicus, oblata spe commodi, benevolentiam ostendit cuiris, non in gratiam ejus, sed amorem commodi.* Feder. Morellus putat, illa verba apud D Clement., Ὁ φιλήδονος καὶ μοιχὸς ἀλογίστῳ κτήνει παρομοιωθείς, per παρένθεσιν et ἐπεξήγησιν inserta esse. Indicat quod subjicitur διὸ καὶ ἐπιφέρει, Παντός, etc. Collect. — Hic porro locus sic distingui et explicari debet: Καὶ παρωμοιώθη, φησὶν, τοῖς κτήνεσιν. Ὁ ἄνθρωπος παρὰ τὸν λόγον ἐξαμαρτών, εἰκότως ἄλογος νομισθείς, εἰκάζεται κτήνεσιν. Et assimilatus est, *inquit*, jumentis: *scilicet homo, qui rum a ratione aberrasset, merito rationis expers existimatus est, comparatur jumentis.* Porro διὰ μνήμης, recitat Psal. XLVIII, 13, 21: Παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσιν, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς.

(38) *Ἵππος.* Hæc sic distingui et explicari debent: Ἵππος εἰς ὀχείαν· ὁ φιλήδονος, καὶ μοιχὸς, ἀλογίστῳ κτήνει παρομοιωθείς· διὸ καὶ ἐπιφ. Equus ad coitum: *nempe voluptati deditus, et adulter, qui jumento maxime irrationabili assimilatus est: unde etiam subjungit:* Quocunque, etc. Nam ea verba ὁ φιλήδονος usque ad παρομοιωθείς non sunt Siracidæ, ut

[a] Psal. XLVIII, 13, 21. [b] Eccli. XXXIII, 6.

putavit Hervetus interpres, ut a Morello superius dictum est.

(39) *Ταῖς ὑποθήκαις.* Ὑποθήκη ab Hesychio et Suida exp. παραίνεσις. Clemens τὰς ὑποθήκας ταῖς ἐντολαῖς synonymas esse notat. Unde Latine verti solent *præcepta* vel *præceptiones.* Librum hoc titulo Hesiodo ascriptum memorat Quintilianus lib. I, cap. 1; Solonem εἰς ἑαυτὸν ὑποθήκας scripsisse, refert Diogenes Laertius in *Solone*, et Suidas in Σόλων. Hierocles *Aurea* Pythagoræ *carmina* ὑποθήκας vocat, non procul a principio Commentarii. Simplicius, *Commentarii in Epictetum* pag. 3 refert, ὑποθηκῶν nomen iis præceptis peculiare esse, quæ brevibus sententiis continentur; et a Pythagoreis præcipue usurpatum fuisse: Κομματικοὶ δέ εἰσιν οἱ λόγοι, καὶ γνωμονικοὶ, κατὰ τὸ τῶν ὑποθηκῶν καλουμένων παρὰ τοῖς Πυθαγορείοις εἶδος. *Dictio* Epicteti *concisa est, et sententiosa, qualis* præceptionum, *quas Pythagorei* ὑποθήκας *vocant, esse consuevit.*

(40) *Ἀλήθειαν.* Clemens *Strom.* II refert, Posidonium Stoicum felicitatem posuisse ἐν τῷ ζῆν θεωροῦντα τὴν τῶν ὅλων ἀλήθειαν καὶ τάξιν, *in vita contemplatrice universorum veritatis et ordinis.*

(41) *Σκοπόν.* Stoicorum vox. Illi enim σκοπὸν et τέλος sic distinguunt, ut σκοπὸς sit quasi τὸ ἐκκείμενον, οὗ τυχεῖν πάντας ἐφιᾶσιν, οἱ τῆς εὐδαιμονίας σκεπτόμενοι· *res proposita, quam beatitudinis candidati assequi cupiunt:* ut virtus: τέλος autem sit τὸ εὐδαιμονεῖν, *esse felicem:* Τοῦτο δὲ ὑπάρχει ἐν τῷ κατ' ἀρετὴν ζῆν· *id autem statuunt, secundum virtutem vivere:* ut ait Stobæus, *Eclog. ethic.* p. 172. Itaque σκοπὸς illis erat beatitudo objectiva; τέλος, beatitudo formalis.

(42) *Τὸ ἔσχατον ὀρεκτόν.* Stobæus, *Eclog. ethic.* c. 2, p. 172 refert, Stoicos definivisse bonorum finem, τὸ ἔσχατον τῶν ὀρεκτῶν, ἐφ' ᾧ πάντα τὰ ἄλλα ἀναφέρεται, *extremum expetendum, ad quod reliqua omnia referuntur.*

(43) *Κατόρθωμα.* Stoicorum phrasibus in explicandis iis, quæ ad Christianam religionem pertinent, κατα χρῆται.

(44) *Συνίστασαι.* Pal. ms. συνίστανται, plurali numero. Sylburg. — Συνίστανται habent etiam Reg., Bod.

finis est æterna in Deo requies. Æternitatis autem principium, est noster finis. Pietatis igitur perfecta operatio officium per opera efficit. Unde officia merito in actionibus, non autem in dictionibus consistunt. Et est Christiani quidem actio, rationalis animæ operatio, ex concinno judicio et appetitione veritatis, quæ per conjunctum et in partem veniens peragitur corpus. Officium autem est, quæ in vita Deum et Christum sequitur voluntas, quæ se propter vitam æternam recte gerit. Etenim Christianorum vita, quam nunc instituimus, est quædam rationalium quasi actionum compages: hoc est, eorum, quæ a ratione docentur, quæ labi nesciat operatio, quam quidem fidem appellavimus. Hæc autem compages sunt mandata Domini, quæ cum sint divinæ sententiæ, monita spiritalia, nobis ipsis scripta sunt, ut quæ et nobis ipsis et proximis bene quadrent. Quinetiam ipsæ quoque ad nos revertuntur, sicut pila, quæ propter repercussionem ad eum, qui jecit, recurrit. Unde etiam sunt ea, quæ decent ac conveniunt, nempe officia, ad divinam pædagogiam necessaria, quæ a Deo præcepta et ad salutem tradita sunt. Et quoniam eorum, quæ sunt necessaria, alia quidem solum ad vitam hic agendam pertinent, alia vero hinc, ut illic bene vivamus, avolare faciunt: convenienter quoque officiorum, hæc quidem ad vivendum, illa vero ad recte vivendum ordinantur. Quæcunque ergo ad gentiliter vivendum præcipiuntur, ea vulgo publicata sunt. Quæ autem ad bene vivendum conveniunt, ex quibus æterna illa vita acquiritur, ea hic veluti adumbrata ex ipsis Scripturis colligemus ac considerabimus.

A ἔστιν ἡ μὲν πρᾶξις ἡ τοῦ Χριστιανοῦ ψυχῆς ἐνέργεια λογικῆς, κατὰ κρίσιν ἀστείαν (45) καὶ ὄρεξιν ἀληθείας, διὰ τοῦ συμφυοῦς καὶ συναγωνιστοῦ σώματος ἐκτελουμένη· καθῆκον (46) δὲ ἀκόλουθον ἐν τῷ βίῳ θεῷ καὶ Χριστῷ βούλημα, ἐγκατορθούμενον (47) ἀδίῳ ζωῇ· καὶ γὰρ ὁ βίος ὁ Χριστιανῶν, ὃν παιδαγωγούμεθα νῦν, σύστημά τι ἐστὶ λογικῶν πράξεων τουτέστι τῶν ὑπὸ τοῦ Λόγου διδασκομένων ἀδιάπτωτος ἐνέργεια (48), ἣν δὴ πίστιν κεκλήκαμεν. Τὸ δὲ σύστημα ἐντολαὶ Κυριακαί· αἳ δὴ, δόξαι οὖσαι θεῖαι, ὑποθῆκαι πνευματικαί, ἡμῖν αὐτοῖς ἀναγεγράφασται, πρός τε ἡμᾶς αὐτοὺς καὶ πρὸς τοὺς πέλας εὔθετοι· καὶ δὴ καὶ αὗται αὖθις πρὸς ἡμᾶς ἀνταναστρέφουσι, καθάπερ πρὸς τὸν βάλλοντα ἡ σφαῖρα (49), διὰ τὴν ἀντιτυπίαν παλινδρομοῦσα· ὅθεν καὶ ἔστιν ἀναγκαῖα τὰ καθήκοντα εἰς παιδαγωγίαν θεϊκὴν, ὡς ὑπὸ θεοῦ παρηγγελμένα, καὶ εἰς σωτηρίαν πεπορισμένα. Καὶ ἐπεὶ τῶν ἀναγκαίων τὰ μὲν πρὸς τὸ ζῆν ἐπὶ τὸ ἐνταῦθα μόνον, τὰ δὲ ἔνθεν πρὸς τὸ εὖ ζῆν (50) ἐκεῖσε ἀναπτεροῖ (51)· ἀναλόγως καὶ τῶν καθηκόντων τὰ μὲν πρὸς τὸ ζῆν, τὰ δὲ πρὸς τὸ εὖ ζῆν διατάττεται. Ὅσα μὲν οὖν πρὸς τὸ (52) ἐθνικὸν ζῆν παραγγέλλεται, ταῦτα καὶ παρὰ τοῖς πολλοῖς δεδήμευται· ἃ δὲ πρὸς τὸ εὖ ζῆν ἁρμόττει, ἐξ ὧν τὸ ἀΐδιον ἐκεῖνο περιγίνεται ζῆν, ταῦτα δὲ ἐν ὑπογραφῆς μέρει ἐξ αὐτῶν

B

C ἀναλεγομένοις τῶν γραφῶν, ἐξέστω σκοπεῖν (53).

(45) Ἀστεῖαν. Stoici honestum ac probum vocabant ἀστεῖον, cui φαῦλον opponebant. Sic apud Plutarch. lib. *De contr. Stoic.*: Τῷ μὲν ἀστείῳ ἀλλότριον οὐδὲν, τῷ δὲ φαύλῳ οὐδὲν οἰκεῖον· *Probo quidem nihil alienum, improbo nihil proprium.*

(46) Καθῆκον. Stoici apud Stobæum p. 174 definiunt καθῆκον τὸ ἀκόλουθον ἐν τῷ βίῳ, *in vita consentaneum.* Item, τὸ ἀκόλουθον ἐν ζωῇ, ἣ παραχθὲν (scrib. πραχθὲν) εὔλογον ἀπολογίαν ἔχει, *in vita consentaneum, cujus effecti recta ratio reddi potest.* Conf. Diogenes Laertius lib. VII, segm. 107; Sextus Empiricus *Adv. mathemat.* pag. 147. Præterea Stoici felicitatem statuebant ἐν τῷ πάντα τὰ καθήκοντα ἐπιτελοῦντα ζῆν· *in vivendo, omnia officia perficientem.* Quod alii dicebant: Ζῆν ἀκολούθως τῇ φύσει, vel τῷ δαίμονι, vel πρὸς τὴν τοῦ ὅλου διοικητοῦ βούλησιν. Conf. Stobæus loco jam dicto, et Laertius lib. VII, segm. 88, 89. Clemens utrumque conjunxit, et e Christi doctrina æternæ vitæ mentionem insuper adjecit.

(47) Ἐγκατορθούμενον. Hæc vox reposita est ex Pal. cod. Herveti versio secuta est vulgatam lectionem, βούλημα ἓν, κατορθ. *voluntas una, quæ se propter vitam æternam recte et ex virtute gerit.* Sylburg. — Ἓν κατορθ. habent etiam Reg., Bod.

(48) Ἀδιάπτωτος ἐνέργεια. Hoc etiam Stoicorum more dictum est. Laertius in *Zenone*, qui est lib. VII, segm. 117: Φασὶ δὲ καὶ ἁπαθῆ εἶναι τὸν σοφὸν, διὰ τὸ ἀνέμπτωτον εἶναι· *Aiunt* Stoici *sapientem esse passionibus vacuum, quia labi non possit.* Item segm. 122: Ἔτι δὲ ἀναμαρτήτους, τῷ ἀπαραπτώτους εἶναι τῷ ἁμαρτήματι· *Esse iisdem* sapientes *inculpatos, quia in peccata labi non possint.*

(49) Ἡ σφαῖρα. Similitudo de pila est apud Basil. pag. 172. H. Sylburg.

(50) Εὖ ζῆν. Adhuc Stoice loquitur. Nam apud Stoicos τὸ εὖ ζῆν, καλῶς ζῆν, et κατὰ φύσιν ζῆν, idem significabant, quod τὸ εὐδαιμονεῖν, *felicem esse.* Conf. Stobæus, *Eclog. ethic.*, c. 4, p. 172.

(51) Ἀναπτεροῖ. Conf. quæ dicta sunt ad *Protrept.* pag. 83, not., et quæ adnotabuntur ad *Strom.* V, p. 588.

D

(52) Τό. Abest a Bod., Reg.

(53) Σκοπεῖν. Post hujus libri finem, Reg. et Bod. coronidis loco addunt: Κλήμεντος Παιδαγωγοῦ τῶν εἰς τὰ τρία τὸ πρῶτον.

# ✠CAPITULA LIBRI SECUNDI.

α'. Πῶς περὶ τὰς τροφὰς διαστρεπτέον.
β'. Πῶς τῷ ποτῷ προσενεκτέον.
γ'. Ὅτι οὐ χρὴ περὶ τὴν πολυτέλειαν τῶν σκευῶν σπουδαχέναι.
δ'. Πῶς χρὴ περὶ τὰς ἑστιάσεις ἀνίεσθαι.
ε'. Περὶ γέλωτος.
ς'. Περὶ αἰσχρολογίας.
ζ'. Τίνα χρὴ παραφυλάττεσθαι τοὺς ἀστείως συμβιοῦντας.
η'. Εἰ μύροις καὶ στεφάνοις χρηστέον.
θ'. Πῶς τῷ ὕπνῳ προσενεκτέον.
ι'. Τίνα διαληπτέον περὶ παιδοποιίας.
ια'. Περὶ ὑποδέσεως.
ιβ'. Ὅτι οὐ χρὴ περὶ τοὺς λίθους καὶ τὸν χρυσοῦν ἐπτοῆσθαι κόσμον.

1. *Quomodo circa alimenta versari oporteat.*
2. *Quomodo in potu se gerere oporteat.*
3. *Quod in sumptuosam vasorum supellectilem non sit studium conferendum.*
4. *Quomodo in conviviis se recreare oporteat.*
5. *De risu.*
6. *De turpiloquio.*
7. *Quænam observare oporteat eos, qui honeste simul vivunt.*
8. *An unguentis et coronis utendum sit.*
9. *Quomodo se in somno gerere oporteat.*
10. *Quænam de procreatione liberorum tractanda sint.*
11. *De calceamentis.*
12. *Quod non oporteat gemmas et aureum ornatum stupere et admirari.*

# ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

## ΚΕΦ. Α'.

### Πῶς περὶ τὰς τροφὰς διαστρεπτέον.

Ἐχομένοις τοίνυν τοῦ σκοποῦ καὶ τὰς Γραφὰς πρὸς τὸ βιωφελὲς τῆς Παιδαγωγίας ἐκλεγομένοις, ὁποῖόν τινα εἶναι χρὴ παρ' ὅλον τὸν βίον τὸν Χριστιανὸν καλούμενον, κεφαλαιωδῶς ὑπογραπτέον. Ἀρκτέον οὖν ἡμῖν ἀφ' ἡμῶν αὐτῶν, καὶ ὅμως ἁρμόττειν γε χρή. Στοχαζομένοις τοίνυν τῆς συμμετρίας τοῦ συντάγματος, ὁποῖόν τινα τῷ ἑαυτοῦ σώματι ἕκαστον ἡμῶν προσφέρεσθαι, μᾶλλον δὲ ὅπως αὐτὸ κατευθύνειν χρή, λεκτέον· ὁπόταν γάρ τις, ἀπὸ τῶν ἐκτὸς καὶ αὐτῆς ἔτι τῆς τοῦ σώματος ἀγωγῆς ἐπὶ τὴν διάνοιαν ἀναχθείς (54) ὑπὸ τοῦ Λόγου, τὴν θεωρίαν τῶν κατὰ τὸν ἄνθρωπον συμβαινόντων κατὰ φύσιν ἀκριβῶς ἐκμάθῃ, εἴσεται μὴ σπουδάζειν μὲν περὶ τὰ ἐκτὸς, τὸ δὲ ἴδιον τοῦ ἀνθρώπου, τὸ ὄμμα τῆς ψυχῆς ἐκκαθαίρειν, ἁγνίζειν δὲ καὶ τὴν σάρκα αὐτῆς. Ὁ γὰρ ἐκείνων καθαρῶς ἀπολυθείς, δι' ὧν ἔτι χοῦς ἐστι, τί ἂν ἄλλο προὐργιαίτερον ἑαυτοῦ ἔχοι πρὸς τὸ ὁδῷ ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν κατάληψιν τοῦ Θεοῦ; Οἱ μὲν δὴ ἄλλοι ἄνθρωποι « ζῶσιν (55) ἵνα ἐσθίωσιν, » ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὰ ἄλογα ζῶα, « Οἷς (56) οὐδὲν ἀλλ' ἢ γαστήρ ἐστιν ὁ βίος· » ἡμῖν δὲ ὁ Παιδαγωγὸς ἐσθίειν παραγγέλλει, ἵνα ζῶμεν· οὔτε γὰρ ἔργον ἡμῖν ἡ τροφὴ, οὔτε σκοπὸς ἡδονή· ὑπὲρ δὲ τῆς ἐνταῦθα διαμονῆς, ἣν ὁ Λόγος εἰς ἀφθαρσίαν παιδαγωγεῖ· διὸ καὶ ἐκκρίνεται ἡ τροφή. Ἁπλῆ δὲ αὕτη καὶ ἀπέριεργος

# LIBER SECUNDUS.

## CAP. I.

### *Quomodo circa alimenta versari oporteat.*

Propositum itaque institutum ac scopum sequentibus, et Scripturas ad eam Pædagogiæ partem, quæ vitæ utilis futura est, deligentibus, qualem esse in tota vita eum qui Christianus dicitur, oporteat, summatim describendum est. Nobis igitur a nobis ipsis incipiendum est, et quomodo nos componere ac moderari oporteat. Habita ergo operis nostri, commodæque illius dispositionis ratione, quemadmodum unumquemque nostrum se in suum corpus gerere, vel potius quomodo id dirigere oporteat, dicendum est. Quando enim quis a rebus externis, et ab ipsa præterea corporis cultura ad mentem a ratione, seu Verbo, deductus, eorum, quæ in homine secundum naturam eveniunt, contemplatione accurate didicerit, sciet non esse studium in res externas conferendum : sed hominis quod est proprium, animæ nempe oculum, expurgandum, castamque et sanctam carnem suam tuendam. Qui enim ab illis pure emundatus exsolutusque fuerit, per quæ est adhuc pulvis, quidnam aliud commodius seipso habere poterit, ad hoc, ut recta via ad Dei procedat comprehensionem? Atque alii quidem homines *vivunt ut comedant*, quod certe etiam rationis expertibus evenit animantibus, *Quibus nihil aliud quam venter vita est :* nobis autem Pædagogus præ-

✠ P. 161-162 ED. POTTER, 138-139 ED. PARIS.

(54) Ἀναχθείς. Hoc pro vulg. ἀχθεὶς repositum e Pal. ms. Sylburg. — Consentiunt Reg., Bod. Sed ἀχθεὶς retinet ms. Nov.

(55) Ζῶσιν. Socratis effatum respicit, quod refert Musonius apud Stobæum serm. 17, qui est *De incontinentia :* Προστήκει ἐσθίειν ἡμῖν ἵνα ζῶμεν, οὐχ ἵνα ἡδώμεθα, εἴ γε μέλλομεν συστοιχεῖν ἀρίστῳ ὄντι τῷ λόγῳ Σωκράτους, ὃς ἔφη, Τοὺς μὲν πολλοὺς ἀνθρώπους ζῆν ἵνα ἐσθίωσιν, αὐτὸς (scrib. αὐτὸν) δὲ ἐσθίειν ἵνα ζῇ· « Edendum ut viramus, non ut voluptemur ; siquidem ad optimam Socratis sententiam accommodare nos voluerimus, qui bonam hominum partem vivere dixit ut edant, se autem edere ut vivat. » Clemens idem dictum iterum respexit *Strom.* VII, pag. 752. Item Juvenalis, sat. XI, v. 11.

*Et quibus in solo vivendi causa palato est.*

(56) Οἷς. Ut senarius constet sibi, scribe.

Οἷς οὐδέν ἐστιν ἄλλο, πλὴν γαστὴρ, βίος.

Nihil est familiarius Clementi, quam versiculos auctorum aut citare ut in mentem veniunt, aut accommodare instituto, καὶ παραλύειν. Hervetus.

cipit ✠ *comesse ut vivamus* : neque enim nostrum nutritio munus est ; neque scopus noster, voluptas : sed propter nostram hic mansionem, quam ad incorruptionem Verbum instituit : et ideo secernitur ac seligitur alimentum. Est autem ipsa simplex, et minime curiosa veritas, simplicibus et minime curiosis pueris apposita : utpote quæ ad vivendum, non ad lautitias deliciasque apta sit. Ipsum autem vivere, ex duobus, sanitate scilicet et viribus, constituitur, quibus maxime convenit alimenti facilitas ; ut quod et ad digestionem et corporis levitatem sit utile : ex quibus incrementum, sanitas, et justæ vires, non autem injustæ, lubricæ, et miseræ quales sunt, quæ athletis ex illa sua edendi necessitate obveniunt. Sunt itaque multiplices qualitates respuendæ, quæ varia damna pariunt, malas corporum habitudines, stomachorum subversiones, cum corruptus et constupratus sit gustus misera et infausta quadam condiendi arte, et inani in faciendis bellariis artificio. Audent enim appellare nutritionem, studium deliciarum, quod in noxias voluptates dilabitur. Antiphanes autem, Delius medicus, vel unum hanc dixit esse morborum causam, ciborum varietatem : cum qui veritatem

✠ P. 165 ED. POTTER, 140 ED. PARIS.

(57) Ἀλήθεια. Ἡ ἀλήθεια. Nov., quod hunc sensum efficit : « Est autem illud, » nempe alimentum, « simplex et minime curiosum, nempe veritas. » Scribi etiam posset ἀληθείᾳ, « *revera* : » ut sensus sit : « Est autem illud, » alimentum, « revera simplex, nec curiose conquirendum : quale simplicibus et minime curiosis puerulis convenit, ut quod sit ad vivendum, non vero ad delicias aptum. »

(58) Δυεῖν. Δυοῖν, Bod., Reg.

(59) *Καὶ ἀθλία.* Pal. ms. disjunctive ἢ ἀθλία. Sylburg.

(60) Ἀναγκοφαγίας. « Edendi necessitate. » Quantitas cibi athletarum quam fuerit cæteris hominum mensuris superior, sciri potest ex iis, quæ scriptis mandavit Galenus II *De digno pulsuum*, videlicet carnis minas duas, paucum cibum athletis fuisse, ut aliqua ex parte fabuloso illi fidem adhibere valeamus, quod de athleta Milone Crotoniata et Heraclide pugile celebratur, quorum alterum carnium minas 20 deglutisse et panis totidem, vini choas persiccasse tres, ac aliquando taurum absumpsisse ; alterum prope infiniti cibi exstitisse ferunt. Atque hinc perspicuum fit, quam vere Aristoteles IV *De gen. animalium* dixerit, sæpenumero athletis membra variis formis affici, cum ob nullam edacitatem natura haud valet æque in toto corpore omnes cibi partes conficere, et confectas æqualiter distribuere, sicut VIII *Politic.* cibum eorum, qui exercebantur athletice, modo βίαιον τροφήν, modo ἀναγκοφαγίαν vocavit, quasi plus quam ferre possent edere cogerentur : qua etiam voce utitur Clemens Alexand. lib. I *Pædag.* ; Mercurialis lib. I, cap. 13, *De arte gymn.* Collect. — Cum aliquid præter animi voluntatem facere cogimur, id ἀνάγκῃ fieri dicitur. Hinc ἀναγκοστεῖν et ἀναγκοφαγεῖν dicuntur, qui non ad libitum, sed alieno arbitrio comedunt : unde ἀναγκοφαγία pugilum, quibus a pædotribis et aliptis, qui eos ad certamina præparabant, certa cibi mensura constitui solebat, quam quotidie comedere tenebantur, ut vires eorum crescerent. Hesychius : Ἀναγκοφαγεῖν, πρὸς ἀνάγκην ἐσθίειν· ὅπερ ἀθλητὰι πάσχουσιν. Modus etiam edendi præscriptus erat, ut refert Philo Judæus, lib. I *Legis allegor.*, pag. 58 : Μὴ μόνον δὲ φησὶ Φανῇ, ἀλλὰ καὶ βρώσει, τουτέστι κατανάλωσις καὶ ἐπιλεάνας, μὴ ἰδιώτου, ἀλλ' ἀθλητοῦ τρόπον, τὴν τροφὴν, ἰσχὺν καὶ δύναμιν περιποιήσῃ. Καὶ γὰρ τοῖς ἀθληταῖς οἱ ἀλείπται παραγγέλλουσι μὴ κόπτειν, ἀλλὰ κατὰ χολὴν λεαίνειν, ἵνα πρὸς ἰσχὺν ἐπιδιδῶσιν· ἑτέρως γὰρ ἐγὼ καὶ ὁ ἀθλητὴς τρεφόμεθα· ἐγὼ μὲν γὰρ ἕνεκα τοῦ ζῆν μόνον, ὁ δὲ ἀθλητὴς καὶ ἕνεκα τοῦ παίνεσθαι καὶ ῥώννυσθαι, παρ' ᾧ καὶ ἔν τι τῶν ἀσκητικῶν ἐστι τὸ ἀνελέσθαι τροφήν. Hinc jejunia ab athletis ægerrime ferri, refert Cicero *Tusc. quæst.* lib. II, cap. 17 : « Aniculæ sæpe inediam biduum, aut triduum ferunt. Subdue cibum unum diem athletæ ; Jovem Olympium, eum ipsum, cui se exercet, implorabit : ferre non posse clamabit. Consuetudinis magna vis est. » Hinc et athletæ plerumque voraces fuisse memorantur. Theagenes taurum solus comedit : quod a Milone quoque factum. Hic etiam viginti carnis libras, totidemque panes comedit, et tres vini congias ebibit. Astydamas, quæ Ariobarzanes Persa novem convivis apparasset, solus abliguriit. Hæc, aliaque ejusmodi plura memorat Athenæus lib. X, cap. 2.

σαφῶς· οὐ γὰρ μεθύων ἐδίδαξεν. Ὅτι δὲ οἶνος ἦν τὸ εὐλογηθὲν, ἀπέδειξε πάλιν, πρὸς τοὺς μαθητὰς λέγων· « Οὐ μὴ πίω ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου ταύτης, μέχρις ἂν πίω αὐτὸ μεθ' ὑμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρός μου. » Ἀλλ' ὅτι γε οἶνος ἦν τὸ πινόμενον πρὸς τοῦ Κυρίου, πάλιν αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ λέγει, τὴν Ἰουδαίων ἐπονειδίζων σκληροκαρδίαν· « Ἦλθε γάρ, » φησὶν, « ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ λέγουσιν· Ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, τελωνῶν φίλος. » Τοῦτ μὲν ἡμῖν καὶ πρὸς τοὺς Ἐγκρατητὰς καλουμένους παραπεπήχθω. Αἱ δὲ γυναῖκες, τὸ εὔσχημον ἐπαναιρούμεναι ὄῆθεν, ὡς μὴ ταῖς πλατείαις κύλιξιν διαχέουσαι τὰ χείλη περιῤῥαγεῖς γένωνται πλατυνομένου τοῦ στόματος στεναῖς κομιδῇ κατὰ τὸ στόμιον ἀλαβάστροις, ἀσχημόνως πίνουσαι, ἀναχλῶσι μὲν τὰς κεφαλὰς, γυμνοῦσι δὲ τοὺς τραχήλους οὐ κοσμίως, ἐμοὶ δοκεῖν, καὶ τὸν λάρυγγα διατείνουσαι περὶ τὴν κατάποσιν βροχθίζουσιν, οἷον ἀπογυμνούμεναι τοῖς συμπόταις ἃ δύνανται· ἐρυγάς τε ἀνδρώδεις ἐπισπώμεναι, μᾶλλον δὲ ἀνδραποδώδεις, προσεπιθρύπτονται σπαταλῶσαι· οὐδεὶς γὰρ ψόγος οἰκεῖος ἀνδρὶ λογικῷ, ἔτι δὲ μᾶλλον γυναικὶ, ἢ καὶ τὸ συνειδέναι αὐτὴν ἑαυτῇ, ἥτις εἰ (70) μόνον, αἰσχύνην φέρει· « Ὀργὴ δὲ, » φησὶ, « μεγάλη, γυνὴ μέθυσος· » οἱονεὶ χόλος Θεοῦ, οἰνομάχλη γυνή (71). Διατί; ὅτι « ἀσχημοσύνην αὐτῆς οὐ συγκαλύψει· » ταχὺ γὰρ εἰς ἀταξίαν ὑποσύρεται γυνὴ, κἂν μόνον ἐπιδῷ τὴν προαίρεσιν εἰς ἡδονάς. Καὶ οὐχὶ ἀλαβάστροις πίνειν κεκωλύκαμεν, ἀλλὰ τὸ ἐπιτηδεύειν ἐν τούτοις μόνον πίνειν, ὡς ἀλαζονικὸν, περικόπτομεν, τοῖς παρατυχοῦσιν ἀπροσταθῶς χρῆσθαι συμβουλεύοντες, πόῤῥωθεν ἀνωθεν ἐλισθανούσας ἀνακόπτοντες αὐταῖς τὰς ὁρέξεις. Ἡ δ' οὖν (72) πρὸς ἐρυγὴν ἀναπλωτάζουσα τοῦ ἀέρος ἐπαιξις ἠσυχῇ παραπεμπτέα. Κατ' οὐδένα δὲ τρόπον ταῖς γυναιξὶν ἐπιτρεπτέον, παραγυμνούσας τι τοῦ σώματος καταφαίνεσθαι, μὴ σφαλεῖεν ἅμῳ· οἱ μὲν, ἀριθιζόμενοι κατασκοπεῖν· αἱ δὲ, τῶν ἀνδρῶν ἐφ' ἑαυτὰς ἐπισπώμεναι τὰς ὄψεις. Ἀλλ δὲ, ὡς παρόντος τοῦ Κυρίου, κοσμίως ἀναστρεπτέον ἡμῖν, μή πη ἄρα καὶ ἡμῖν, ὡς Κορινθίοις ὁ Ἀπόστολος χαλεπήνας εἴπῃ· « Συνερχομένων ὑμῶν (73) οὐκ ἔστι κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν. » Ἐμοὶ δοκεῖ ὁ Ἀκέφαλος πρὸς τῶν μαθηματικῶν καλούμενος, ὁ πρὸ τοῦ ἀστέρος τοῦ πλανωμένου καταριθμούμενος, συνιζηκυίας τῆς κεφαλῆς εἰς τὸ στῆθος, τοὺς ὀψοφάγους καὶ ἡδονικοὺς καὶ τοὺς ἑτοίμους εἰς μέθην αἰνίττεσθαι· καὶ γὰρ οὖν κἂν τούτῳ (74), τὸ λογιστικὸν ὥρυται οὐκ ἐν τῇ κεφαλῇ, ἀλλ' ἐν τοῖς ἐντοσθιδίοις πάθεσιν, ἐπιθυμίᾳ τε καὶ θυμῷ δεδουλωμένον. Ὥστε, ὅτῳ τρόπῳ Ἑλπήνωρ (75) ἀστράγαλον ἐάγη καταπεσὼν

A perate? an non considerate? Certo enim scitote, ipse quoque vino usus est: nam ipse quoque homo est. Et vinum benedixit, cum dixit: « Accipite, bibite, hoc est sanguis meus, » sanguis vitis: Verbum enim, quod « pro multis effunditur in remissionem peccatorum [a], » sanctum lætitiæ fluentum allegorice vocat. Et quod sobrium esse oportet eum qui bibit, ex eo, quod in conviviis docuit, aperte ostendit: neque enim ebrius docuit. Quod autem vinum esset, quod benedictum est, ostendit rursus, dicens discipulis: « Non bibam ex fructu vitis hujus, donec bibero ipsum vobiscum in regno Patris mei [b]. » Cæterum quod vinum quidem esset, quod bibebatur a Domino, rursus ipse de seipso dicit, Judæorum cordis duritiem exprobrans: « Venit enim, » inquit, « Filius hominis, et dicunt: Ecce homo vorax, et potor vini, publicanorum amicus [c]. » Hæc quidem nobis firma et fixa sint adversus eos, qui dicuntur Encratitæ. Porro autem mulieres, honesti ac decori memores, ne labra latis calicibus diffundentes, dilatato ore disrumpantur, admodum angustis in ore alabastris indecore bibentes: capita reflectunt, colla autem non, ut mihi quidem videtur, honeste denudant, et jugulum extendentes, potum ingurgitant, quasi convivis ea, quæ possunt, denudare studeant: virilesque eructationes, vel potius serviles attrahentes, in luxu et in deliciis tempus consumunt. Nihil enim, quod probrum affert et vituperationem, viro, qui ratione est præditus, convenit, multo autem minus mulieri, cui vel ipsum cogitare quænam sit, ei affert pudorem. **69** « Ira autem » ✠ inquit, « magna, est mulier ebria: » tanquam ira esset Dei, mulier temulenta. Quamobrem? quoniam « suam non celat turpitudinem [d]. » Facile enim mulier ad inhoneste se gerendum attrahitur, modo animum suum liberum voluptatibus permiserit. Neque vero alabastris bibere prohibuerimus, sed studium in his solis bibendi iis, ut superbum et arrogans, resecamus: hoc enim volumus, ut nulla ratione habita, iis, quæ se obtulerint, utantur, pravos appetitus eminus ab ipso principio exscindentes. Jam vero aeris impulsus, qui redeunte quadam fluctuatione incitat ad eructandum, est sensim transmittendus. Nullo autem modo permittendum est mulieribus, ut nudam aliquam corporis partem offerant viris, ne ambo prolabantur; hi quidem dum ad videndum incitantur; illæ vero, dum in se virorum intuitum attrahunt. Semper autem, tanquam præsente Domino, honeste versandum est, ne nobis quoque sicut Corinthiis succensens dicat Apostolus:

✠ P. 187 ED. POTTER, 159 ED. PARIS. [a] Matth. xxvi, 27, 28. [b] Ib. 29. Marc. xiv, 25. [c] Matth. xi, 19. [d] Eccli. xxvi, 11.

(70) Ἥτις εἰη. Scilicet quoad muliebrem naturam.

(71) *Οἱονεὶ... γυνή.* Hæc Clementis verba sunt, non Siracidæ, ut hactenus existimata fuere.

(72) Ἡ δ' οὖν. Et δὴ Nov. Mox, ἐναπλωτάζουσα Bod. Dein, κατ' οὐδένα τρόπον, omissa δέ part., Nov.

(73) Ὑμῶν. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ addit Paulus. Mox, ἐμοὶ δοκεῖν pro ἐμοὶ δοκεῖ, Bod.

(74) *Κἂν τούτῳ.* Malim κὰν τούτοις, vel κἂν τούτων· « etiam in his: » vel « etiam horum. » nempe qui gulæ et vino deliti sint.

(75) Ἑλπήνωρ. Homerus *Odyss.* K, sub finem:

..... *Πέσεν, ἐκ δὲ οἱ αὐχὴν*
*Ἀστραγάλων ἐάγη....*
.....*Cecidit, ejus autem cervix*
*Ex junctura fracta est.*

Eustathius in illum locum: Τὸ δὲ ἀστραγάλων, ὅ ἐστι σπονδύλων, ἀρχὴ τοῖς μεθ' Ὅμηρον τοῦ εἰπεῖν

« Convenientibus vobis non licet dominicam cœnam comedere [a].» Mihi videtur is qui a mathematicis dicitur Acephalus, qui ante stellam errantem enumeratur, capite in pectus compresso, significare helluones homines, et voluptuarios, et ad ebrietatem propensos. Nam in his quoque ratiocinandi facultas non in capite, sed in intestinis collocatur, iræ et cupiditati serviens. Quamobrem quemadmodum Elpenor colli vertebras fregit, cum cecidisset per ebrietatem: ita eorum cerebrum præ ebrietate caligine offusum, ad cor et jecur, hoc est ad voluptatem et iram, majore casu decidit, quam dicunt poetæ Vulcanum cœlitus a Jove in terram fuisse dejectum. « Labor autem, vigiliæ,» inquit, « et bilis et tormentum est cum homine insatiabili [b].» Quocirca

A ὑπὸ μέθης, οὕτω τούτων ὁ ἐγκέφαλος, ἄνωθεν ἰλιγγιάσας ὑπὸ μέθης, ἐπὶ τὸ ἧπαρ καὶ τὴν καρδίαν, τουτέστιν ἐπὶ τὴν φιλῃδονίαν καὶ τὸν θυμόν, καταπίπτει πτῶμα μεῖζον· ἢ φασὶ ποιητῶν παῖδες (76), πρὸς τοῦ Διὸς τὸν Ἥφαιστον οὐρανόθεν ἐρρίφθαι χαμαί. « Πόνος δὲ ἀγρυπνίας,» φησί, « καὶ χολέρα (77), καὶ στρόφος μετ' ἀνδρὸς ἀπλήστου.» Διὰ τοῦτό τοι καὶ ἡ τοῦ Νῶε παροινία ἀνάγραπτος γεγένηται, ἵνα ὡς ὅτι μάλιστα τὴν μέθην φυλαττώμεθα, ἐμφανῆ καὶ ἔγγραπτον τὴν εἰκόνα τοῦ παραπτώματος ἔχοντες· δι' ἣν οἱ σκεπάσαντες (78) τὴν ἀσχημοσύνην τῆς μέθης, εὐλογοῦνται παρὰ Κυρίῳ. Συντομώτατα τοίνυν ἐμπεριλαβοῦσα ἡ Γραφὴ, ἅπαντα ἐν ἑνὶ λόγῳ εἴρηκεν· « Τὸ ἱκανὸν (79) ἀνθρώπῳ πεπαιδευμένῳ οἶνος, καὶ ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ ἀναπαύσεται.»

Noe quoque indecora vinolentia descripta est, ut ebrietatem quam maxime vitemus, manifestam scriptisque mandatam lapsus imaginem habentes: propter quam, qui ebrietatis texerunt turpitudinem, benedicuntur a Domino. Brevissime itaque comprehendens Scriptura, uno verbo omnia dixit: « Quod homini erudito satis est vinum, et in ejus cubili requiescet [c].»

## ✠ CAP. III.

*Quod in sumptuosam vasorum supellectilem non sit studium conferendum.*

Argenteorum itaque, et aureorum, gemmeorumque poculorum irritus et inutilis est usus, ut quibus visus decipiatur tantum. Nam sive eis calidum mistum liquorem infuderis, excalefactorum vasorum molesta est tractatio; sive rursus frigidum infuderis, qualitatem materia transfundit, liquorem corrumpens, et est damnosus dives potus. Valeant ergo Thericlei calices, Antigonides, cantheri, labronii et lepastæ, et poculorum genera innumerabilia, psyeteres præterea et trullæ. Auri enim et argenti, et privatim et publice est invidiosa, ut semel dicam, possessio, si usum excesserit; rara ad acquirendum, difficilis ad custodiendum, et non apta ad C utendum. Quin etiam curiosa ac inanis exlatorum in vitro vana gloria, ad frangendum propter artem paratior, quæ timere docet, simul ac bibas, est a nobis nostris institutis exterminanda. Sellæ autem

## ΚΕΦ. Γ.

*Ὅτι οὐ χρὴ περὶ τὴν πολυτέλειαν τῶν σκευῶν ἐσπουδακέναι.*

Ἐκπωμάτων τοίνυν ἀργυρίου καὶ χρυσίου (80) πεποιημένων, λιθοκολλήτων τε ἄλλων, ἄθετος ἡ χρῆσις, ὄψεως ἀπάτη μόνον. Εἴ τε γὰρ αὐτοῖς ἐγχέαι τις θερμοῦ κράματος, διαπυρουμένων τῶν σκευῶν ἐπώδυνος ἡ λῆψις· εἶτε αὖ ψυχρὸν πάλιν ἐγχέαι, μεταβάλλουσι τῆς ποιότητος ἡ ὕλη, λυμαινομένη τὸ κρᾶμα· καὶ ἔστιν ἐπιβλαβὴς ἡ πόσις ἡ πλουσία. Ἐρρέτων τοίνυν Θηρίκλειοι (81) τινες κύλικες, καὶ Ἀντιγονίδες, κάνθαροί τε καὶ λαβρώνιοι, καὶ λεπασταὶ, καὶ τῶν ἐκπωμάτων εἴδη τὰ μυρία· ψυκτῆρές τε ἐπὶ τούτοις, καὶ οἰνοχόαι· χρυσός τε γὰρ ἁπλῶς καὶ ἄργυρος, ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ ἐστὶν ἐπίφθονον κτῆμα, τὴν χρείαν ὑπερβεβηκός· κτήσασθαί τε σπάνιον, καὶ τηρῆσαι δύσκολον, καὶ οὐκ ἐπιτήδειον χρήσασθαι. Ναὶ μὴν καὶ τορευτῶν (82) περίεργος ἐφ' ὕλῃ κενοδοξία, εἰς θραῦσιν διὰ τέχνης ἑτοιμοτέρα, δεδίέναι τε ἅμα καὶ πίνειν διδάσκουσα,

[a] I Cor. xi, 20. [b] Eccli. xxxi, 23. [c] Ibid. 22.

✠ P. 188 ED. POTTER, 160 ED. PARIS.

ὡς ὁ δεῖνα κατεάγη τῆς κεφαλῆς. Τὸ μέν τοι κοινότερον, ἔαγη ἀστραγάλους, ἢ κεφαλήν. COLLECT.

(76) *Ποιητῶν παῖδες.* Homerum intelligit, apud quem Vulcanus hæc de se loquitur, *Iliad.* A, vers. 589:

..... Ἀργαλέος γὰρ Ὀλύμπιος ἀντιφέρεσθαι.
Ἤδη γάρ με καὶ ἄλλοτ' ἀλεξέμεναι μεμαῶτα
Ῥῖψε, ποδὸς τεταγὼν, ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο.
Ἦμαρ δ' ἡμέρῃ φερόμην, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι
Κάππεσον ἐν Λήμνῳ· ὀλίγος δ' ἔτι θυμὸς ἐνῆεν.

(77) *Χολέρα.* Χολέρας Eccl.

(78) *Οἱ σκεπάσαντες.* Scilicet Sem et Japheth, Gen. ix, 23, 26, 27.

(79) *Τὸ ἱκανόν.* Ἱκανὸν ἀνθρώπῳ πεπαιδευμένῳ οἶνος, καὶ ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ ἀναπαύσεται. At in Ecclesiastico c. xxxi, v. 22: Ὡς ἱκανὸν α. π. ὀλίγον καὶ ἐ. τ. κ. α. οὐκ ἀσθμαίνει. « Quam sufficiens homini erudito exiguum, et super cubili suo non anhelat.» Aliter Latina vulgata. Sed nihil in utrovis mutandum est. Jansenius agi putat in hoc versu de victu parco et jejuno; nondum de vino. COLLECT.

(80) *Ἀργυρίου καὶ χρυσίου.* Ἀργύρου καὶ χρυσοῦ Nov. Dein, περιποιημένων pro πεποιημένων, Reg., Bod.

(81) *Θηρίκλειοι.* In marg. Reg. et Bod. aliquis hæc de poculis adnotavit: Θηρίκλειοι, ἀπὸ Θηρικλέους τοῦτο ἐφευρόντος. Ἀντιγόνιοι ὁμοίως. Κάνθαροι, ἀπὸ τοῦ σχήματος. Λεπασταὶ, ἀπὸ τοῦ σχήματος. Θηρίκλειον, τὸ σφαιροειδὲς τῷ πυθμένι, τὸ ἐπικείμενον ἔχον κωνοειδὲς, ἀφ' οὗ πιεῖν ἐστιν εὐπετές. Ἀντιγόνιος, ἡ ἄνευ τοῦ σφαιροειδοῦς πυθμένος εἰς ὀξὺ ἀπολήγουσα. Κάνθαρος, τὸ λεκανοειδὲς μὲν, ἄνωθεν δὲ ὁμοίως πώματι ἐπεσκεπασμένον στομίῳ οὐ μέτρῳ, κατὰ μέσον ἀνερρωγὸς, καὶ πρὸς ἄκρῳ τῆς περιφερείας προχοῖδι, ἀφ' ἧς πιεῖν ἔστιν διοιγόμενον. Λαβρώνιος, ἀσπιδοὺς ἔκπωμα, ἀφ' οὗ ἔστι λάβρως ἐμφορηθῆναι τὸν πίνοντα. Λεπαστὴ, χυτρειδὲς ἔκπωμα, ἐπωτίδι μιᾷ τὸ εἰλῆφθαι παρεχομένη. Ψυκτὴρ κωλινδρικοῦ σχήματος κατατομὴ, κάτωθεν κωνίδι ἐπὶ πρίσματι κωλινδρικῷ ἐδραζομένη· ἀφ' οὗ καὶ ἑστάναι καὶ μεταχειρισθῆναι ἔστιν αὐτῇ πρόχειρον. Conf. Athenæi *Dipnosoph.* lib. xi, per plura capita, Pollucis *Onomast.* lib. vi, cap. 16.

(82) *Ναὶ μὴν καὶ τορευτῶν.* Καὶ μὴν καὶ τορευτὸς, Reg., Bod.

περιουσίαν τῆς εὐνομίας ἡμῶν· κλινῆρες δὲ ἀργυροῖ, καὶ λεκάναι, καὶ ἐξύδαφα, καὶ (83) πινακίσκοι, καὶ τρυβλία· πρὸς ἔτι τούτοις σκεύη ἀργυρᾶ τε καὶ χρυσᾶ, τὰ μὲν εἰς διακονίαν τροφῆς, τὰ δὲ καὶ εἰς ἄλλας τινάς, αἰσχύνομαι καὶ λέγειν, χρείας, κέδρου (84) τ' εὐκέατοι, καὶ θύου, καὶ ἐβένου, καὶ ἐλέφαντος τρίποδες ἠσκημένοι, κλῖναί τε ἀργυρόποδες, καὶ ἐλεφαντοκόλλητοι· χρυσόστικτοί τε καὶ χελώνης πεποικιλμέναι (85) κοίτης κλισιάδες· στρωμναί τε ἀλουργεῖς καὶ ἄλλων χρωμάτων δυσπορίστων, ἀπειροκάλου τρυφῆς τεκμήρια, φθόνου καὶ βλακείας ἐπίβουλα πλεονεκτήματα, παραπεμπτέα ἅπαντα· οὐδ' ἡντινοῦν ἀξιόλογον ἔχοντα σπουδήν. « Ὁ γὰρ καιρὸς συνεσταλμένος ἐστίν, » ὡς φησὶν ὁ Ἀπόστολος. Τοῦτο ὑπολείπεται, μὴ γελοίως σχηματισθῆναι· καθάπερ ἐν ταῖς πομπαῖς ὁρῶνταί τινες, ἔξωθεν κεχρισμένοι καταπληκτικῶς εἰς σεμνότητα, τὰ ἔνδον δ' ὄλιοι. Τοῦτο δὴ διασαφῶν ἀκριβέστερον, ἐπήγαγεν· « Λοιπόν ἐστιν ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας ὡς μὴ ἔχοντες ὦσιν (86)· καὶ οἱ ἀγοράζοντες, ὡς μὴ κατέχοντες. » Εἰ δὲ ἐπὶ (87) γάμου ταῦτα, ἐφ' οὗ φησὶν ὁ Θεὸς, « Πληθύνεσθε· » πῶς οἴεσθε τὴν ἀπειροκαλίαν μὴ ἐξ αὐθεντείας Κυριακῆς ἐξοριστέαν; διὰ τοῦτο καὶ, « Πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, » λέγει ὁ Κύριος, « καὶ πτωχοῖς δός, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι. » Ἕπου τῷ Θεῷ, γυμνὸς ἀλαζονείας, γυμνὸς ἐπιχήρου πομπῆς· τὸ σὸν, τὸ ἀγαθὸν, τὸ ἀναφαίρετον μόνον, τὴν εἰς τὸν Θεὸν πίστιν, τὴν εἰς τὸν παθόντα ὁμολογίαν, τὴν εἰς ἀνθρώπους εὐεργεσίαν κεκτημένος, κτῆμα τιμαλφέστατον (88). Ἐγὼ δὲ (89) καὶ Πλάτωνα ἀποδέχομαι, ἄντικρυς νομοθετοῦντα, ὡς οὔτε ἀργυροῦν δεῖ πλοῦτον οὔτε χρυσοῦν ἄσκειν, ἀλλὰ μήτε σκεῦος ἀχρεῖον, ὃ μὴ μετὰ τῆς ἀναγκαίας χρήσεως, καὶ μέτριόν ἐστιν· ὡς εἰς πολλὰ τὸ αὐτὸ εὔθετον εἴη, καθαιροῖτο δὲ ἡ πολυκτημοσύνη. Παγκάλως γοῦν ἡ θεία που λέγει Γραφὴ, πρὸς τοὺς φιλαύτους καὶ ἀλαζόνας ἀποτεινομένη· « Ποῦ εἰσιν οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν, καὶ οἱ κυριεύοντες τῶν θηρίων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, οἱ ἐν τοῖς ὀρνέοις τοῦ οὐρανοῦ ἐμπαίζοντες, οἱ τὸ (90) ἀργύριον θησαυρίζοντες καὶ τὸ χρυσίον, ᾧ ἐπεποίθεισαν ἄνθρωποι, καὶ οὐκ ἔστι τέλος τῆς κτήσεως αὐτῶν· οἱ τὸ ἀργύριόν τε καὶ τὸ χρυσίον

argenteæ, pelves et acetabula, scutellæ et catini, et præterea vasa aurea et argentea, nonnulla quidem ad ciborum ministerium, alia vero ad alios usus, quos me pudet dicere, ex sectili cedro, thyo ebenoque, et ebore instructi tripodes, lectique argentei pedes et ex ebore compacti, auroque interspersæ et testudine variatæ cubilis valvæ, et stragulæ vestes purpureæ, et aliorum colorum paratu difficilium, insolentium deliciarum argumenta, invidiæ mollisque ignaviæ insidiosa commoda, sunt omnia amandanda, ut quæ nihil habeant propter quod sit jure in eis multum studii ponendum: « Tempus enim contractum est, » ut dicit Apostolus. Hoc ergo restat, ne habitum quempiam præ nobis ridicule feramus: quemadmodum in pompis videntur nonnulli extrinsecus ita uncti et obliti ad gravitatem, ut stuporem et admirationem incutiant, intus autem sunt plane miseri. Hoc itaque explicans accuratius, subjunxit: « Reliquum est, ut et qui habent uxores sint tanquam non habentes, et qui emunt, tanquam non possidentes [a]. » Quod si hæc dixit de conjugio, de quo dixit Deus: « Multiplicemini [b], » quomodo putatis insolentiam non esse ex auctoritate Domini exterminandam? Quocirca dicit etiam Dominus: « Vende quæ habes, et da pauperibus, et huc me sequere [c]. » Sequere Deum nudus ab arrogantia, nudus a pompa momentanea, quod tuum est, quod bonum est, quod auferri non potest, in Deum fidem, in passum confessionem, beneficentiam in homines possidens: quæ quidem est possessio pretiosissima. Ego autem laudo etiam Platonem, qui lege lata aperte decernit, quod neque, ut opes aureas et argenteas habeas, laborare oportet, neque vas inutile, quod non cum usu necessario moderatum quoque sit, ut sit idem ad multa accommodatum: multiplex autem et varia possessio tollatur. Pulcherrime itaque alicubi **70** dicit divina Scriptura ad eos, qui sunt sui amantes et arrogantes, verba dirigens: « Ubi sunt, qui gentibus imperabant, et qui dominabantur feris, quæ sunt super terram? qui in cœli avibus illudebant; qui argenti et auri thesauros congregabant, in quibus homines habe-

[a] P. 189 ED. POT., 161 ED. PAR. [a] 1 Cor. VII, 29, 30. [b] Gen. I, 28. [c] Matth. XIX, 21; Marc. X, 21; Luc. XVIII, 22.

(83) *Καὶ.* Abest a Nov.

(84) *Κέδρου.* Ex Homeri *Odyss.* E, vers. 60, quo Ulysses de domo Calypsus dicit:

..... *Τηλόθι δ' ἔξυε δαλὸν*
*Κέδρου τ' εὐκεάτοιο, θύου ἀρὰ νῆσον ἔδωδεν*
*Δαιομένων.....*

..... *Procul autem odor*
*Cedri fissilis, thurisque per insulam redolebat*
*Ardentium.....*

(85) *Χελώνης πεποικιλμέναι.* Legendum vi ictus χελώνης πεποιημέναι, ut *Pædag.* c. 11. Vel χελώνῃ, aut χελώναις πεποικιλμέναι. Vulgata certe lectio structuram habet duriorem. SYLBURG.

(86) Ὡσιν. Quædam hic omittit Clemens. Quæ sequuntur ex Evangelio, διὰ μνήμης recitat.

(87) *Εἰ δὲ ἐπ.* Sic apud Tertullianum *De cultu feminarum* cap. 9: « Non enim utemur nostris? quis autem prohibet uti? Secundum Apostolum tamen, qui nos uti monet mundo isto, quasi non abutamur. Præterit enim habitus hujus mundi. Si ergo uxores quoque ipsas sic habendas demonstrat, tanquam non habeantur, propter angustias temporum, quid de vanis his instrumentis earum? » COLLECT.

(88) *Κτῆμα τιμαλφέστατον.* Phrasis poetica. Lycophron *Cassandræ* vers. 364:

Ἐξ οὐρανοῦ πεσοῦσα καὶ θρόνων Διὸς,
Ἄρουρι πάππῳ κτῆμα τιμαλφέστατον.

*E cœlo delapsa, Jovisque solio,*
*Aro regi res pretiosissima.*

(89) Ἐγὼ δέ. Clarius videtur ferri lex ista lib. V *De legibus*: Νόμος ἕπεται πᾶσι τούτοις μηδ' ἐξεῖναι χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον κεκτῆσθαι μηδένα μηδενὶ ἰδιώτῃ. « Ne cui privato aurum argentumve possidere fas esto. » COLLECT.

(90) *Οἱ τό.* Καὶ τό, Baruch. Mox, ἐπεποίθεισαν, Ibid. et Nov. Dein, ὅτι οἱ τὸ ἀργύριον, Baruch. Dein, καὶ οὐκ ἔστιν ἐξ Ibid.

bant fiduciam, et non est finis acquisitionis eorum? qui aurum et argentum fabricabantur, et erant solliciti? Non est inventio operum eorum : evanuerunt, et ad inferos descenderunt *. » Hæc est merces arrogantis superbiæ. Si nobis enim agrum colentibus, ligone et aratro opus est, ligonem autem argenteum falcemque auream nemo fabricari soleat, et materia, quæ apta sit ad opus faciendum, non quæ sit dives, in agricultura utimur : quid vetat, quominus in vasis quoque domesticis idem sentiant, qui quod est simile considerant? quorum modus sit usus, non sumptus magnificentia. Quid enim, die quæso, qui in mensa ponitur gladiolus, si clavos non habuerit argenteos, vel non fuerit factus ex ebore capulus, non scindit? An ad carnem dividendam Indicum ferrum nobis fabricandum est, auxilium veluti quoddam contra hostem evocantibus? Quid vero si fuerit pelvis fictilis, an ablutarum manuum sordes non excipiet? et vas fictile, quo pedes lavamus, pedum sordes? Ergone etiam ✠ indigne feret mensa, quæ est pedibus eburneis instructa, si panem unius oboli portaverit? neque vero lumen lucerna ministrabit, quod sit figuli opus, non aurificis? Ego autem dico, vel humile grabatum nihilo deteriorem præbere accubitum, quam lectum eburneum. Cum autem ad substernendum sit satis pellium, adeo ut purpureis aut puniceis non sit opus, propter primarum, quæ exitium attulerunt, deliciarum stultitiam, nihilo secius condemnare frugalitatem, quis tantus error et vana pulchri persuasio? Videte : Christus in vili catino cibum sumpsit, et fecit discipulos super herbam accumbere, et pedes eorum lavit, linteo accinctus, a fastu alie-

✠ P. 190 ED. POTTER, 162 ED. PARIS.

τεκταίνοντες, καὶ μεριμνῶντες; οὐκ ἔστιν ἐξεύρεσις τῶν ἔργων (91) αὐτῶν· ἐφανίσθησαν, καὶ εἰς ᾅδου κατέβησαν. » Οὗτος τῆς ἀπιροκαλίας ὁ μισθός. Εἰ γάρ τοι (92) γεωργοῦσιν ἡμῖν, δικέλλης (93) ἐστὶ χρεία, καὶ ἀρότρου· μαχαίλην δ' οὐκ ἄν τις ἀργυρᾶν, οὐδὲ δρεπάνην χρυσῆν χαλκεύσι, τῷ δὲ εὐεργῷ τῆς ὕλης, οὐ πλουσίως (94) εἰς γεηπονίαν συγχρώμεθα· τί κωλύει καὶ περὶ τὰ σκεύη τὰ ἐνοικίδια τὴν αὐτὴν ἔχειν διάνοιαν τοὺς τοῦ ὁμοίου θεωρητικούς; ὧν μέτρον ἡ χρεία, μὴ ἡ πολυτέλεια γινέσθω. Τί γάρ, εἰπέ μοι, τὸ μαχαίριον τὸ ἐπιτραπέζιον, ἂν μὴ ἀργυρόηλον ᾖ, ἢ ἐξ ἐλέφαντος πεποιημένον τὴν λαβήν, οὐ τέμνει; Ἢ ἐπὶ τὴν μοῖραν τοῦ κρέως Ἰνδικὸν σίδηρον χαλκευτέον, καθάπερ συμμαχικόν τι παρακαλοῦντας; Τί δέ; εἰ κεραμοῦν εἴη τὸ χερνίβιον, οὐ δέξεται τὸ ἀπόνιμμα τῆς χειρός; οὐδὲ ὁ ποδονιπτὴρ τὸ ἀπόνιμμα τοῦ ποδός; Ἀναξιοπαθήσει δὲ ἄρα καὶ ἡ τράπεζα ἡ ἐξ ἐλέφαντος τοὺς πόδας ἐσκευασμένη, ὀβολιαῖον ἄρτον βαστάζουσα; οὐδὲ μὴν ὁ λύχνος διακονήσει τῷ φῶς, ὅτι κεραμέως, οὐ χρυσοχόου ἔργον ἐστίν; Ἐγὼ δέ φημι καὶ τοὺς σκίμποδας οὐδὲν κακίω παρεχομένους κατάκλισιν, τῆς ἐλεφαντίνης κλίνης. Τῆς δὲ σισύρας ἱκανωτάτης οὔσης ὑπεστρῶσθαι, ὥστε μὴ δεῖσθαι πορφυρίδων ἢ φοινικίδων (95), κατεγνῶσθαι (96) ὅμως τῆς εὐτελείας δι' ἀδιαφορίαν ἀρχιτρίκλου τρυφῆς· τίς ἡ τοσαύτη πλάνη, τίς ἡ δοξοκαλία; Ὁρᾶτε· ὁ Κύριος τρυβλίῳ (97) ἐπώψατο (98) εὐτελεῖ, καὶ κατέκλινε τοὺς μαθητὰς ἐπὶ τῆς πόας χαμαί· καὶ τοὺς πόδας ἔνιπτεν αὐτῶν σαβάνῳ (99) περιζωσάμενος ὁ ἄτυφος Θεὸς καὶ Κύριος τῶν ὅλων (1)· οὐκ ἀργυροῦν δὲ ποδονιπτῆρα περιφέρων (2) ἀπ' οὐρανοῦ· καὶ τὴν Σαμαρείτιν ᾔτει πιεῖν σκεύει κεραμεῷ τοῦ φρέατος ἀνιμῶσαν, οὐκ ἐπιζητῶν τὸ βασιλικὸν χρυ-

* Baruch. III, 16, 17, 18, 19.

(91) *Τῶν ἔργων*. Repositum e Pal. ms. pro vulg. τῶν λόγων.— SYLBURG. Consentiunt Nov., Reg., Bod.

(92) *Εἰ γάρ τοι*. Tertullianus *De habitu muliebri* c. 5 : « Quod de qualitate usus gloria est auro, et argento, at quin magis ferro et æri, quorum ita disposita est utensilitas, ut et proprias operas plures, et necessariores exhibeant rebus humanis, et nihilominus auri et argenti de sua vice accommodent justioribus causis. Nullus bidens aurum demersit in terram, nullus clavus aurum intimat tabulis. Taceo totius vitæ necessitates ferro et æri innixas. » COLLECT.

(93) *Δικέλλης*. Διαχενῆς Nov.

(94) *Οὐ πλουσίως*. Οὐ πλησίως Nov. Scribi possit οὐ πλουσίῳ, ut respondeat τῷ εὐεργῷ.

(95) *Πορφυρίδων ἢ φοινικ*. Pal. ms. transpositis vocabulis, φοινικίδων ἢ πορφυρίδων. SYLBURG. Consentiunt Reg. et Bod.

(96) *Κατεγνῶσθαι*. Η. κατέγνωσται, indicat. modo, signif. activa. SYLBURG.— Perperam, nam κατεγνῶσθαι referri debet ad φημί superius positum. Sensus est : « Cum autem pellis ad substernendum abunde sufficiat, adeo ut nec purpureis, nec puniceis opus sit, tamen eam per deliciarum, a quibus mali origo est, vesaniam præ vilitate » dico « condemnari. Quis demum sit hic tantus error, quæ pulchritudinis opinio, videte. »

(97) *Τρυβλίῳ*. Prisci illi Græci et Latini vasis fictilibus ac ligneis domi utebantur, cum autem alia pretii majoris publice non possiderent, ea demum in sacrificiis adhibere cogebantur. Tametsi vero tractu temporis ubi gentium opes in immensum crescerent, ea tamen vasa, quibus antiquitas necessario sacra faciebat in solemnibus cæremoniis plerumque remanserunt. Plinius lib. XXXV, cap. 12. Cicero *De legibus* II : Ad divos caste adeunto, pietatem adhibento, opes amovento. Deinde locum hunc de vili catino subjungit Brodæus lib. IV *Miscellan.*, cap. 19; idem Chrysostomus hom. 51 in Matthæum. COLLECT.

(98) *Ἐπώψατο*. Rectius ἐπωψᾶτο. SYLBURG.— In marg. Reg. et Bod. aliquis hæc adnotavit : Ἐπώψατο, ἀντὶ τοῦ εἰς ὄψον ἐχρήσατο.

(99) *Σαβάνῳ*. Hermas *Pastor*. lib. III, simil. VIII c. 4 : « Succinge te sabano, et ministra mihi. Succinxi me sabano mundo, quod factum erat ex sacco. » Ubi Cotelerius hæc adnotavit : « Sabanus, » usitata vox Græcis, apud quos, teste Isidoro lib. XIX, cap. 26, nata est; indeque Latinis, ac Hebræorum Rabbinis. Exponitur autem « linteum, » seu « linteamen, » in Glossis, in antiquo Scholiaste Juvenalis ad Sat. XIV, 22, et in Victore Vitensi lib. V *De persecutione Africana*. Clemens Alexandrinus *Pædag.* II, utens testimonio Joannis, XIII, 4, ubi Dominus præcingit se linteo, pro λεντίῳ habet σαβάνῳ. Unde in Lexico Græco-Latino veteri : Σάβανον, « Sabanum, lentium : » et perperam faciunt, qui « linteum substituunt. »

(1) *Ὁ ἄτυφος Θεὸς καὶ Κύριος τῶν ὅλων*. Insigne testimonium contra Arianos, nam ὁ Θεὸς καὶ Κύριος τῶν ὅλων, quibus titulis Christum ornat, apud veteres semper est supremus Deus.

(2) *Περιφέρων*. Φέρων Nov.

σιον· οὐεννύναι δὲ τὸ δίψος εὐκόλως διδάσκων· σκοπὸν γὰρ τὴν χρείαν ἐτίθετο, οὐ τὴν ἀπειραγαθίαν. Ἤσθιεν δὲ καὶ ἔπινεν παρὰ τὰς εὐωχίας, οὐ γῆς ἐξορύττων μέταλλα, οὐδὲ ἀργύρου (3), καὶ χρυσοῦ, τοῦτ' ἔστιν ἰοῦ, προσόζουσι σκευαρίοις χρώμενος· οἷον ἀναπνεῖ τῆς τετυφωμένης ὕλης ὁ ἰός. Καθόλου γὰρ, καὶ τὰς τροφὰς, καὶ τὰς ἐσθῆτας, καὶ τὰ σκεύη, καὶ τἆλλα πάντα τὰ κατὰ τὸν οἶκον συλλήβδην λέγω, ἀκόλουθον εἶναι ταῖς ἐνστάσεσιν τοῦ Χριστιανοῦ (4) δεῖ, κατὰ τὸ πρόσφορον οἰκειούμενον τῷ προσώπῳ, τῇ ἡλικίᾳ, τῇ ἐπιτηδεύσει, τῷ καιρῷ. Ἑνὸς γὰρ ὄντος θεράποντος Θεοῦ (5), χρὴ καὶ τὰ κτήματα, καὶ τὰ ἐπ' αὐτοῖς ἔπιπλα, ἑνὸς ἐπιδείκνυσθαι σύμβολα βίου καλοῦ, καὶ τὸν καθ' ἕνα τῶν ἀνθρώπων ἀδιακρίτῳ πίστει, τῇ μονοπροσώπῳ ταύτῃ ἐνστάσει, τὰ ἑξῆς ἀκόλουθα καὶ σύμφωνα τῇ διαθέσει τῇ μιᾷ φαίνεσθαι ποιοῦντα. Ἃ δὲ καὶ κτώμεθα μὴ χαλεπῶς, καὶ χρώμενοι εὐκόλως, ἐπαινοῦμεν, φυλάττομεν ῥᾳδίως, καὶ κοινωνοῦμεν εὐκόλως αὐτῶν· ἀμείνω δὲ τὰ χρήσιμα· βελτίω δὲ δήπουθεν τὰ εὐτελέστερα τῶν πλουσίων. Τὸ δὲ ὅλον ὁ πλοῦτος οὐκ ὀρθῶς κυβερνώμενος, ἀκρόπολίς ἐστι κακίας· περὶ ὃν ὀφθαλμιῶντες οἱ πολλοὶ, οὐκ ἂν ποτε εἰς τὴν βασιλείαν (6) παρεισέλθοιεν τῶν οὐρανῶν· νοσοῦντες μὲν περὶ (7) τὰ κοσμικὰ, ὑπερηφάνως δὲ ζῶντες διὰ τὰς τρυφάς. Χρὴ δὲ προειληφέναι τοὺς περὶ σωτηρίᾳ σπεύδοντας, ὡς ἄρα χρήσεως μὲν ἕνεκεν ἡ πᾶσα ἡμῖν (8) κτῆσις· αὐταρκείας δὲ χάριν ἡ κτῆσις (9), ἣν καὶ ἐξ ὀλίγων ἄν τις περιποιήσαιτο. Μάταιοι γὰρ οἱ δι' ἀπληστίαν ἐπ' αὐτοῖς χαίροντες κτιμηλίοις· « Ὁ δὲ συνάγων τοὺς μισθοὺς, » φησὶ, « συνήγαγεν εἰς δεσμὸν τετρυπημένον. » Οὗτός (10) ἐστιν ὁ συνάγων καὶ ἀποκλείων τὸν σπόρον, καὶ ἐλαττούμενος, ὁ μηδενὶ μεταδιδούς. Χλεύη δὲ καὶ γέλως πλατὺς, οὐροδόχας ἀργυρᾶς καὶ ἀμίδας ὑελᾶς ἐπιφέρεσθαι τοὺς ἄνδρας, καθάπερ ἐπάγονται τοὺς συμβούλους τοὺς ἑαυτῶν· καὶ τὰς πλουτούσας ταύτας ἀλόγως (11) γυναῖκας χρυσοῦ ποιεῖσθαι τῶν ἐκκρίσεων τὰ ἐκδοχεῖα, ὡς μηδὲ ἀποτρίψασθαι ἕξιν ταῖς πλουσίαις, μὴ τετυφωμένως. Ἠξίωμην δ' ἂν αὐτοῖς παρ' ὅλον τὸν βίον σκυβάλων ἄξιον κρίνεσθαι τὸ χρυσίον. Νυνὶ δὲ ἡ ἀκρόπολις τῆς κακίας (12), ἡ φιλαργυρία εὕρηται, ἣν ὁ

nus Deus et Dominus omnium, sane non argenteum lavacrum e cœlo deferens : et a Samaritana potum petiit, quæ aquam vase fictili hauriebat e puteo, aurum regale non requirens, sitim autem docens facile restinguere. Scopum enim constituebat usum, non inutilem magnificentiam. In conviviis autem comedebat et bibebat, non e terra metalla effodiens, neque auri et argenti, hoc est rubiginem redolentibus vasculis utens : quodammodo enim spirat e superbiente materia rubigo. In summa enim et alimenta, et vestes, vasa et supellectilem, et quæcumque in domo sunt, atque ipsam, ut semel dicam, vitam, oportet esse consentaneam rectæ Christiani hominis institutioni, prout conducibile fuerit, accommodatam personæ, ætati, studio ac tempori. Cum enim sinus unius Dei ministri, oportet et possessiones, et quæ est in eis supellectilem, unius honestæ vitæ signa ostendere, et unumquemque hominem certa fide, huic uniformi institutioni ea, quæ consequuntur, consentanea, et huic uni proposito convenientia videri facere. Quæ autem non difficulter acquirimus, ea, dum eis facile utimur, laudamus, et facile custodimus, et facile communicamus : meliora autem sunt, quæ utilia. Quæ sunt utique viliora, ea sunt etiam meliora divitibus. In summa, divitiæ, quæ non recte administrantur, sunt arx vitii ac sceleris : quibus multi oculos adjicientes, cœlorum regnum nunquam ingredi poterunt; rerum quidem mundanarum desiderio ægri, arroganter autem præ deliciis viventes. Oportet autem eos qui contendunt ad salutem, hoc animo antea præcepisse, quod usus quidem causa nobis sit universa possessio; sufficientiæ autem gratia possessio, quam etiam ex paucis quispiam paraverit. Vani enim sunt, qui præ insatiabilitate delectantur possessionibus, quas tantum servent, ac recondant. « Qui autem cogit, » inquit, « mercedes, coegit in nodum perforatum *. » Is autem est, qui cogit sementem, et excludit, et detrimento afficitur, qui nulli impertitur. Res est autem plane ridicula, et digna maxime quæ ludibrio habeatur, quod viri argentea urinæ rece-

*P. 191 ED. POTTER. * Agg. I, 6.

(3) *Οὐδὲ ἀργ.* Sic distingue : Οὐδὲ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ, τουτέστιν ἰοῦ προσόζουσι, σκευαρίοις χρ. « Nec argenteis et aureis, hoc est rubiginem olentibus, vasculis utens. »

(4) *Τοῦ Χριστιανοῦ.* Congruentius τὸν Χριστιανόν, accusativo casu. SYLBURG.— Nisi potius id, vel aliud ejusmodi substantivum, quocum vox ἀκόλουθον cohæreat, subintelligendum sit. Nam hujus periochæ sensus sic se habet : « Nam in summa, et quoad cibos, et quoad vestes, et quoad vasa, et, ut verbo omnia complectar, quoad reliqua, quæ in domo sunt, omnia, Christiani hominis instituto conformem esse oportet, prout convenit personæ, ætati, studio ac tempori accommodatum. »

(5) *Θεοῦ.* Χριστοῦ Pal. ms. SYLBURG.

(6) *Βασιλείαν.* Respicit Christi dictum in divitem, Matth. XIX, 23, 24.

(7) *Περὶ.* Hanc particulam inserui e Pal. ms. SYLBURG. — Consentiunt Nov., Reg., Bod.

(8) *Ἡμῖν.* Ἡμῶν Nov.

(9) *Ἡ κτῆσις.* Scribendum ἡ χρῆσις. Sensus enim est, « possessionem omnem esse gratia usus, usum autem gratia » τῆς αὐταρκείας, « quam ex paucis quisquam conciliare poterit. »

(10) *Οὗτος.* Sensus est : « Hic est, qui frumentum colligit, et horreo suo claudit, et tamen pauperior fit, qui scilicet nemini impertit. » Respicit Prov. XI, 24, 26 : Εἰσὶν, οἳ, τὰ ἴδια σπείροντες, πλείονα ποιοῦσιν· εἰσὶ δὲ καὶ οἳ, συνάγοντες, ἐλαττοῦνται. Ὁ συνέχων σῖτον ὑπολείποιτο αὐτὸν τοῖς ἔθνεσιν, εὐλογία δὲ εἰς κεφαλὴν μεταδιδόντος.

(11) *Ἀλόγως.* Ἀλόγους legit interpres.

(12) *Ἡ ἀκρόπολις τῆς κακίας.* Alludere videtur ad sententiam Bionis sophistæ apud Stobæum tit. 10, qui τὴν φιλαργυρίαν μητρόπολιν ἔλεγε πάσης κακίας εἶναι, « Avaritiam dicebat esse omnis improbitatis metropolim. » Phocylides :

Ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης.

COLLECT.

pucula, et vitreas matulas inferant, quemadmodum suos introducunt consiliarios: et hæ, quæ sine ratione sunt, divites mulieres, ex auro excrementorum faciant receptacula, ut ne egerere quidem eis liceat absque superbia. Vellem quidem eos per totam vitam aurum stercora existimare. Nunc autem arx vitii inventa est pecuniæ cupiditas, quam Apostolus dicit esse « radicem omnium malorum: quam quidam appetentes, a fide aberrarunt, et seipsos confixerunt multis doloribus ». » Veræ autem divitiæ sunt, paupertas cupiditatum: et vera animi magnitudo est, non propter divitias magnos spiritus sumere, sed eas despicere. De supellectile autem et vasis se jactare est perquam turpe : non enim in eis studium suum ponere æquum est, quæ volenti licet vel e foro emere. Sapientia autem emi non potest terreno numismate; nec in foro, sed in cœlo venditur : et justo nummo venditur, nempe Logo immortali, regali aureo.

A Ἀπόστολος « ῥίζαν ἁπάντων (13) εἶναι τῶν κακῶν » φησίν· « ἧς τινες ὀρεγόμενοι, ἀπεπλανήθησαν τῆς πίστεως, καὶ ἑαυτοὺς περιέπειραν ὀδύναις πολλαῖς. » Πλοῦτος δὲ ἄριστος ἡ τῶν ἐπιθυμιῶν πενία· καὶ ἡ μεγαλοφροσύνη ἡ ἀληθὴς οὐ τὸ ἐπὶ πλούτῳ μεγαλοφρονεῖν, τούτου δὲ καταφρονεῖν. Τὸ δὲ ἐπὶ τοῖς σκεύεσι μεγαλαυχεῖν αἰσχρὸν κομιδῇ· οὐ γὰρ σπουδάζειν ἔτι περὶ τούτων πάνυ δίκαιον, ἃ καὶ ἐξ ἀγορᾶς τῷ βουλομένῳ ἔξεστιν ὠνήσασθαι. Σοφία δὲ οὐκ ὠνητὴ νομίσματι γηΐνῳ, οὐδ' ἐν ἀγορᾷ, ἀλλ' ἐν οὐρανῷ πιπράσκεται· καὶ πιπράσκεται νομίσματι δικαίῳ, τῷ Λόγῳ τῷ ἀφθάρτῳ, τῷ βασιλικῷ χρυσίῳ.

## ✠ CAP. IV.

*Quomodo in convivio se recreare oporteat.*

A convivio autem rationali absit comessatio: quin etiam inanes vigiliæ, quæ de petulantia sibi placent. Est enim hæc comessatio, tibia inebrians, extemporalis amatorii pontis impotentiæ catena. **71** Amor autem, et ebrietas, et quæ ratione carent affectiones, a nostro choro procul amandentur. Una autem cum petulantia in comessatione versatur ridicula cantilena: in potu vero vigiliæ ebrietatem accersunt, et excitant libidinem, et sunt ad turpia facienda audaces. Sin autem in tibiis, et psalteriis, choris et saltationibus, et plausibus Ægyptiorum, et dissolutis ejusmodi otiis studiose versentur, valde immodesti, et a bona disciplina alieni evaserint, utpote quos cymbala et tympana circumsonent, et fraudis instrumenta circumstrepant: plane enim, ut mihi videtur, ejusmodi convivium est ebrietatis theatrum. « Cum enim tenebrarum opera exuerimus, induere arma lucis » vult Apostolus, « ut in die decore ambulantes, non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et in impudicitiis » versantes [b]. Fistula itaque tribuatur pastoribus: tibia autem superstitiosis hominibus, qui ad cultum idolorum contendunt. Revera enim hæc instrumenta sunt a sobrio convivio amandanda, quæ magis bestiis quam hominibus conveniunt, et iis hominibus, qui a ratione sunt alieniores. Cervas enim fistulis demulceri accepimus, et in laqueos inter venandum cantu duci a venatoribus. ✠ Equis autem coeuntibus,

## ΚΕΦ. Δ'.

*Πῶς χρὴ περὶ τὰς ἑστιάσεις ἄρίστασθαι.*

Ἀπέστω (14) δὲ ἡμῖν τῆς λογικῆς εὐωχίας ὁ κῶμος· ἀλλὰ καὶ αἱ παννυχίδες αἱ μάταιοι, ἐπὶ παροινίᾳ κομῶσαι· ὁ μὲν γάρ ἐστι μεθυστικὸς αὐλὸς ἅλυς ἐρωτικῆς σχεδίας, τῆς ἀδημονίας, ὁ κῶμος (15)· ἔρως δέ, καὶ μέθη, καὶ (16) τὰ ἀλόγιστα πάθη, μακρὰν ἀπῴκισται τοῦ ἡμεδαποῦ χοροῦ. Σύγκωμος δὲ παρῳδία εἰς ἐστι παροινία (17)· ἡ παννυχὶς δὲ ἐπὶ πότῳ μέθης ἐκκλητικὴ καὶ συνουσίας ἐρεθιστικὴ· τόλμα αἰσχροποιός. Εἰ δὲ ἐν αὐλοῖς καὶ ψαλτηρίοις, καὶ χοροῖς, καὶ ὀρχήμασι, καὶ κρότοις Αἰγυπτίων, καὶ τοιαύταις ῥᾳθυμίαις ἀλύοι (18) ἀτάκτοις, καὶ ἀπρεπέσι καὶ ἀπαιδεύτοις κομιδῇ γίγνοιντο ἄν, κυμβάλοις καὶ (19) τυμπάνοις ἐξηχούμενοι, καὶ τοῖς τῆς ἀπάτης (20) ὀργάνοις περιψοφούμενοι· ἀτεχνῶς γάρ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, θέατρον μέθης τὸ τοιοῦτον γίνεται συμπόσιον. « Ἀποθεμένους γὰρ ἡμᾶς τὰ ἔργα τοῦ σκότους, ἐνδύσασθαι τὰ ὅπλα τοῦ φωτὸς » ἀξιοῖ ὁ Ἀπόστολος, « ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατοῦντας, μὴ κώμοις καὶ μέθαις, μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις » σχολάζοντας. Σύριγξ μὲν οὖν ποιμέσιν ἀπονεμήσθω· αὐλὸς δὲ ἀνθρώποις δεισιδαίμοσιν, εἰς εἰδωλολατρείας σπεύδουσι. Καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀποπεμπτέα τὰ ὄργανα ταῦτα νηφαλίου συμποσίου, θηρίοις μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις κατάλληλα, καὶ ἀνθρώπων τοῖς ἀλογωτέροις. Τὰς μὲν γὰρ ἐλάφους ταῖς σύριγξι κηλεῖσθαι παρειλήφαμεν, καὶ ἐπὶ τὰς πόαγρας, πρὸς τῶν κυνηγῶν θηρευομένας, ἄγεσθαι τῷ μέλει· ταῖς δὲ ἵπποις μιγνυμέναις, οἷον ὑμέναιος, ἐπαυλεῖ-

✠ P. 192-193 ED. POTTER, 163-164 ED. PARIS.

[a] 1 Tim. vi, 10. [b] Rom. xiii, 12, 13.

(13) Ἅπάντων. Πάντων apud Paulum. Mox, ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως. COLLECT.

(14) Ἀπέστω. Ἀντὶ τοῦ ἐξιστάσθω, ἀναχωρείτω· Scholiastes in marg. Bod., Reg.

(15) Ὁ μὲν . . . ὁ κῶμος. Hoc est, « Hæc enim comessatio est tibia inebrians, oberratio ratis amatoriæ, nempe mœroris. » Sed pro ἅλυς, quod priores editiones exhibent, vel ἅλος, quod posteriores, ἅλυσις, « catena, » cum Herveto interpreti, tum etiam, teste Sylburgio, A. et H. placuit.

(16) Καί. Abest a Nov. Mox, παροδία pro παρῳδία idem exhibet.

(17) Παροινία. Hervetus interpres dativo casu legit παροινίᾳ, « cum petulantia in convivio. » SYLBURG.

(18) Ἀλύοι. Ἀντὶ τοῦ, ἐνευκαιρεῖ, ἐμμέριμνός ἐστι, διὰ φροντίδος ἔχει, ἐνασχολεῖται. Scholiastes in marg. Bod., Reg.

(19) Ἀπρεπέσι . . . κυμβάλοις καί. Hæc e Nov. exciderunt propter καί repetitum.

(20) Τῆς ἀπάτης. Hoc est, idololatriæ, quam ἀπάτην vocare solet. Etenim cymbala, tympana, et reliqua ejusmodi instrumenta in Bacchi aliorumque deorum festis adhiberi solebant: unde paulo post αὐλὸν tribui jubet τοῖς δεισιδαίμοσιν, εἰς εἰδωλολατρείας σπεύδουσι.

τα: (21) νόμος αὐλῳδίας· ἱππόθορον τοῦτον κεκλήκασιν A
οἱ μουσικοί (22). Πᾶσαν δὲ ἁπαξαπλῶς (23) ἀνελεύθερον ὄψιν τε καὶ ἀκοήν, καὶ συνελόντι φάναι, αἴσθησιν ἀκρασίας αἰσχρὰν, τὴν ὡς ἀληθῶς ἀναισθησίαν, ἐκκοπτέον εὖ μάλα, τὴν ἐν ὄμμασι καὶ ἐν ὠσὶ γαργαλίζουσαν καὶ ἀποθηλύνουσαν ἡδονὴν εὐλαβουμένους· μελῶν γάρ τοι κατεαγότων, ῥυθμῶν γοερῶν τῆς μούσης τῆς Καρικῆς (24), αἱ ποικίλαι φαρμακεῖαι διαφθείρουσι τοὺς τρόπους, ἀχολάστῳ καὶ κακοτέχνῳ μουσικῇ εἰς πάθος ὑποσύρουσαι (25) τοῦ κώμου τούτου. Τὴν λειτουργίαν δὲ τὴν θείαν διαχωρίζων (26), ψάλλει τὸ Πνεῦμα· « Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ἤχῳ σάλπιγγος· » καὶ γὰρ ἐν ἤχῳ σάλπιγγος (27) ἀναστήσει τοὺς νεκρούς. « Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ψαλτηρίῳ· » ὅτι ἡ γλῶττα τὸ ψαλτήριον Κυρίου· « Καὶ ἐν κιθάρᾳ αἰνεῖτε αὐτόν· » κιθάρα νοείσθω τὸ στόμα, οἱονεὶ πλήκτρῳ κρουόμενον τῷ Πνεύματι. « Ἐν τυμπάνῳ καὶ χορῷ αἰνεῖτε αὐτόν· » τὴν Ἐκκλησίαν λέγει τὴν μελετήσασαν τῆς σαρκὸς (28) τὴν ἀνάστασιν ἐν ἤχοῦντι τῷ δέρματι. « Ἐν χορδαῖς καὶ ὀργάνῳ αἰνεῖτε αὐτόν· » ὄργανον (29) τὸ σῶμα λέγει τὸ ἡμέτερον, καὶ χορδὰς τὰ νεῦρα αὐτοῦ, δι' ὧν ἐναρμόνιον εἵληφε τὴν τάσιν· καὶ κρουόμενον (30) τῷ Πνεύματι τοὺς φθόγγους ἀποδίδωσι τοὺς ἀνθρωπίνους. « Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν κυμβάλοις (31) ἀλαλαγμοῦ· » κύμβαλον τοῦ στόματος τὴν γλῶτταν λέγει, ἢ τοῖς κρουομένοις ἐπηχεῖ χείλεσι· διὰ τοῦτο ἐπεφώνησεν τῇ ἀνθρωπότητι· « Πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν Κύριον· » ὅτι πᾶσαν, ἣν ἐποίησεν, ἐπεσκέψατο πνοήν. Εἰρηνικὸν γὰρ ὡς ἀληθῶς ὄργανον ὁ ἄνθρωπος ἐστίν. Τὰ δ' ἄλλα, ἤν πολυπραγμονῇ τις, ὄργανα εὑρήσει πολεμικὰ, εἰς τὰς ἐπιθυμίας ἐκφλέγοντα, ἢ τοὺς ἔρωτας C

veluti quidam hymenæus, tibia carmen canitur: id autem ab incitandis equis musici appellarunt ἱππόθορον. Omne autem turpe spectaculum, omnemque turpem auditionem, et, ut summatim dicam, turpem omnem sensum intemperantiæ, quæ revera quidem est sensus privatio, maxime oportet nos excindere, voluptatem, quæ oculos et aures titillat ※ et effeminat, caventes: fractorum enim cantuum, et flebilium Caricæ musæ modorum varia veneficia mores corrumpunt, intemperanti et pravo musicæ artificio ad hujus comessationis perturbationem trahentes. Divinum autem ministerium ab his separans, psallit Spiritus a: « Laudate eum in sono tubæ: » in sono enim tubæ suscitabit mortuos. « Laudate eum in psalterio, » quoniam lingua est psalterium Domini. « Et in cithara laudate eum: » per citharam os intelligatur, quod Spiritu, tanquam plectro, pulsatur. « In tympano et choro laudate eum: » dicit Ecclesiam, quæ resurrectionem carnis meditari solet in pelle resonante. « In chordis et organo laudate eum: » organum dicit corpus nostrum, et chordas ejus nervos, per quos numerose intenditur, et Spiritu pulsatum, voces edit humanas. « Laudate eum in cymbalis jubilationis: » oris cymbalum dicit linguam, quæ pulsatis labris resonat: et ideo humanæ naturæ acclamavit: « Omnis spiritus laudet Dominum: » quoniam omnis spiritus, quem fecit, curam gessit. Vere enim pacificum instrumentum homo est. Alia autem, si quis curiosius inquirat, instrumenta inveniet bellica, ad cupiditates inflammantia, vel amores incendentia, vel iram irritantia. In bellis ita-

※ P. 193 ED. POTTER. a Psal. CL, 3, 4, 5.

(21) *Ἐπαυλεῖται.* Excerpta ms. ὑπαυλεῖται· et mox, τοῦτο κεκλήκασιν neutro genere. SYLBURG. — Τοῦτο exhibent etiam Bod., Reg.

(22) *Μουσικοί.* Musica delectari cervos, et tibiis, et cantionibus, quæ equabus accinuntur dum ineuntur, meminit Plutarchus libro VII *Symposiac.*, capite 5, et in *Præceptis nuptialibus.* Muretus ex Gothicarum rerum scriptoribus narrat ursos ita delectari tibiarum sono, ut cum in pastores impetum facturi sunt, sæpe ab eis cantu mulceantur, libro XII *Var. lection.*, cap. 15. Olaus Magnus libro XVIII, cap. 31, *De gentibus Septentr.* Quin et Ælianus lib. II *De animalibus*, cap. 28, Pythocharem tradit tibicinem concitato vehementi tibiæ sono luporum impetum cohibuisse. COLLECT.

(23) Ἁπαξαπλῶς. Ἀκρασίαν Nov. Mox, pro αἴσθησιν ἀκρασίας αἰσχράν, idem exhibet αἴσθησιν αἰσχρὰν ἀναισθησίας.

(24) *Καρικῆς.* Carum musica flebilibus modis constabat. Pollux lib. X, c. 10: Λέγεται δὲ καὶ Φρύγας εὑρεῖν αὐλὸν θρηνητικὸν, ᾧ κεχρῆσθαι τοὺς Κᾶρας παρ' ἐκείνων λαβόντας· θρηνώδες γὰρ τὸ αὔλημα τὸ Καρικόν. « Fertur enim Phrygas tibiam lugubrem invenisse, qua ab illis accepta Cares utuntur; nam tibiæ cantus, qua Cares utuntur, lugubris est. » Unde mox dicit: Γίγγρας δέ τις αὐλὸς γεώδη καὶ θρηνητικὴν φωνὴν ἀφιεὶς· Φοινὶξ μὲν ἂν τὴν εὕρεσιν, πρόσφορος δὲ μούσῃ τῇ Καρικῇ. « Est et quædam tibia Gingras, lugubrem et flebilem vocem fundens: Phœnicea quidem quoad originem, Caricæ vero musæ persimilis. »

(25) *Εἰς πάθος ὑπο.* Quæ sequuntur, hoc modo scribenda videntur: εἰς πάθος ὑποσύρουσαι. Τοῦ κώμου δὲ τούτου τὴν λειτουργίαν τὴν θείαν δ. ψ. « In animi perturbationem subtrahentes. Cæterum ab hac comessatione, Spiritus divinum cultum distinguit, in Psalmis dicens, » etc.

(26) *Διαχωρίζων.* Hanc lectionem exhibent non solum posteriores Clementis editiones, sed etiam mss. Nov., Bod., Reg. Malim tamen διαχωρίζον neutro genere, quod habent Florent. et Sylburgianæ editiones: refertur enim ad τὸ Πνεῦμα. Quæ sequuntur e Psalmis, paulum mutavit Clemens.

(27) *Καὶ γὰρ ἐν ἤχῳ σάλπιγγος.* Hæc e Nov. exciderunt.

(28) *Τῆς σαρκός.* Abest a Nov.

D (29) *Ὄργανον.* Chrysostomus in psal. CL: Ἀλλ' ὥσπερ οἱ Ἰουδαῖοι διὰ πάντων τῶν ὀργάνων, οὕτως ἡμῖν παραχελεύεται διὰ πάντων τῶν μελῶν ἀνυμνεῖν τὸν Θεὸν, δι' ὀφθαλμοῦ, διὰ γλώσσης, δι' ἀκοῆς, καὶ διὰ χειρός· αἰνεῖ γὰρ καὶ ὀφθαλμὸς, ὅταν μὴ ἀσέλαστα βλέπῃ· καὶ γλῶττα, ὅταν ψάλλῃ. « Quemadmodum ergo Judæi per omnia instrumenta Deum laudabant, ita nobis præcipit eum per omnia membra laudare, per oculos, per linguam, per aures, et per manus. Laudat enim oculus, quando non intuetur impudice: et lingua, cum psallit. » COLLECT.

(30) *Κρουόμενον.* Latius hanc metaphoram persequuntur Clemens *Protrept.* p. 4, et *Strom.* VI, p. 658, 659 edit. Paris.

(31) *Ἐν κυμβ.* Τίς ὁ ἐν κυμβάλοις ἀλαλαγμός; Ἀλαλαγμὸς ἡ ἐπινίκιος εἴρηται βοή· τοῖς οὖν καθυπερτερήσασι τῶν σαρκικῶν ἀκαθαρσιῶν ἀκολούθως ἀλαλαγμὸς ἐπακολουθεῖ. Scholiastes in marg. Bod., Reg.

que suis tuba utuntur Etrusci, fistula Arcades; Siculi autem instrumentis quæ appellant πηκτίδας, Cretenses lyra, Lacedæmonii tibia, cornu Thraces, tympano Ægyptii, et Arabes cymbalo. Uno ergo instrumento, Logo solo pacifico, nos utimur, quo Deum honoramus, non amplius veteri psalterio, et tuba, et tympano, et tibia, quibus mos erat iis qui in bello se exercebant, Deique metum contempserunt, et festivis conventibus in choris uti, ut per ejusmodi modos solutus ac dejectus eorum excitaretur animus. Duplex autem sit nostra in potu benevolentiæ ergo invitatio, ex lege: ✠ si enim « Diliges Dominum Deum tuum, » deinde « proximum tuum [a]; » prior quidem, quæ est in Deum benevola invitatio, fiat per gratiarum actionem et psalmodiam: secunda autem, quæ est in proximum, per honestam vitæ consuetudinem: « Logos enim Domini inhabitet in vobis copiose [b], » dicit Apostolus. Hic autem Logos se accommodat et reddit conformem temporibus, personis, locis. Atque adeo nunc quoque in convivio versatur. Rursus enim subjungit Apostolus: « In omni sapientia docentes, et admonentes vos ipsos psalmis, hymnis, et canticis spiritualibus, in gratia canentes in corde vestro Deo [c]. » Et rursus: « Quidquid feceritis vel in sermone vel in opere, omnia in nomine Domini Jesu, gratias agentes Deo et Patri ejus [d]. » Hæc est gratiosa nostra comessatio. Et si ad lyram, vel citharam canere et psallere noveris, nulla in te cadet reprehensio: Hebræum illum justum regem imitaberis, Deo gratias agentem: « Exsultate, justi, in Domino, rectos decet laudatio (dicit prophetia). Confitemini Domino in cithara, in psalterio decachordo ei psallite. Cantate ei canticum novum [e]. » Nunquid autem decachordum psalterium, Logon, Jesum scilicet, significat, qui manifestatur elemento decadis? Quemadmodum autem antequam sumamus alimentum, laudare nos convenit factorem universorum: ita etiam in potu nos ei decet psallere, cum ejus creaturarum efficimur participes: est enim psalmus numerosa et sobria laudatio. « Canticum spirituale [f], » psalmum dixit Apostolus. Postremo autem antequam nos somnus invadat, pium et sanctum est Deo gratias agere, ut qui ejus benignitatem et gratiam fuerimus consecuti, ita ut cum divino quodam afflatu nos ad somnum conferamus:

ἐκκαίοντα, ἢ ἐξαγριαίνοντα τοὺς θυμούς. Χρῶνται (32) γοῦν παρὰ τοὺς πολέμους αὐτῶν, Τυρρηνοὶ μὲν τῇ σάλπιγγι, σύριγγι δὲ Ἀρκάδες, Σικελοὶ δὲ πηκτίσιν, καὶ Κρῆτες λύρᾳ, καὶ Λακεδαιμόνιοι αὐλῷ, καὶ κέρατι Θρᾷκες, καὶ Αἰγύπτιοι τυμπάνῳ, καὶ Ἄραβες κυμβάλῳ· ἑνὶ δὲ ἄρα ὀργάνῳ, τῷ Λόγῳ μόνῳ τῷ εἰρηνικῷ, ἡμεῖς κεχρήμεθα, ᾧ γεραίρομεν τὸν Θεόν· οὐκ ἔτι τῷ ψαλτηρίῳ τῷ παλαιῷ (33), καὶ τῇ σάλπιγγι, καὶ τυμπάνῳ, καὶ αὐλῷ, οἷς ἔθος ἦν τοὺς ἐν πολέμῳ ἀσκητὰς, καὶ τοῦ θείου καταπεφρονηκότας φόβου, ἅμα καὶ τὰς πανηγύρεις (34) χοραίοις συγχρῆσθαι, ὡς ὃ τὸ ἔκλυτον αὐτῶν τοῦ φρονήματος διὰ τῶν τοιούτων ἐπανίστασθαι ῥυθμῶν. Ἔστω δὲ ἡμῶν ἡ παρὰ πότον φιλοφροσύνη διττὴ, κατὰ τὸν νόμον. Εἰ γὰρ « Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου, » ἔπειτα « τὸν πλησίον σου· » προτέρα μὲν, ἡ εἰς Θεὸν, δι' εὐχαριστίας καὶ ψαλμῳδίας γενέσθω φιλοφροσύνη· δευτέρα δὲ, ἡ (35) εἰς τὸν πλησίον διὰ τῆς ὁμιλίας τῆς σεμνῆς· « Ὁ γὰρ Λόγος ὁ τοῦ Κυρίου ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν πλουσίως, » ὁ Ἀπόστολός φησιν. Ὁ δὲ Λόγος οὗτος συναρμόζεται καὶ συσχηματίζεται καιροῖς, προσώποις, τόποις. Συμποτικὸς δέ ἐστι νῦν· ἐπιφέρει γὰρ ὁ Ἀπόστολος πάλιν· « Ἐν πάσῃ σοφίᾳ διδάσκοντες καὶ νουθετοῦντες ἑαυτοὺς ψαλμοῖς, καὶ (36) ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς, ἐν τῇ χάριτι ᾄδοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ Θεῷ· » καὶ πάλιν· « Πᾶν ὅ τι ἂν ποιῆτε ἢ ἐν λόγῳ ἢ ἐν ἔργῳ, πάντα ἐν ὀνόματι Κυρίου Ἰησοῦ (37), εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ αὐτοῦ. » Οὗτος ἡμῶν ὁ κῶμος ὁ εὐχάριστος. Κἂν πρὸς κιθάραν ἐθελήσῃς ἢ λύραν ᾄδειν τε καὶ ψάλλειν, μῶμος οὐκ ἔστιν· Ἑβραῖον μιμήσῃ δίκαιον βασιλέα, εὐχάριστον τῷ Θεῷ· « Ἀγαλλιᾶσθε, δίκαιοι, ἐν τῷ Κυρίῳ· τοῖς εὐθέσι πρέπει αἴνεσις, » φησὶν ἡ προφητεία. « Ἐξομολογεῖσθε (38) τῷ Κυρίῳ ἐν κιθάρᾳ, ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ ψάλατε αὐτῷ. Ἄσατε αὐτῷ ᾆσμα καινόν. » Καὶ μήτι τὸ δεκάχορδον ψαλτήριον τὸν Λόγον, τὸν Ἰησοῦν (39), μηνύει, τῷ στοιχείῳ (40) τῆς δεκάδος φανερούμενον; Ὡς δὲ ἁρμόδιον, πρὶν ἡμᾶς μεταλαβεῖν τροφῆς, τῶν σωμάντων εὐλογεῖν τὸν ποιητὴν, οὕτω καὶ παρὰ πότον (41) καθήκει ψάλλειν αὐτῷ τῶν αὐτοῦ μεταλαμβάνοντας κτισμάτων· καὶ γὰρ ὁ ψαλμὸς ἐμμελής ἐστιν εὐλογία καὶ σώφρων. « ὨΙδὴν πνευματικὴν » ὁ Ἀποστόλος εἴρηκε τὸν ψαλμόν. Ἐπὶ πᾶσί τε, πρὶν ὕπνου λαχεῖν, εὐχαριστεῖν ὅσιον τῷ Θεῷ, τῆς αὐτοῦ χάριτος καὶ φιλανθρωπίας ἀπολαύσαντας, ὡς καὶ ἐπὶ τὸν ὕπνον ἰέναι

✠ P. 194 ED. POTTER, 165 ED. PARIS. [a] Matth. xxii, 37, 39. [b] Coloss. iii, 16. [c] Ibidem. [d] Ibid., 17. [e] Psal. xxxii, 1, 2, 3. [f] Eph. v, 19; Coloss. iii, 16.

(32) *Χρῶνται.* De musicis instrumentis, quibus Græci veteres in prœliis utebantur, conf. *Archæologiæ* nostræ *Græcæ* lib. iii, cap. 9.

(33) *Παλαιῷ.* Hoc est eo, quo in Veteri Testamento Judæi usi fuisse perhibentur.

(34) *Τὰς πανηγύρεσι.* Ταῖς Bod. et Pal. dativo casu: unde suspicetur aliquis, inquit Sylb., scriptum fuisse ταῖς πανηγύρεσι, quam quidem lectionem exhibet Reg. eamque genuinam esse probabile est: sensus enim est, musica instrumenta non solum in bello, sed etiam in festivis solemnitatibus adhibita fuisse

(35) *Ἡ.* Articulum omittit Nov. Mox, ὁ γὰρ λόγος ὁ τοῦ Χριστοῦ, Bibl. Vulg.

(36) *Ψαλμοῖς κ. Ψαλμοῖς*, ὕμνοις, ᾠδ. absque particulis conjunctivis, Nov. Mox, ἐν χάριτι absque articulo, Bibl. Vulg. Dein, ὑμῶν τῷ Κυρίῳ, Ibid. Paulo post, ἐν λόγῳ absque disjunctiva ἢ. Ib.

(37) *Ἰησοῦ.* Χριστοῦ addunt Bod., Reg. Mox, Πατρὶ δι' αὐτοῦ, Bibl. Vulg.

(38) *Ἐξομολογεῖσθε.* Fortasse rectius ἐξομολογήσασθε imperat. mod. SYLBURG.

(39) *Τὸν Ἰησοῦν.* Articulum τὸν omittit Nov. Porro Jesum denario numero significari infra dicit *Pædag.* lib. iii, cap. 12. *Strom.* vi, c. 16.

(40) *Τῷ στοιχείῳ.* Τὸ στοιχεῖον Bod.; Τ. τὸ στοιχεῖον Reg.

(41) *Παρὰ πότον.* Παρὰ πότου Bod.

ἡμᾶς εὐθέως· « Καὶ ἐξομολογήσασθε (42) αὐτῷ ἐν ὠδῖς χειλέων, » φησίν· « ὅτι ἐν προστάγματι αὐτοῦ πᾶσα εὐδοκία γίνεται· καὶ οὐκ ἔστιν ἐλάττωσις εἰς τὸ σωτήριον αὐτοῦ. » Ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς παλαιοῖς Ἕλλησι παρὰ τὰς συμποτικὰς εὐωχίας καὶ τὰς ἐπιψεχαζούσας κύλικας, Ἑβραϊκῶν κατ' εἰκόνα ψαλμῶν, ᾆσμα τὸ καλούμενον σκολιὸν (43) ᾖδετο, κοινῶς ἁπάντων ἅμα φωνῇ παιανιζόντων, ἔστ' ὅτε δὲ καὶ ἐν μέρει περιελιττόντων τὰς προπόσεις τῇς ᾠδῆς· οἱ δὲ μουσικώτεροι αὐτῶν καὶ πρὸς λύραν ᾖδον. Ἀλλ' αἱ μὲν ἐρωτικαὶ μακρὰν ἐρρέτων (44) ᾠδαί· ὕμνοι δὲ ἔστων τοῦ Θεοῦ αἱ ᾠδαί· « Αἰνεσάτωσαν, » φησί, « τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν χορῷ· ἐν τυμπάνῳ καὶ ψαλτηρίῳ ψαλλάτωσαν (45) αὐτῷ. » Καὶ τίς ὁ ψάλλων χορός; αὐτό σοι διηγήσεται τὸ Πνεῦμα· « Ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν Ἐκκλησίᾳ ὁσίων· ἀγαλλιάσθωσαν ἐπὶ τῷ βασιλεῖ αὐτῶν. » Καὶ πάλιν ἐπιφέρει· « Ὅτι εὐδοκεῖ Κύριος ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ. » Καὶ γὰρ ἁρμονίας παραδεκτέον τὰς σώφρονας· ἀπωτάτω ὅτι μάλιστα ἐλαύνοντας τῆς ἐῤῥωμένης ἡμῶν διανοίας, τὰς ὑγρὰς ὄντως ἁρμονίας, αἳ περὶ τὰς καμπὰς τῶν φθόγγων κακοτεχνοῦσαι, εἰς θρῆνον καὶ βωμολοχίαν ἐκδιαιτῶνται· τὰ δὲ αὐστηρὰ καὶ σωφρονικὰ μίλη ἀποτάσσεται ταῖς τῆς μέθης ἀγερωχίαις. Καταλειπτέον οὖν τὰς χρωματικὰς ἁρμονίας (46) ταῖς ἀχρώμοις παροινίαις, καὶ τῇ ἀνθοφορούσῃ καὶ ἑταιρούσῃ (47) μουσικῇ.

A « Et confitemini ei, » inquit, « in canticis labiorum, quod in ejus jussu fiat quidquid ei visum 72 est, et ad ejus salutare nihil sit neque mancum, neque diminutum [a]. » Cæterum apud Græcos quoque veteres, in conviviis ad compotandum comparatis, et rorantibus poculis, ad Hebraicorum psalmorum similitudinem, canticum, quod appellabatur σκολιόν, canebatur, communiter omnibus voce simul pæana clamantibus, et nonnunquam etiam per cantici vices propinationem circumagentibus: qui autem erant ex eis musicæ ✠ paulo peritiores, etiam ad lyram canebant. Verum amatoria quidem procul absint cantica: sint autem cantica, Dei laudes: « Laudent, » inquit, « nomen ejus in choro, in tympano, et psalterio psallant ei [b]. » Et quis est chorus, qui psallit? Ipse tibi narrabit Spiritus: « Laudatio ejus in Ecclesia sanctorum: exsultent propter regem ipsorum [c]. » Et rursus subjungit: « Quoniam beneplacitum est Domino in populo suo [d]. » Sunt enim admittendæ modestiæ et pudicæ harmoniæ: contra a forti et nervosa nostra mente vere molles harmoniæ amandandæ quam longissime, quæ improbo flexuum vocis artificio, ad effeminatam mollitiem et scurrilitatem deducunt. Graves autem, et pudicæ modulationes ebrietatis protervæ nuntium remittunt. Chromaticæ igitur harmoniæ, impudenti in vino protervæ, floribusque redimitæ et meretriciæ musicæ, sunt relinquendæ.

## ΚΕΦ. Ε'.

### *Περὶ γέλωτος.*

Μιμητὰς δὲ ἀνθρώπους γελοίων, μᾶλλον δὲ καταγελάστων παθῶν, τῆς ἡμετέρας ἐξελαστέον πολιτείας. Πάντων γὰρ τῶν λόγων ἀπὸ διανοίας καὶ ἤθους ῥεόντων, οὐχ οἷόν τέ ἐστι γελοίους τινὰς προέσθαι λόγους, μὴ οὐχὶ ἀπὸ γελοίου ἤθους φερομένους. Τὸ γάρ, « Οὐκ ἔστι δένδρον καλὸν, ποιοῦν καρπὸν σαπρόν· οὐδὲ μὴν δένδρον σαπρὸν ποιοῦν καρπὸν καλὸν (48), » κἀνταῦθα ἁρμοστέον· καρπὸς διανοίας γὰρ ὁ λόγος ἐστίν. Εἰ τοίνυν τοὺς γελωτοποιοὺς ἐξοικιστέον τῆς ἡμεδαπῆς πολιτείας, πολλοῦ γε καὶ δεῖ ἡμῖν αὐτοῖς

## CAP. V.

### *De risu.*

*Quæ rufum superciliata est, pingitur fuligine.*
*Nigra si qua est, de cerussa falsum candorem trahit,*
*Ad pallorem si qua albescit, hæc acantho inungitur.*
*Nudum habet ac promercale, si quid pulchrum in corpore est.*
*Dentes nacta est elegantes? pernecesse est rideat,*
*Ut conspiciant quotquot adsunt quam sit ore venusiulo.*
*Quod si risum non amassit, desidere intra domum*
*Cogitur dies perpetuos, et qualia coquo adjacent*
*Cum caprugna capita vendit, tali myrrhæ frustulo*
*Labia transtinere et ori facere intercapedinem,*
*Ut velit nolitve risum consueat diducere.*
*Talibus sutelis corpus atque cultum interpolant.*

proximis: omnia enim alia opera ab eis fiunt obiter. Est aliqua parva? suber in 94 calceis insuitur. Longa est aliqua? tenues gestat soleas: caput in humerum demittens egreditur: hoc ei detrahit de longitudine. Depressiores coxæ et femora sunt alicui? eis aliquid assuit, ut qui ingrediuntur eam pulchras habere fates exclament. Mollem ac prominentem habet ventrem? ut comicorum nutrices, oppositis nonnullis eum erigit. Depressior est venter? veluti contis quibusdam adhibitis efficit, ut is anterius procedat. Supercilia flava habet aliqua? depingit fuligine. Alicui ut ea nigra sint contigit? tollit cerussa nigrorem. Sunt alicui nimis alba? unguento ei rei facto deterit alborem. Habet aliquam corporis partem candidam? eam nudam ostendit. Bellos habet dentes? rideat necesse est, ut præsentes videant, quam sit ei os venustum: et quamvis læta non sit, toto tamen die ridet, in labris

τὸ κέρδος, καὶ τὸ συλᾶν τοὺς πέλας πάντα τἆλλα ἔργ' αὐταῖς πάρεργα γίγνεται. Τυγχάνει (16) μικρά τις οὖσα; φελλὸς ἐν ταῖς βαυκίσιν (17) Ἐγκεκάττυται· μακρά τις; διάβαθρον (18) λεπτὸν φορεῖ, τὴν κεφαλὴν ἐπὶ τὸν ὦμον καταβάλλουσ' ἐξέρχεται· τοῦτο τοῦ μήκους ἀφεῖλεν. Οὐκ ἔχει τις ἰσχία; Ὑπενέδυσεν ἐρύαμμ' αὐτήν, ὥστε τὴν εὐπυγίαν Ἀναδοᾶν τοὺς εἰσιόντας. Κοιλίαν ἀδρὰν ἔχει (19); Τιτθίαις ταύταισι τούτων ὧν ἔχουσ' οἱ κωμικοὶ, Ὀρθὰ προστιθεῖσα ταῦτα, τοὐνδύτου τῆς κοιλίας Ὥσπερεὶ κοντοῖσι τούτοις εἰς τὸ πρόσθ' ἀπήγαγεν. Τὰς ὀφρῦς πυρρὰς ἔχει τις; ζωγραφοῦσιν ἀσβόλῳ. Συμβέβηκ' εἶναι μέλαιναν; κατέπλασε ψιμυθίῳ. Λευκόχρως (20) λίαν τίς ἐστι; παιδέρωτ' ἐντρίβεται. Καλὸν ἔχει τοῦ σώματός τι; τοῦτο γυμνὸν δεικνύει. Εὐφυεῖς ὀδόντας ἔσχεν; ἐξ ἀνάγκης δεῖ γελᾶν, Ἵνα θεωρῶσ' οἱ παρόντες τὸ στόμ' ὡς κομψὸν φορεῖ. Ἂν δὲ μὴ χαίρῃ (21) γελῶσα, διατελεῖ τὴν ἡμέραν Ἔνδον, ὥσπερ

P. 256 ED. POTTER.

(16) *Τυγχάνει.* P. Victorius lib. xv, cap. 23. Mos erat Græcarum mulierum in calceis suberem gestandi, ut grandiores viderentur. Plinius lib. xvi, quo loco de subere disputat, videtur significare hieme tantum ipso feminas usas, quod concedi posset ut valetudini aptum; et tamen addit ea, quæ indicant, aliud etiam in hoc ipsas secutas; et convenit testimonio comici, quod citavit Clemens. Xenophon etiam in libro *De re familiari*, hujus fraudis meminit. Ubi de uxore Ischomachi: Ὑποδήματα ἔχουσαν ὑψηλὰ, ὅπως μείζων δοκοίη εἶναι ἢ ἐστὶν, videtur autem versus citantur ab Athenæo, sed duo, qui desiderantur in principio, apud Athen. leguntur in libro exarato calamo: ita enim habetur: Πρῶτον μὲν γὰρ πρὸς τὸ κέρδος καὶ τὸ σκυλᾶν τοὺς πέλας, etc. Hæc ille. Iidem etiam reperiuntur hic apud Clementem, quorum sententia incipit ab illis verbis: « Primum quidem in lucro, et in spoliandis. » Interpres Athenæi lib. xiii: « Præcipuum studium ad quæstum est, et eos, qui propius se admovent, spoliandos. » At quod sequitur, emendatius habet Clemens: Πάντα τ' ἄλλα ἔργ' αὐταῖς πάρεργα γίνεται, quam apud Athenæum πάντα τἆλλα αὐταῖς πάρεργα. Hic tamen animadverterat Fed. Morellus legendum sibi videri, πάντα τἆλλα ἔργα αὐταῖσιν πάρεργα γίνεται, ut scilicet trochaicus tetrameter suis numeris expleretur: et plerique sequentes trochaici integriore mensura sunt apud Athen. Collect.

(17) *Βαυκίσιν.* Βλαύτῃσιν Flor. et ms. nostri codices. Dein, ἐναγκάττυται pro ἐγκεκάττυται, Nov., Bod., Reg. Paulo post, ἐπὶ τῶν ὠμῶν pro ἐπὶ τὸν ὦμον, Bod., Reg. Dein, ἐρράμμένα pro ἐρράμμ', Nov., Bod., Reg. Mox εἰσιόντας pro εἰσιόντας, Bod., Reg., edit. Flor.; εἰδόντας Nov. Dein, τιτθίοις ταυταίσιν, ὧν ἔχουσ', Nov. Mox, προσθεῖσαι pro προστιθεῖσα, Nov., Bod., Reg. Tum, οὐ τὸν τηνδυτον, vel τηνδητον, τῆς κ. Nov., Bod., Reg. Mox, κατέπασε pro κατέπλασε, Nov., Bod., Reg. Dein, πατεύρων δέ, vel πέτρευον δέ, pro παιδέρωτ', Nov., Bod., Reg. Paulo post, στόμα ὡς ὅτι κομψόν Nov., Bod., Reg. Mox, ea, quæ uncis inclusa ex Athenæo inseruit Sylburgius, absunt a Nov., Bod., Reg. Sunt præterea aliæ nonnullæ levioris momenti differentiæ, quas præterire visum est. Porro in omnibus codicibus versus prave distincti reperiuntur.

(18) *Διάβαθρον.* Pollux lib. vii: Καὶ τὰ διάβαθρα κοινὰ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. « Tum diabathra communia viris ac feminis. » Festus: « Diabathra, genus solearum Græcanicarum. » Apud Varronem ex Nævio: « Diabathra in pedibus habebat, atque amictus erat epicroco. » Interpres Athenæi reddit. « Solea tenui calceus suppingitur. » Alii minus recte « subsellium tenue » interpretantur. Quod vero corrigit Victorius καυκίσιν, et scribit βαυκίσιν, apud Clementem est βλαυτῆσιν· quod etiam calceamenti genus est muliebris. Lex tamen versus illam Victorii lectionem ex Athenæo et Polluce depromptam comprobat. Collect.

(19) *Κοιλίαν ἀδρὰν ἔχ.* At apud Athenæum κοιλίαν ἔχει στιβίτες, pro quo in editione *Comicarum sententiarum* corrigunt quidam: Κοιλίαν ἔχουσι δέ τινες στῆθος ὦς. « Alvum habent quædam ad pectus. » At interpres Athenæi: « Venter si tumidior est, fasciis astringitur. » Collect.

(20) *Λευκόχρως.* Hic vero contra ex Athenæo restituendus est Clementis locus: nam cum legeretur vitiose πετεύρων δ' ἐντρίβεται, legit Hervetus ἄλευρον « et farina interitur. » At neque πέτευρον gallinarum retineri potest. Athenæus παιδέρωτ' ἐντρίβεται. « Pæderota huic affricant. » Et adnotat interpres, fucum eum fuisse, qui genas rubore tingat, qualis in pueris cernitur, et placet, et Ægyptium unguentum quoque dici, quod ex floribus Ægyptiæ spinæ conficitur. Sanior etiam est apud Athen. hic octon. Ἵνα θεωρῶσ' οἱ παρόντες τὸ στόμ' ὡς κομψὸν φορεῖ. Ἂν δὲ μή, etc. Collect.

(21) *Ἂν δὲ μὴ χ.* Collocanda fuit distinctio post γελῶσα, ut apud Athenæum, apud quem διὰ τέλους legitur pro διατελεῖ. « Risus autem si odiosus est, totum diem agunt domi, et virgulam myrteam in labris habent. » Id est, ut notat interpres, si nolit risu dentes ostendere, init rationem, qua dentes detegat, nempe ut assulam myrti dentibus teneat, quod de lentisco, ceu mastiche, fieri solitum, adnotatum est in pag. 267. Et quod hic ξυλήφιον Alexis, Dioscorides ξυλάριον dicit, cujus loco reponunt hic ξυλίδιον quidam frustra. Apud Athenæum additur comparatio hæc, quæ cunis apponitur caprarum, dum vendunt. Nam, ut monet interpres, qui caprinam in macello vendebant, myrtea fronde ornabant, ut in myrtetis pastas capras significarent, vel ut fœdus odor mitigaretur. Versus duo, qui apud Clement. intercidere, eo necessarii sunt, quod sensum absolvant: Ἔνδον, ὥσπερ τοῖς μαγείροις ἃ παράκειθ' ἑκάστοτε Ἵνιχ' ἂν πωλῶσιν αἰγῶν χρανία, ξυλήφιον. Et sequens explendus indidem. Μυρσίνης ἔχουσα λεπτὸν ὀρθὸν ἐν τ. χειλ. ex Fed. Morelli animadversione. Notat præterea P. Victorius lib. vi, cap. 12, *Var. lect.*, morem, quem exagitat Catullus in Egnatio, mulieres etiam tenere docuisse Alexin: cum enim Egnatius candidos haberet dentes, consueverat quocunque venerat, renidere; ut hoc etiam sæpe inepte atque importune faceret locis illis, quibus magis

τοῖς μαγείροις ἃ παράκειθ' ἑκάστοτε, Ἵνίκ' ἂν πωλῶσιν αἰγῶν κρανία, ξυλήφιον Μυρρίνης ἔχουσα λεπτὸν ὀρθὸν ἐν τοῖς χείλεσιν· Ὥστε τῷ χρόνῳ σέσηρεν, ἄν τε βούλει', ἄν τε μή. » Ταῦτα ὑμῖν εἰς τὴν ἀποτροπὴν τῆς φιλοκόσμου κακομηχανίας ἐκ σοφίας κοσμικῆς παρατίθεμαι, παμμάχως σώζειν ἐθελήσαντος ἡμᾶς τοῦ Λόγου· μετὰ μικρὸν δὲ καὶ θείαις ἐπιστύφω Γραφαῖς. Φιλεῖ δέ πως τὸ μὴ λανθάνον, δι' αἰσχύνην τῶν ἐλέγχων ἀφίστασθαι τῶν ἁμαρτημάτων. Ὡς δὲ ἡ καταπεπλασμένη χεὶρ καὶ ὁ περιαλειμμένος ὀφθαλμὸς ὑπόνοιαν τοῦ νοσοῦντος ἐκ τῆς ὄψεως ἐνδείκνυται, οὕτω τὰ ἐντρίμματα καὶ αἱ βαφαὶ νοσοῦσαν ἐν βάθει τὴν ψυχὴν αἰνίττονται. Ἡμῖν δὲ « παριέναι (22) ποταμὸν ἀλλότριον » ὁ θεῖος παραινεῖ Παιδαγωγός· τὴν ἀλλοτρίαν γυναῖκα, τὴν μάχλον, ποταμὸν ἀλλότριον ἀλλήγορῶν, πᾶσιν ἐπιῤῥέουσαν, πᾶσι δι' ἀσέλγειαν πορνικὴν εἰς τρυφὴν ἐκχεομένην· « Ἀπὸ ὕδατος ἀλλοτρίου ἀπέχου, » φησί, « καὶ ἀπὸ πηγῆς ἀλλοτρίας μὴ πίῃς· » τὸ ῥεῦμα « τῆς ἡδυπαθείας » φυλάξασθαι παραινῶν, « ἵνα πολὺν ζήσωμεν χρόνον· προστεθῇ δὲ ἡμῖν ἔτη ζωῆς, » εἴτε ἀλλοτρίαν ἡδονὴν μὴ θηρωμένοις, εἴτε καὶ τὰς αἱρέσεις ἐκτρεπομένοις. Φιλοψία (23) μὲν οὖν καὶ φιλοινία, εἰ καὶ πάθη μεγάλα, ἀλλ' οὐ τοσαῦτα τὸ μέγεθος, ὁπόση ἡ φιλοκοσμία (24). « Τράπεζα πλήρης, καὶ κύλικες ἐπάλληλοι (25), » ἱκαναὶ πληρῶσαι τὴν λαιμαργίαν· τοῖς δὲ φιλοχρύσοις, καὶ φιλοπορφύροις, καὶ φιλολίθοις οὔτε ὁ ὑπὲρ γῆς καὶ ὑπὸ γῆν χρυσὸς αὐτάρκης· οὔτε ἡ Τυρίων θάλασσα, οὔτε μὴν φόρτος ὁ ἀπ' Ἰνδῶν καὶ Αἰθιόπων· ἀλλ' οὐδὲ ὁ Παχτωλὸς ὁ ῥέων τὸν (26) πλοῦτον· οὐδ' ἂν Μίδας τις αὐτῶν γένηται, πεπλήρωται, ἀλλὰ ἔτι πένης ἐστὶ, πλοῦτον ἄλλον ποθῶν· ἕτοιμοι δὲ οὗτοι συναποθανεῖν χρυσίῳ. Εἰ δὲ καὶ ὁ Πλοῦτος τυφλὸς, ὥσπερ οὖν (27), αἱ περὶ αὐτὸν ἑπτοημέναι καὶ συμπαθοῦσαι πῶς οὐ τυφλώττουσιν; Ὅρον γοῦν ἐπιθυμίας οὐκ ἔχουσαι, εἰς ἀναισχυντίαν ἐξοκέλλουσι (28)· δεῖ γὰρ αὐταῖς καὶ θεάτρου, καὶ πομπῆς, καὶ πλήθους θεατῶν, καὶ πλάνης ἐν ἱεροῖς, καὶ τῆς ἐν τοῖς ἀμφόδοις (29) διατριβῆς, ὡς πᾶσιν αὐτὰς γίνεσθαι καταφανεῖς. Κοσμοῦνται

* P. 257 ED. POTTER, 219 ED. PARIS.

habens tenuem myrsinæ tabellam, ut velit nolit ea tandem cogatur diducere. » Hæc ad dehortandum nimium sui ornatus studium ex mundana * adduxi sapientia, cum velit omni ratione nos conservare Logos: mox autem divinis quoque Scripturis id muniam. Solet autem, qui non latet, propter reprehensionum dedecus abstinere a peccatis. Quemadmodum autem manui impositum cataplasma, et inuncti oculi, vel ipso aspectu præbent morbi suspicionem: ita fuci, tincturæ et colores illiti, animam intrinsecus ægrotare significant. Ne « ad alienum autem fluvium accedamus, » nobis suadet Pædagogus: per alienum fluvium alienam uxorem libidini deditam allegorice significans; ut quæ ad omnes dimanet, et per meretriciam intemperantiam in omnium voluptatem effundatur: « Ab aliena, » inquit, » aqua abstine, et ex fonte alieno ne biberis *: » delectationis « fluentum » nos vitare admonens, ut « longo tempore vivamus: adjiciantur autem nobis anni vitæ, » sive alienam voluptatem non venantibus, sive etiam hæreses declinantibus. Porro cibo, vel vino nimis deditum esse, etsi sint magna vitia, non tamen tanta, quantum est, nimium sui ornandi studium. « Mensa plena, et frequentes calices, » satis sunt ad implendam ingluviem: at qui auri, purpuræ et gemmarum nimio studio tenentur, iis nec quod super terram, nec quod sub terra est, aurum sufficeret; neque mare Tyrium, nec quæ ab Indis et Æthiopibus deportantur onera: sed nec Pactolus, cujus sunt fluenta aurea: sed nec si quis eorum Midas forte evaserit, impleri poterit, sed adhuc pauper erit, alias opes desiderans: sed et una cum auro vel commori parati sunt. Quod si cæcus sit Plutus, ut revera cæcus est, quomodo non cæcæ sunt, quæ eum stupent, et admirantur, et in eum affectæ sunt? Dum ergo cupiditatis limites sibi non constituunt, in impudentiam impingunt. Eis enim opus est et theatro, et pompa, et spectatorum multitudine, et obambulatione in templis, et diuturna mora in fletus lacrymæque, quam risus, conveniebat. Eadem autem erat origo insulsi moris, ac vitii in utrisque, ostentatio scilicet minutæ corporis partis elegantioris. COLLECT.

* Proverb. IX, 18.

(22) *Ἡμῖν δὲ παριέναι.* « Ne ad al. » addiderat, in suo libro Græco Hervetus. Nam Florentina editio sic habet: Ἡμῖν δὲ παριέναι ποταμὸν ἀλλότριον παραινεῖ. Locus est Prov. IX, ut citavit Hervetus in margine, dubius ad hoc, an ad Ecclesiast. XXV pertineret. Nam in Latina aut in Græca Antuerpiensi non reperitur; at in accurata Romana editione postrema sub finem capitis additur inter cætera, οὕτω γὰρ διαβήσῃ ὕδωρ ἀλλότριον, et in adnotationibus, καὶ ὑπερβήσῃ ποταμὸν ἀλλότριον. « Sic enim aquam alienam transilies, et trajicies fluvium alienum: » deinde sequitur, quod et hic citat Clemens, Ἀπὸ δὲ ὕδατος ἀλλοτρίου ἀπέχου. « Ab aliena autem aqua abstine. » In veteri libro Reginæ hæc quoque additio reperitur cum veterum Patrum interpretationibus, inter quos Didymus in hunc locum, Οὕτω διαβήσῃ καὶ ἀφέξῃ ὕδατος ἀλλοτρίου πίνοντος καὶ οὐχὶ σώζοντος, καὶ ἀποστράξῃ διδασκαλίαν ἀπατηλὴν καὶ παρασύρουσαν. Ὥσπερ δὲ παρὰ τῷ Θεῷ ἐστι πηγὴ ζωῆς, οὕτω παρὰ τῷ διαβόλῳ θανάτου πηγή· εἰ δὲ ἡ τοῦ Θεοῦ ἀρετῆς καὶ γνώσεως, δῆλον ὡς καὶ ἡ τοῦ διαβόλου κακίας καὶ ἀγνωσίας. COLLECT. — Porro παριέναι hoc loco est παρατρέχεσθαι, vel « prætergredi. »

(23) *Φιλοψία.* Idem est φιλοψία quod ὀψοφαγία. Athen. l. VII: Ὀψοφαγίστατος, « obsonii lurco voracissimus. » Vide quæ notata sunt superius. COLLECT.

(24) *Φιλοκοσμία.* Similia sunt illa Plutarchi paulo post principium lib. *Περὶ φιλοπλουτίας*· Ποτῷ μὲν ἔσβεσαν τὴν τοῦ ποτοῦ ὄρεξιν, καὶ τροφῇ τὴν τῆς τροφῆς ἐπιθυμίαν ἠκέσαντο· φιλαργυρίαν δὲ οὐ σβέννυσιν ἀργύριον, οὐδὲ χρυσίον· οὐδὲ πλεονεξία παύεται κτωμένη τὸ πλέον. « Potu restinguitur appetitus bibendi, et cibus medetur cibi desiderio: avaritiam vero nec argentum nec aurum restinguit; nec cessat, cum plurimum acquisiverit. »

(25) *Τράπεζα..... ἐπάλληλοι.* Versus iambicus.

(26) *Τὸν.* Excidit e Bod., Reg.

(27) *Ὥσπερ οὖν.* Excidit ἐστι. Mox, αἱ περὶ ἑαυτόν, Reg.

(28) *Ἐξοκέλλουσιν.* Ἐξοκείλουσι, Bod., Reg.

(29) *Τῆς ἐν τοῖς ἀμφ.* Τοῖς ἐν ταῖς ἀμφ. Bod., Reg.

trifis, ut sint manifestæ omnibus. Ornantur enim ut aliis placeant, quæ in facie, non in corde gloriantur. ✠ Sicut enim stigmata servum fugitivum, ita etiam floridi colores adulteram indicant : « Nam etsi coccino induaris, et aureo ornamento orneris, et oculos tuos ungas stibio, frustra est pulchritudo tua [a], » dicit Logos per Jeremiam. An vero non absurdum est, equos quidem, et aves, et alia animantia, ex herba et pratis surgere ac evolare, proprio contenta ornamento, jubis et colore naturali, et pennis variis : mulierem vero, perinde ac si sit bestiis inferior, se esse adeo deformem existimare, ut externa, emptitia, et adumbrata pulchritudine egeat? Vittæ certe, et earum permultæ differentiæ, et operosæ capillorum plicaturæ, et crinium innumerabiles figuræ, et pretiosæ speculorum structuræ, quibus se componunt, dum venantur eos, qui puerorum more insipientium formas admirantur, sunt feminarum, quæ omnem pudorem exuerunt : quas qui meretrices vocaverit, is non aberraverit, ut quæ ex vultibus suis personas faciunt. Nobis autem suadet Logos, « non ea considerare quæ videntur, sed ea quæ non videntur. Quæ enim videntur, sunt temporalia : quæ autem non videntur, æterna [b]. » Quo autem nihil dici aut fingi potest absurdius, fictæ istius suæ formæ, perinde ac si res ab eis bene gesta et confecta sit, specula excogitarunt, cum huic fraudi esset potius admovendum operculum : neque enim (ut est in Græcorum fabulis) formoso Narcisso recte successit, quod suæ fuerit contemplator imaginis. Quod si Moyses præcipit hominibus, nullam facere imaginem, quæ Deum arte repræsentet : quomodo hæ recte fecerint mulieres, quæ fallaci personæ fictione suas per reverberationem imitantur imagines? Cæterum prophetæ quoque Samueli, cum mitteretur, ut ungeret in regem unum ex filiis Jesse, et vidisset ejus filium natu maximum, pulchrum et magnum, quando eo lætatus Samuel chrisma protulit, « dixit, » inquit, « ei Dominus : Ne respexeris ad aspectum ejus, et altitudinem magnitudinis ejus, quoniam repuli eum. Homo enim respiciet ad oculos, et Dominus ad cor [c]. » Et non unxit eum, qui erat pulcher cor-

γὰρ ἵνα ἄλλοις ἀρέσκοιεν, αἱ ἐν προσώποις (30) καυχώμεναι, οὐκ ἐν καρδίᾳ· ὡς γὰρ τὸν δραπέτην τὰ στίγματα (31), οὕτω τὴν μοιχαλίδα δείκνυσι τὰ ἀνθίσματα· « Κἂν περιβάλῃ κόκκινον, καὶ κοσμήσῃ (32) κόσμῳ χρυσῷ· καὶ ἐὰν χρίσῃ στίμμι (33) τοὺς ὀφθαλμούς σου, εἰς μάτην ὁ ὡραϊσμός σου, » ὁ Λόγος διὰ Ἱερεμίου φησίν. Εἶτα οὐκ ἄτοπον ἵππους μὲν, καὶ ὄρνεις, καὶ τὰ ἄλλα ζῶα ἐκ τῆς χλόης καὶ τῶν λειμώνων ἀνίστασθαι καὶ ἀνίπτασθαι, οἰκείῳ κόσμῳ χαίροντα, χαίτῃ ἱππικῇ, καὶ χροιᾷ φυσικῇ, καὶ πτερώσει ποικίλῃ· ὡς δὲ ἐνδεέστερον καὶ τῆς θηρίου φύσεως, ἡ γυνὴ ἀκαλλὴς εἰς τοσοῦτον εἶναι οἴεται, ὡς ὀθνείου δεῖσθαι κάλλους, ὠνητοῦ καὶ σκιαγραφουμένου; Κεκρύφαλοι μέν γε, καὶ κεκρυφάλων διαφοραὶ, καὶ περίεργοι πλοκαὶ, ἀλλὰ καὶ τῶν τριχῶν οἱ μυρίοι σχηματισμοὶ, κατόπτρων τε πολυτίμητοι κατασκευαὶ, οἷς κατασχηματίζονται, θηρῶσαι τοὺς δίκην παίδων ἀφρόνων περὶ τὰς μορφὰς (34) ἐπτοημένους, τέλειον ἀπηρυθριακυιῶν ἐστι γυναικῶν· ἃς ἑταίρας καλῶν, οὐκ ἂν τις ἁμάρτοι, προσωπεῖα (35) ποιούσας τὰ πρόσωπα. Ἡμῖν δὲ ὁ Λόγος παραινεῖ « μὴ σκοπεῖν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα· τὰ γὰρ βλεπόμενα, πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα αἰώνια. » Ὃ δὲ καὶ πέρα τῆς ἀτοπίας προβέβηκε, τῆς ἐπιπλάστου μορφῆς τῆς ἑαυτῶν, οἷον ἀνδραγαθήματός τινος ἢ ἐπανορθώματος, κάτοπτρα ἐπινενοήκασιν· ἐφ' ἧς ἀπάτης μάλιστα χάλυμμα ἐπιτιθέναι (36) ἐχρῆν· οὐδὲ γάρ, ὡς ὁ μῦθος Ἑλλήνων ἔχει, Ναρκίσσῳ προσεχώρησεν τῷ καλῷ, τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος γενέσθαι θεατήν. Εἰ δὲ οὐδεμίαν (37) εἰκόνα ὁ Μωϋσῆς παραγγέλλει ποιεῖσθαι τοῖς ἀνθρώποις, ἀντίτεχνον τῷ Θεῷ, πῶς ἂν εὐλόγως ποιοῖεν αἱ γυναῖκες αὗται, σφῶν κατὰ ἀνάκλασιν ἀπομιμούμεναι τὰς εἰκόνας εἰς τοῦ προσώπου τὴν ψευδοποιίαν; Ἀλλὰ καὶ τῷ Σαμουὴλ τῷ προφήτῃ, ὁπότε πέμπεται ἵνα χρίσαι τῶν υἱῶν Ἰεσσαὶ εἰς βασιλέα, καὶ τὸν πρεσβύτατον τῶν παίδων αὐτοῦ, καλὸν καὶ μέγαν ἰδόντι, ὁπότε τὸ χρίσμα προέβαλεν (38) ὁ Σαμουὴλ, ἡσθεὶς ἐπ' αὐτῷ, « εἶπε, » φησὶν, « ὁ Κύριος αὐτῷ· Μὴ ἐπιβλέψῃς εἰς τὴν ὄψιν (39) αὐτοῦ καὶ τὸ ὕψος τοῦ μεγέθους αὐτοῦ· ὅτι ἀπῶσμαι αὐτόν. Ἄνθρωπος μὲν γὰρ εἰς ὀφθαλμοὺς ὄψεται, καὶ Κύριος εἰς καρδίαν· » καὶ οὐκ ἔχρισε τὸν καλὸν τὸ σῶμα, ἀλλὰ τὸν καλὸν τὴν ψυχήν.

✠ P. 258 ED. POTTER, 220 ED. PARIS.

[a] Jerem. IV, 30. [b] II Cor. IV, 18. [c] I Reg. XVI, 7.

(30) *Προσώποις.* Προσώπῳ Nov. Quod propius accedit ad illud Pauli, I Thess. II, 17 : Ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν... προσώπῳ οὐ καρδίᾳ.

(31) *Στίγματα.* Ea scilicet, quibus servos olim notabant. Conf. *Archæologiæ* nostræ *Græcæ* lib. I De floridis meretricum vestibus conf. quæ superius adnotata sunt sub finem *Pædag.* lib. II, c. 4.

(32) *Περιβάλῃ... κοσμήσῃ.* Περιβάλλει. . κοσμήσει, Bod., Reg.

(33) *Καὶ ἐὰν χρίσῃ στίμμι.* Ἐὰν ἐγχρίσῃ στίβι, apud Jerem. Mox, εἰς μάταιον, ibid.

(34) *Μορφάς.* Φορμάς, Bod., Reg. Mox, τέλειον ἀπ. Idem.

(35) *Προσωπεῖα.* Seneca « personam habere eas » ait, « non faciem. » Apud Pollucem l. V, cap. 16 : Κατὰ τον Λοκρὸν, οὐ πρόσωπον, ἀλλὰ προσωπεῖον φέρει. Interpres. « Et secundum Locrum, non faciem, sed larvam gestat. » Citatur a Cœlio Rhodig. lib. XXIX, c. 7, Lucillii epigramma, in quo pentametrum est:

*Ὥστε προσωπεῖον, κ' οὐχὶ πρόσωπον, ἔχειν.*

Sequitur apud Pollucem illud in fucatas aptum : Φύσεως προκρίνει τέχνην, ἀληθείας ψεῦδος, τοῦ παραμένοντος τὸ ῥᾳδίως ἀπαλειφόμενον. « Artem naturæ anteponit, veritati mendacium, durabili quod facile deletur. » Collect.

(36) *Ἐπιτιθέναι.* Ἐπινενοηκέναι, Bod., Reg.

(37) *Εἰ δὲ οὐδεμ.* Simili ratione usus est Tertullianus lib. *De spectaculis*, cap. 23 : « Jam vero ipsum opus personarum quæro an Deo placeat, qui omnem similitudinem vetat fieri, quanto magis imaginis suæ? Proinde vocem, sexus, ætates mentientem; amores, iras, gemitus, lacrymas adseverantem non probabit, qui omnem hypocrisin damnat. »

(38) *Προέβαλεν.* Προσέβαλεν, Reg., Bod.

(39) *Εἰς τὴν ὄψ.* Ἐπὶ τὴν ὄψιν αὐτοῦ, μηδὲ εἰς

Εἰ οὖν τὸ φυσικὸν τοῦ σώματος κάλλος ἔλαττον τοῦ ψυχικοῦ λογίζεται Κύριος, τί περὶ τοῦ νόθου φρονεῖ, ὅταν τὸ ψεῦσμα ἄρδην ἐκβαλών; « Διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους. » Σαφέστατα γοῦν ὁ Κύριος διὰ τοῦ Ἀβραὰμ διδάσκει, καὶ πατρίδος, καὶ συγγενέων (40), καὶ κτήσεως, καὶ πλούτου παντὸς καταφρονεῖν τὸν ἑπόμενον τῷ Θεῷ, ποιήτας αὐτὸν ἔπηλυν· καὶ διὰ τοῦτο καὶ « φίλον » αὐτὸν ὠνόμασεν, τῆς οἴκοι καταφρονήσαντα περιουσίας· εὐπατρίδης γὰρ ἦν, καὶ εὔπορος σφόδρα· « τριακοσίοις » γοῦν « καὶ ὀκτὼ καὶ δέκα » οἰκέταις ἰδίοις κεχείρωται τοὺς τέσσαρας βασιλεῖς, τοὺς αἰχμαλωτεύσαντας τὸν Λώτ. Μόνην εὑρίσκομεν τὴν Ἐσθὴρ δικαίως κοσμουμένην· ἐκαλλωπίζετο μυστικῶς ἡ γυνὴ βασιλεῖ τῷ ἑαυτῆς· ἀλλὰ τὸ κάλλος αὐτῆς ἐκεῖνο λύτρον (41) εὑρίσκεται φονευομένου λαοῦ. Ὅτι δὲ ἑταίρας μὲν ποιεῖ τὰς γυναῖκας ὁ καλλωπισμὸς, ἀνδρογύνους δὲ τοὺς ἄνδρας καὶ μοιχικούς, μάρτυς ἡμῖν ὁ τραγικὸς, διηγούμενος ὥδέ πως·

*Ἐλθὼν (42) δ' ἐκ Φρυγῶν ὁ τὰς θεὰς*
*Κρίνων δίκ', ὡς ὁ μῦθος Ἀργείων (43) ἔχει,*
*Λακεδαίμον', ἁνθηρὰς μὲν εἱμάτων στολῇ,*
*Χρυσῷ τε (44) λαμπρὸς, βαρβάρῳ χλιδήματι·*
*Ἔρῶν ἐρῶσαν ᾠχετ' ἐξαναρπάσας*
*Ἑλένην πρὸς Ἴδης βούσταθμ', ἐκβήμιον λαβὼν*
*Μενέλαον (45).*

Ὦ κάλλους μοιχικοῦ! ἀνέστρεψε τὴν Ἑλλάδα ἡ βάρβαρος φιλοκοσμία, καὶ ἡ ἀνδρόγυνος τρυφή· σωφροσύνην διέφθειρε Λακωνικὴν ἐσθὴς, καὶ χλιδὴ, καὶ κάλλος ὡραῖον· αἱ βάρβαροι φιλοκοσμίαι ἑταίραν ἔλεγξαν τὴν Διὸς θυγατέρα. Οὐκ ἦν παιδαγωγὸς αὐτοῖς, ἀνακόπτων τὰς ἐπιθυμίας· οὐδὲ (46) μὲν ὁ λέγων, « Μὴ μοιχεύσῃς, » οὐδὲ, « Μὴ ἐπιθυμήσῃς », λέγων, μηδὲ (47) εἰς μοιχείαν ὁδεύσῃς διὰ ἐπιθυμίας· ἀλλὰ μηδὲ τὰς ὀρέξεις (48) ἐκκαύσῃς διὰ φιλοκοσμίας. Οἷον αὐτοῖς τὸ ἐπὶ τούτοις ἐξηκολούθησε τέλος; καὶ ὅσον ἀπέλαυσαν κακῶν οἱ φιλαυτίαν κωλῦσαι μὴ θελήσαντες; Ἤπειροι κεκίνηνται δύο ἀπαιδεύτοις ἡδοναῖς, καὶ κλονεῖται τὰ πάντα μειρακίῳ βαρβάρῳ· Ἑλλὰς ὅλη ναυτίλλεται· στενοχωρεῖται δὲ ἡ θάλασσα, ἠπείρους φέρουσα· πόλεμος ἐκριπίζεται μακρὸς, καὶ μάχαι καταῤῥήγνυνται καρτεραί· καὶ νεκρῶν ἐμπίπλαται τὰ πεδία· ἐνυβρίζει τῷ ναυστάθμῳ ὁ βάρβαρος (49)· ἀδικία κρατεῖ, καὶ τοῦ ποιητοῦ Διὸς (50) ἐκείνου τὸ δόμα τοὺς Θρᾷκας βλέπει· εὐ-

pore, sed eum, qui pulcher erat animo. ✠ Si ergo naturalem corporis pulchritudinem **95** minus quam pulchritudinem animæ æstimat Dominus, quid sentit de adulterina, qui quidquid falsum est, omnino expulit? « Per fidem enim ambulamus, non per speciem [a]. » Apertissime ergo docet Dominus per Abraham, et patriam, et cognatos, et possessiones, et omnes divitias contemnere eum qui Deum sequitur, cum eum fecit advenam [b]. Et ideo eum appellavit « Amicum [c], » ut qui suas facultates habuisset contemptui: erat enim honesto loco natus, et valde dives: « trecentis » itaque « et octodecim » suis famulis quatuor reges subegit, qui Lot captivum abduxerant [d]. Solam Esther juste invenimus ornatam [e]: mystice ornabatur mulier regi suo, sed ejus pulchritudo pretium invenitur, quo liberatus fuit populus interficiendus. Quod autem cultus faciat mulieres meretrices, viros autem effeminatos et adulteros, testis est nobis tragicus, sic narrans:

*Ex Phrygibus ille cum appulisset, qui deas*
*Dijudicavit, Graia ut inquit fabula,*
*Lacedæmona, cultu discolore vestium,*
*Et barbarorum textu et auro splendidus,*
*Amans amantem vi recessit auferens*
*Helenam ad Idæ caulam, abesset cum domo*
*Menelaus.*

O adulteria concitantem pulchritudinem! Græciam evertit barbarum sui ornandi studium, et effeminatæ deliciæ; Laconicam pudicitiam corrupit vestis, et luxus, et pulchra species; barbaricum sui ornandi studium meretricem probavit Jovis filiam. Non erat eis pædagogus, qui rescinderet libidines: nec qui diceret: « Non mœchaberis; » nec qui diceret: « Non concupisces [f], » nec ad adulterium iter ingredieris per concupiscentiam, sed neque appetitiones inflammabis per immoderatum tui ornandi studium. Sed hæc cujusmodi consecutus est exitus? et quot mala senserunt, qui nimium sui amorem prohibere noluerunt? Propter effrenatas voluptates Græcia et Asia commotæ sunt, a barbaro adolescentulo omnia agitantur, tota Græcia navigat, mare in arctum cogitur terras ferens, longum bellum excitatur, et vehementia erumpunt prælia, campique implentur cadaveribus: classi insultat barbarus, dominatum obtinet iniquitas, et ficti illius Jovis

✠ P. 259 ED. POTTER, 221 ED. PARIS. [a] II Cor. v, 7. [b] Gen. xii, 1 seq. [c] Jac. ii, 23. [d] Gen. xiv, 14 seq. [e] Esther v, 1. [f] Exod. xx, 14, 17.

τὴν ἕξιν τοῦ μεγέθους αὐτοῦ, ὅτι ἐξουδένωκεν αὐτόν· ὅτι οὐχ ὡς ἐμβλέψεται ὁ ἄνθρωπος, ὄψεται ὁ Θεός· ὅτι ἄνθρωπος ὄψεται εἰς πρόσωπον, ὁ δὲ Θεὸς ὄψεται εἰς καρδίαν. Bibl. Vulg.

(40) *Συγγενέων.* Συγγενῶν, Bod., Reg.

(41) *Λύτρον.* Λίτρον, Bod., Reg.

(42) *Ἐλθών.* Verba Agamemnonis in Euripidis *Iphigen. Aulidens.* vers. 71.

(43) *Ἀργείων.* Ἀνθρώπων, apud. Eurip.

(44) *Χρυσῷ τε.* Pal. ms. post. χρυσῷ τε distinguit, non ante: eo prope modo, quo infra pag. 111. Ibidem Excerpta ms. εἱμάτων στολὴν, accus. casu: non male. Stilburg. — Στολὴν habet etiam Reg.

(45) *Μενέλαον.* Μενέλαος Eurip. ad ea relatum, quæ ibi sequuntur.

(46) *Οὐδέ.* Μηδέ, Bod., Reg.

(47) *Μηδέ.* Οὐδέ, Bod., Reg.

(48) *Τὰς ὀρέξεις.* Cyprianus *De discipl. et hab. virg.*: « Cæterum si te sumptuosius comas, et per publicum notabiliter incedas, oculos in te juventutis illicias, suspiria adolescentum post te trahas, concupiscendi libidinem nutrias, peccandi fomenta succendas, ut et ipsa non pereas, alios tamen perdas, et velut gladium et venenum videntibus præbeas, excusari non potes, quasi mente casta sis et pudica. Redarguit te cultus improbus, et impudicus ornatus. » Collect.

(49) *Ὁ βάρβαρος.* Nempe Hector, qui Græcorum navibus ignem infert apud Homer. *Iliad.* N.

(50) *Καὶ τοῦ ποιητοῦ Διός.* Imo τοῦ ποιητικοῦ Διὸς ἐκείνου, quod quivis videt. Quæ sequuntur autem, versiculi sine dubio, et quidem iambi senarii sunt, neque magna opus est cura, ut id appa-

Oculus Thraces respicit: ingenuus sanguis barbaros potat campos, et fluviorum fluenta sistuntur mortuis corporibus: pectora pulsantur planctibus, et luctus terram possidet: Idæ autem multis fontibus irriguæ omnes concutiuntur pedes, et omnia cacumina, Trojanorumque urbes, et Achivorum naves. Quo fugiemus, o Homere, et ubi consistemus? Ostende nobis terram, quæ tumultus hujus sit expers.

A γενὲς αἷμα βάρβαρα πίνει πεδία, καὶ ποταμῶν ῥεύματα σώμασιν ἵσταται νεκροῖς· στέρνα κρούεται θρήνοις, καὶ τὸ πένθος ἐπινέμεται τὴν γῆν· πάντες δὲ σείονται πόδες πολυπιδάκου Ἴδης καὶ κορυφαὶ, Τρώων τε πόλεις καὶ νῆες Ἀχαιῶν. Ποῖ (51) φύγωμεν, Ὅμηρε, καὶ στῶμεν; Δεῖξον ἡμῖν γῆν μὴ κεκινημένην.

*Puer, ne habenas tetigeris, qui es insciens:*
*Currumque, agendi ignarus, haud ascenderis:*

*Μὴ θίγῃς ἡνίων* (52), *παῖδιον, ἄπειρος* (53) *ὤν·*
*Μηδὲ ἀναβῇς τὸν δίφρον, ἐλαύνειν μὴ μαθών.*

Duobus aurigis cœlum lætatur, quibus solis ignis agitur. Mens enim per voluptates abducitur, et rationis integritas, quæ Logo pædagogo non utitur, labitur in libidinem: lapsus autem mercedem recipit, quod excidat. Harum rerum tibi sunt indicio « Angeli [a], » qui Dei reliquerunt pulchritudinem, propter pulchritudinem, quæ flaccescit, atque adeo e cœlis in terram ceciderunt. Quinetiam « Sicimitæ [b] » puniuntur, qui lapsi sunt, sanctæ virgini probrum inferentes. Sepulcrum eis est supplicium, et pœnæ monimentum nos ducit ad salutem.

Δυσὶν ἡνιόχοις οὐρανὸς ἥδεται, οἷς μόνοις ἐλαυνόμενον ἄγεται τὸ πῦρ· μετάγεται γὰρ ἡ διάνοια ὑπὸ ἡδονῆς (54)· καὶ τὸ ἀκήρατον τοῦ λογισμοῦ, μὴ παιδαγωγούμενον τῷ Λόγῳ, εἰς ἀσέλγειαν κατολισθαίνει, καὶ μισθὸν τοῦ παραπτώματος τὸ ἀπόπτωμα λαμβάνει. Δεῖγμά σοι τούτων « οἱ ἄγγελοι (55), » τοῦ Θεοῦ τὸ κάλλος καταλελοιπότες διὰ κάλλος μαραινόμενον, καὶ τοσοῦτον ἐξ οὐρανῶν ἀποπεσόντες χαμαί. Ἀλλὰ καὶ « Σικιμῖται » κολάζονται καταπεπτωκότες, τὴν ἁγίαν ὑβρίζοντες παρθένον· τάφος ἡ κόλασις αὐτοῖς, καὶ τὸ μνημόσυνον τῆς ἐπιτιμίας εἰς σωτηρίαν παιδαγωγεῖ.

[a] Gen. vi, 1, 2. [b] Gen. xxxiv, 25 seq.

✠ P. 260 ED. POTTER, 222 ED. PARIS.

reat. Puto autem esse Euripideos. Et constitui sic possunt:

*Τό τ' εὐγενὲς αἷμα βάρβαρα πίνει χωρία,*
*Καὶ ῥεύματα ποταμῶν σώμαθ' ἵσταται νεκρῶν.*

Nisi forte suo more ultimam prioris ipse Clemens immutavit: quod nonnunquam fecisse eum constat. Heinsius.

(51) *Ποῖ.* Ἢ Nov., Reg. Porro Clemens respexisse videtur Archimedis illud: Δός που στῶ, καὶ τὴν γῆν κινῶ. « Da ubi consistam, et terram movebo. »

(52) *Μὴ θίγῃς ἡν.* Metrum constabit aliquanto melius, si, transpositione facta, scribamus, Μὴ δ' ἡνίων θίγῃς. Sed parum tutæ sunt ejusmodi conjecturæ. Silburg. Versus sine dubio ex *Phaëthonte* Euripideo, e quo Athenæus quædam quoque adducit: sicut et Longinus ἐν τῷ *Περὶ ὕψους*· et quidem ipsius Solis ad filium, cujus hæc quoque sunt, quæ hic citantur:

*Ἕλα δέ, μήτε Λιβυκὲν αἰθέρ' εἰσαλών·*
*Κρᾶσιν γὰρ ὑγρὰν οὐκ ἔχων ἁψῖδά σὴ ἂν*
*Κάτω δίηισιν·*

Et:

*Ἰὲι δ' ἐφ' ἑπτὰ Πλειάδων ἔχων δρόμον.*

Reliquis ejus iter describit. Illi autem præterquam quod turbati sunt, ὕστερον πρότερον adduci videntur: sive id factum a Clemente, qui sententiæ tantum, quod non insolens est illi, rationem habuit: sive ab exscriptoribus. Prius enim est, ἀναβαίνειν τὸν δίφρον, ἢ τῶν ἡνίων θίγειν. Puto poetam scripsisse:

*Μὴ δίφρον ἀναβῇς τόνδ', ἐλαύνειν μὴ μαθών,*
*Μηδ' ἡνίων θίγῃς, παιδίον, ἄπειρος ὤν.*

Sane non dubito. Heinsius.

(53) *Παιδίον ἀπ.* Πεδίων ἄπειρος ὤν, « camporum cum sis inscius, » nempe cœlestium, Nov. Proverbiali forma quadrabit usurpatum hoc carmen:

*Ne frena tractes, inscius cum sis puer,*

cum a negotio quopiam arduo deterrebimus ei provinciæ imparem. Exstat apud Clementem lib. III *Pædag.* apparetque sumptum e tragœdia quapiam, ubi filium deprecatur Phaëthontem pater, ne exitiale votum urgeat, sibique perniciem paret regendo Solis equos. Unde apud Ovidium, II *Metam.*:

*Magna petis, Phaëthon, et quæ non viribus istis*
*Munera conveniunt, nec tam puerilibus annis.*

H. Junius cent. v. Proverb. 49. Collect.

(54) *Ὑπὸ ἡδονῆς.* A. mavult ὑπὸ τῆς ἡδονῆς, vel ὑφ' ἡδονῆς. Sylburg.

(55) *Οἱ ἄγγελοι.* Eadem sententia Tertulliani *De habitu muliebri*: « Quid autem tanti fuit ista monstrare, sicut conferre? Utrumne mulieres sine materiis splendoris, et sine ingeniis decoris placere non possent hominibus, quæ adhuc incultæ, et incompositæ, et, ut ita dixerim, crudæ ac rudes angelos moverant? » Vide Sixtum Senensem lib. v *Bibliothecæ* adnotat. 73 et 77. Collect.—Vetus opinio de angelorum libidine inde nata videtur, quod in versione LXX, non « filii Dei, » sed « angeli Dei » dicantur « filias hominum » amasse. Sic ms. Alex. Ἰδόντες δὲ οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπ. Gen. vi, 2. Philo in lib. *De gigantibus* prædictum versiculum sic exp.: Οὓς ἄλλοι φιλόσοφοι δαίμονας, ἀγγέλους Μωσῆς εἰωθεν ὀνομάζειν· ψυχαὶ δ' εἰσὶ κατ' ἀέρα πετόμεναι. Item Josephus *Antiquit. Judaic.* lib. I, c. 4: Πολλοὶ γὰρ ἄγγελοι Θεοῦ, γυναιξὶ συμμιγέντες, ὑβριστὰς ἐγέννησαν παῖδας, καὶ παντὸς ὑπερόπτας καλοῦ, διὰ τὴν ἐπὶ τῇ δυνάμει πεποίθησιν· ὅμοια τοῖς ὑπὸ γιγάντων τετολμῆσθαι λεγομένοις ὑφ' Ἑλλήνων καὶ οὗτοι δρᾶσαι παραδίδονται. Similia habuisse librum Enochi, apertum est non solum ex Origenis *Adv. Celsum* lib. v, p. 267, sed ex satis amplo ejusdem libri fragmento, quod edidit clariss. Grabius, *Spicilegii* vol. I, pag. 317. Consentit *Testamentum XII patriarcharum*, ejusdem *Spicilegii* p. 150 et 213. Hos auctores secuti sunt plerique e vetustis Patribus. Conf. Justinus M. *Apol.* 2, pag. 11 edit. Oxon.; Irenæus lib. IV, c. 70; Athenagoras *Legat.* pag. 103 edit. Oxon.; Clementinorum homil. 8, c. 13, 14; Clemens noster infra *Strom.* III, p. 450 et *Strom.* V, p. 550, etc.; Tertullianus *De habitu mulierum* cap. 2; *De velandis virgin.* cap. 7; *De idololatr.* cap. 9, et alibi non semel, Cyprianus loco superius dicto, Lactantius lib. II, cap. 14; Eusebius *Præparat. evangel.* lib. V, c. 4; Sulpicius Severus sub initium lib. I *Historiæ Sac.*, etc. Erant nihilominus alii, qui huic errori

## ΚΕΦ. Γ'.

### *Πρὸς τοὺς καλλωπιζομένους τῶν ἀνδρῶν.*

Εἰς (56) τοσοῦτον ἐξ ἄρα ἐλήλακεν ἡ χλιδὴ, ὡς μὴ τὸ θῆλυ μόνον νοσεῖν περὶ τὴν κενοσπουδίαν ταύτην, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄνδρας ζηλοῦν τὴν νόσον. Μὴ γὰρ καθαρεύοντες καλλωπισμοῦ, οὐχ ὑγιαίνουσιν· πρὸς δὲ τὸ μαλθακώτερον ἀποκλίναντες, γυναικίζονται, κουρὰς μὲν ἀγεννεῖς καὶ πορνικὰς ἀποχειρόμενοι, χλανίσι δὲ διαφανέσι περιπεπεμμένοι (57), καὶ μαστίχην τρώγοντες, ὄζοντες μύρου. Τί ἂν τις φαίη, τούτους ἰδών; ἀτεχνῶς, καθάπερ μετωποσκόπος (58) ἐκ τοῦ σχήματος αὐτοὺς καταμαντεύεται, μοιχούς τε καὶ ἀνδρογύνους, ἀμφοτέραν (59) ἀφροδίτην θηρωμένους, μισότριχας, ἄτριχας, τὸ ἄνθος τὸ ἀνδρικὸν μυσαττομένους, τὰς κόμας δὲ, ὥσπερ αἱ γυναῖκες, κοσμουμένους· « ἐπ' οὐχ ὁσίοις (60) δὲ τόλμαις οἱ παλίμβολοι ζῶντες, ῥέζουσιν ἀτάσθαλα καὶ κακὰ ἔργα, » φησὶν ἡ Σίβυλλα. Διὰ τούτους γοῦν πλήρεις αἱ πόλεις πιττούντων, ξηρούντων, παρατιλλόντων τοὺς θηλυδρίας τούτους· ἐργαστήρια δὲ κατεσκεύασται καὶ ἀνέῳκται πάντη, καὶ τιχνῖται τῆς ἑταιρικῆς ταύτης πορνείας συχνὸν ἐμπολῶσιν ἀργύριον ἐμφανῶς, οἱ σφᾶς καταπιττοῦσιν, καὶ τὰς τρίχας τοῖς ἀναπτῶσι πάντα τρόπον παρέχουσιν, οὐδὲν αἰσχυνόμενοι τοὺς ὁρῶντας, οὐδὲ τοὺς παριόντας, ἀλλ' οὐδὲ ἑαυτοὺς ἄνδρας ὄντας· τοιοῦτοι γὰρ οἱ τῶν ἀγεννεστέρων ζηλωταὶ παθῶν, ἅπαν τὸ σῶμα τοῖς βιαίοις τῆς πίττης ὁλκοῖς λελειουργημένοι. Μέλει δὲ οὐδ' ὁπωστιοῦν (61) παραιτέρω τῆς τοιαύτης προβαίνειν ἀναισχυντίας. Εἰ γὰρ μηδὲν ἄπρακτον αὐτοῖς ὑπολείπεται, οὐδὲ ἐμοὶ ἄῤῥητον. Ἕνα τινὰ τούτων τῶν ἀγεννῶν παιδαγωγικῶς ἐπιπλήττων ὁ Διογένης (62), ὁπηνίκα ἐπιπράσκετο, ἀνδρείως σφόδρα, « Ἴκε, εἶπα, μειράκιον· ἄνδρα ὤνησαι σαυτῷ· » ἀμφιβόλῳ λόγῳ τὸ πορνικὸν ἐκείνου σωφρονίζων. Τὸ γὰρ ἄνδρας ὄντας, ξύρεσθαι (63) καὶ λεαίνεσθαι πῶς οὐχ ἀγεννές; Βαφὰς δέ τινας τριχῶν, καὶ χρίσματα πολιῶν, καὶ ξανθίσματα, ἀνδρογύνων ἐξωλῶν ἐπιτηδεύματα, καὶ τοῦ διακτενισμοῦ αὐτῶν τοὺς θηλυδριώδεις (64) μιθητέον. Ἡγοῦνται γὰρ, καθάπερ ὄφεις, τῆς κεφαλῆς ἀπεκδύσασθαι τὸ γῆρας, μεταγράφοντες ἑαυτοὺς καὶ νεοποιοῦντες· εἰ καὶ σοφίζονται τὰς τρίχας, ἀλλ' οὐ τὰς ῥυτίδας διαφεύξονται· ἀλλ' οὐ λήσονται τὸν θάνατον, σοφιζόμενοι τὸν χρόνον. Οὐ γὰρ

## ✠ CAP. III.

### *Adversus viros qui formam colunt.*

Eousque ergo processit luxus, ut non solum feminæ inani hoc studio laborent, sed etiam viri hoc vitium sequantur. Qui enim a corporis cultu puri non sunt, ii nequaquam sani sunt : verum, ad mollitiem declinantes, plane effeminantur, illiberali quidem tonsu ac meretricio se tondentes : subtilibus autem ac pellucidis vestibus induti, gloriose undequaque obeuntes, mastichen rodentes, et unguenta olentes. Quid de iis dixerit quispiam, qui eos viderit? certe tanquam metoposcopus, ex habitu divinat esse adulteros, effeminatos, utrique Veneri deditos, pilis infestos, glabros, florem virilem abhorrentes, comas autem non secus ac mulieres ornantes : « in nefariis » autem « et audacibus coeptis scelerati viventes, stolida admittunt atque improba facta, » ait Sibylla. Propter eos plenæ sunt civitates iis, qui effeminatos hos picant, radunt, et vellunt. Officinæ autem ubique constructæ et apertæ sunt, et hujus meretriciæ fornicationis artifices multum pecuniæ lucrantur ab iis qui seipsos pico oblinunt, et pilos vulsoribus quoquo modo præbent vellendos, quos nec eorum qui vident, nec eorum qui accedunt, nec sui ipsorum qui viri sunt, pudet. Tales sunt, qui turpes sequuntur perturbationes, quorum corpus violentis picis vulsionibus totum glabrum est et læve. Nihil est certe, quo possit ulterius progredi talis impudentia. Si enim nihil ab eis infectum relinquitur, nec silentio est a me prætereundum. Quemdam ex hac degeneri **96** turba pædagogi ritu increpans Diogenes, cum venderetur, magno et forti animo dixit : « Veni, adolescens : eme tibi virum : » ancipiti oratione meretricium ejus animum castigans. Eos enim, qui viri sunt, radi ac lævigari, quomodo non est degeneris? Quod pilos autem tingant, et canos ungant, ac coloribus oblinant, quæ perditorum androgynorum studia sunt; quod etiam muliebriter se pectant, omnino prætermittendum est. Putant enim se, sicut serpentes, posse senium capitis exuere, dum seipsos pingentes transformant ac renovant. ✠ Quod si pilos confingant, rugas tamen non effugient : sed neque mortem latebunt, etsi tempus per artem ementian-

✠ P. 261-262 ED. POTTER, 223 ED. PARIS.

contradicebant. Conf. Origenes lib. v *Adv. Cels.* pag. 267, 268; Cyrillus Alexandrinus *Adv. Anthropomorphitas* cap. 17, etc.

(56) *Εἰς.* Ἐς Nov.

(57) *Περιπεπεμμένοι.* Si mendo caret, accipiendum videtur pro « circumcirca incrustati, » eo prope modo, quo hujus ætatis καλλωπισταὶ indusiorum collaria tenuissimo polline incrustant, ut gyros et volumina, quibus exornantur, rigidius servent. Sylburg. — Scribe περιπεπλεγμένοι. Lepide dicit illos effeminatulos, ταῖς χλανίσι ταῖς διαφανέσι περιπλέκεσθαι, ut qui meliores sint ipsis. Heinsius.

(58) *Μετωποσκόπος.* Μετωροσκόπος Nov. Adnotat Scholiastes in marg. Bod.: Τοὺς φυσιογνώμονας λέγει.

(59) *Ἀμφοτέραν.* Ἀμφοτέρων Bod., Reg.

(60) *Ἐπ' οὐχ ὁσ.* Ἐπ' οὐχ ὁσίοις δὲ τόλμαις ζῶντες οἱ παλίμβολοι ῥέζ., Nov., Bod., Reg. Dein, ἀτάσθαλα καὶ κακὰ ἔρ. omisso κατά, Bod., Reg.

(61) *Μέλει δὲ οὐδ' ὁπ.* Μέλλει mavult Lowthius Verum sensus esse videtur : « Verum in describenda hac impudentia ne tantillum procedere ulterius libet; nam si nil ab illis infectum, nec mihi quidquam indictum restat. » Quamvis Sylburgius cum ἄῤῥητον e præcedenti membro subaudiendum existimavit ὑπολειπτέον, seu ἐατέον.

(62) *Διογένης.* Diogenis apophthegma refertur etiam a Diogene Laertio p. 215, et Philone p. 605. H. Sylburg.

(63) *Ξύρεσθαι.* Ξυρᾶσθαι Nov. Mox, Ξανθίσματα pro Ξανθίσματα Bod., Reg.

(64) *Τοῦ διακτενισμοῦ αὐτῶν τοὺς θηλυδριώδεις.* Legendum videtur, τοὺς διακτενισμοὺς αὐτῶν τοὺς θηλυδριώδεις, vel τοῦ διακτενισμοῦ αὐτῶν τὸ θηλυδριῶδες. Sylburg.

tur. Non enim malum est, non est, inquam, malum, senem videri, cum te senem esse celare non possis. Quo ergo magis homo festinat ad finem, tanto est vere venerabilior, ut qui Deum solum habeat se seniorem. Nam ille quoque est æternus senex, qui est iis quæ sunt antiquior. « Antiquum dierum » illum vocavit prophetia : « Et capilli capitis ejus tanquam lana pura [a], » ait propheta. « Nullus autem alius, inquit Dominus, potest album pilum facere, vel nigrum [b]. » Quomodo ergo opus Deo contrarium fabricantur, vel potius ei adversari contendunt impii, qui pilum transmutant, qui ab eo canus factus est? « Senum autem corona, » inquit Scriptura, « est multa experientia [c] : » et vultus eorum canities, flos est multæ experientiæ. Illi vero eum, qui canos eorum tingit, unde illis præcipua reverentiæ prærogativa, dedecore afficiunt. Fieri autem non potest, non potest, inquam, fieri, ut veram ostendat animam, qui caput habet adulterinum. « Vos autem non sic, inquit, Christum didicistis, siquidem ipsum audiistis, et in ipso docti estis, sicut est veritas in Jesu, ut deponatis secundum priorem conversationem veterem hominem : non canum, sed cum, qui corrumpitur secundum desideria deceptionis. Renovemini autem, non tincturis et cultibus, sed spiritu mentis vestræ, et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis [d]. » Eum autem, qui vir est, pecti et tonderi, crines componentem ad speculum, genasque radi, velli, ac deglabrari, quomodo non est plane muliebre? Et certe nisi quis eos nudos videret, mulieres esse putaverit. Etsi enim eis aurum gestare non sit permissum, per muliebrem tamen libidinem, quasdam auri fimbrias, et quædam fila foliis circumplectentes, vel ex eadem materia sphæricas, nescio quas, figuras facientes, talis appendunt, et a collo suspendunt. Quod est inventum fractorum hominum, qui pertrahuntur ad gynæceum, ancipitis vitæ et libidini deditarum bestiarum. Hæc est fornicatoria et impia insidiarum ratio : Deus enim voluit feminam ✠ quidem esse glabram ac lævem, sola coma, sicut equum juba, sponte naturæ exsultantem : virum autem, qui vir est, pecti et tonderi, crines componentem ad speculum, genasque radi, velli, ac deglabrari, quomodo non est plane muliebre? Et certe nisi quis eos nudos videret, mulieres esse putaverit. Etsi enim eis aurum gestare non sit permissum, per muliebrem tamen libidinem, quasdam auri fimbrias, et quædam fila foliis circumplectentes, vel ex eadem materia sphæricas, nescio quas, figuras facientes, talis appendunt, et a collo suspendunt. Quod est inventum fractorum hominum, qui pertrahuntur ad gynæceum, ancipitis vitæ et libidini deditarum bestiarum. Hæc est fornicatoria et impia insidiarum ratio : Deus enim voluit feminam

✠ P. 265 ED. POTTER, 224-225 ED. PARIS.

[a] Dan. VII, 9. [b] Matth. V, 36. [c] Eccli. XXV, 6.

[d] Ephes. IV, 20, 21, 22, 23, 24.

(65) *Αὐτῶν*. Abest a Nov.

(66) *Οἱ δέ*. Il. e. « Illi autem ætatis honorarium, nempe caput canis vestitum, dedecorant. » Ludere videtur in voce πολιτεύς, quæ propriesignificat « tutorem urbis (πόλεως). » Unde Jupiter πολιτεύς.

(67) *Οὐκ ἔστιν*. Huc pertinet illud apophthegma Archidami, qui cum vir quidam Chius Lacedæmonem pervenisset, qui canos tinctura obliterare conabatur, et progressus in publicum, orationem habuisset : tum surgens Archidamus dixit : « Quid ille tandem rectum dicat, qui mendacium non in anima solum, sed capite quoque circumferat. » Tertull. *De spectaculis* 23 : « Non amat falsum auctor veritatis; adulterinum est omne quod fingitur. » COLLECT.

(68) *Ἀνανεοῦσθε*. Ἀνανεοῦσθαι, et mox ἐνδύσασθαι apud Paulum.

(69) *Κἂν γυναῖκας ὑπολάβοι*. Α. γυναῖκας ἂν ὑπολάβοι, sed vulgata lectio majorem habet emphasin; idem enim est, ac si legas, καὶ γυναῖκας ἂν ὑπολάβοι, « etiam mulieres esse putaret. » SYLB.

(70) *Λώματα*. Δώματα Nov.

(71) *Ὁ γὰρ Θεός*. Musonius apud Stobæum ait in libro *De tonsura* : Τὸν πώγωνα καὶ σύμβολον γεγονέναι τοῦ ἄρρενος, ὥσπερ ἀλεκτρυόνι λόφον, καὶ λέοντι χαίτην. « Barbam signum esse viri, tanquam gallo cristam, et leoni jubam. » Athenæus lib. XIII de Diogene refert : « Conspecto quodam cui nudatum sic mentum fuerat, « An naturæ vitio vertis, » inquit, « quod virum te generaverit, non feminam? » Ibidem citantur Alexidis versus in eamdem sententiam. COLLECT.

(72) *Αὐτοφυῇ*. Fortasse rectius αὐτοφυεῖ, dativo casu. De lævitate autem corporis muliebris disseruit etiam Basil. 612, virilisque naturæ indicium esse τὸ λάσιον, notat etiam Eustathius in *Iliad.* A. II. SILBURG.

κῆς καὶ ἀρχῆς. Ταύτῃ καὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας, τοὺς ὑπερμαχοῦντας τῶν ὀρνίθων, καθάπερ κόρυσι, τοῖς κάλλεσιν ἐκαλλώπισεν (73)· καὶ οὕτω περὶ πολλοῦ τὰς τρίχας ταύτας ὁ Θεὸς ἡγεῖται, ὥστε ἅμα φρονήσει κελεύειν παραγίνεσθαι αὐτὰς τοῖς ἀνδράσι· καὶ δὴ ἀγασθεὶς τῇ σεμνότητι, τὸ βλοσυρὸν τοῦ θεάματος γεραρᾷ τετίμηκε πολιᾷ. Φρόνησις δέ, καὶ ἀκριβεῖς λογισμοί, πολιοὶ συνέσει, συναχμάζουσι τῷ χρόνῳ, καὶ τὸ γῆρας ἐνισχύουσι τῷ τόνῳ τῆς πολυπειρίας, ἄνθος ἀξιέραστον φρονήσεως σεμνῆς, εἰς πίστιν εὔλογον προτείνοντες πολιάν. Τοῦτο οὖν τοῦ ἀνδρὸς τὸ σύνθημα, τὸ γένειον (74), δι' οὗ καταφαίνεται ὁ ἀνὴρ, πρεσβύτερόν ἐστι τῆς Εὔας, καὶ σύμβολος τῆς κρείττονος φύσεως· τούτῳ (75) πρέπειν ἐδικαίωσε τὸ λάσιον ὁ Θεὸς, καὶ διέσπειρε παρὰ πᾶν τὸ σῶμα τοῦ ἀνδρὸς τὰς τρίχας· τὸ δὲ ὅσον λεῖον αὐτοῦ, καὶ μαλθακὸν, ἀφεῖλετο τῆς πλευρᾶς, εἰς ὑποδοχὴν σπέρματος εὐαφῆ τὴν Εὔαν δημιουργήσας γυναῖκα, βοηθὸν οὖσαν γενέσεως καὶ οἰκουρίας. Ὁ δέ, (προήκατο γὰρ τὸ λεῖον,) ἔμεινέ τε ἀνὴρ, καὶ τὸν ἄνδρα δείκνυσι· καὶ τὸ δρᾷν αὐτῷ συγχεχώρηται, ὡς ἐκείνῃ τὸ πάσχειν· ξηρότερα γὰρ φύσει καὶ θερμότερα τὰ δασέα τῶν ψιλῶν ἐστι. Διὸ καὶ τὰ ἄῤῥενα τῶν θηλειῶν, καὶ τὰ ἔνορχα τῶν ἐκτομίων (76), καὶ τὰ τέλεια τῶν ἀτελῶν, δασύτερά τέ ἐστι καὶ θερμότερα. Τὸ οὖν τῆς ἀνδρώδους φύσεως σύμβολον, τὸ λάσιον, παρανομεῖν ἀνόσιον· τὸ δὲ καλλώπισμα τῆς λειάνσεως, (θερμαίνομαι γὰρ ὑπὸ τοῦ Λόγου·) εἰ μὲν ἐπὶ τοὺς ἄνδρας, θηλυδρίου, εἰ δὲ ἐπὶ τὰς γυναῖκας, μοιχοῦ (77)· ἄμφω δὲ ὅτι μάλιστα πορρωτάτω τῆς ἡμετέρας ἐκτοπιστέον πολιτείας. « Ἀλλὰ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς ὑμῶν πᾶσαι ἠριθμημέναι, » φησὶν ὁ Κύριος· ἠρίθμηνται δὲ καὶ ἐπὶ τῷ γενείῳ, καὶ μὴν καὶ αἱ παρ' ὅλον τὸ σῶμα· οὐδ' ὁπωστιοῦν ἐκτιλτέον παρὰ τὴν προαίρεσιν τοῦ Θεοῦ τὴν ἐγκατηριθμημένην τῷ αὐτοῦ θελήματι· εἰ μή τι « οὐκ ἐπιγινώσκετε ἑαυτοὺς, » φησὶν ὁ Ἀπόστολος, « ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς ἐν ὑμῖν· » ὃν εἰ ἐνοικοῦντα ᾔδειμεν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἂν αὐτὸν λωβᾶσθαι ἐτετολμήκειμεν. Τὸ δὲ καὶ πιττοῦσθαι (78) (ἐκνῶ καὶ λέγειν τὴν περὶ τοῦργον ἀσχημοσύνην) ἀπεστραμμένους καὶ κεκυφότας, καὶ τῆς φύσεως τὰ ἀπόῤῥητα εἰς τὸ συμφανὲς ἀπογυμνοῦντας, ἐξορχουμένους, καὶ λορδουμένους (79) ἀπερυθριῶσι σχήμασιν, οὐκ ἀπερυθριῶντας αὐτοὺς, ἐν αὐτῇ νεολαίᾳ καὶ γυμνα-

tem cum sicut leones barba ornasset, virilem etiam fecit hirsuto pectore, quod quidem est roboris et imperii indicium. Ita etiam gallos, qui pro gallinis decertant, cristis, tanquam galeis, ornavit. Hos autem pilos Deus tanti facit, ut eos simul cum prudentia jubeat adesse hominibus : atque adeo honestate delectatus, gravitatem aspectus honoravit veneranda canitie. Prudentia autem, et accuratæ exactæque rationes, canæ intelligentia, una cum tempore ad summum suum vigorem perveniunt, et intensis multæ experientiæ viribus senium confirmant, amabilem venerandæ prudentiæ florem, qua fides illi concilietur, canitiem proferentes. Hoc viri signum, barba scilicet, per quod vir apparet, est Eva antiquius, et signum melioris naturæ. Eum Deus æquum censuit hirtum esse oportere, et per totum viri corpus pilos disseminavit : quidquid autem ejus erat læve ac molle, a latere abstulit, ad seminis susceptionem mollem ac tractabilem feminam fabricatus, quæ generationis et domus custodiæ esset opitulatrix. Ille autem (quod læve enim erat, projecerat) et vir mansit, et virum ostendit; et ei agere, quemadmodum illi pati, concessum est : sunt enim natura siccIora et calidiora, quæ sunt hirsuta, lævibus. Quocirca et masculina feminis, et coleata exsectis, et perfecta imperfectis, et hirsutiora sunt et calidiora. Id ergo violare, quod est virilis naturæ signum, scilicet hirsutum, est impium. Lævoris autem ornamentum (ipsum enim Verbum me accendit) si propter viros fiat, est effeminati : si propter feminas autem, adulteri : utrumque autem est a nostra republica longissime relegandum. « Quinetiam vestri quoque capitis omnes capilli numerati sunt [a], » ait Dominus. Sunt autem etiam pili in barba numerati, atque adeo etiam qui sunt in toto corpore : non est ergo vellendus præter Dei institutum, qui voluntate ejus annumeratus est. Nisi utique « vos ipsos non agnoscitis, » inquit Dominus, « quod Christus Jesus est in vobis [b] : » quem si inhabitantem nobis scivissemus, nescio quomodo ipsum probro afficere in animum induxissemus. Picari autem ac velli (vereor hanc turpitudinem vel nominare) ✠ aversos, incurvatos, et arcana naturæ aperte denudantes, prodentes,

✠ P. 264 ED. POTTER, 225-226 ED. PARIS.

[a] Matth. x, 30. [b] II Cor. XIII, 5.

(73) *Κάλλεσιν ἐκαλλώπισεν.* Κόλλεσιν scribunt Bod., Reg. Unde Scholiastes in utriusque marg. adnotat : Κόλλεον γὰρ τὸ ὑπὲρ κεφαλῆς κτενοειδὲς ἐρυθρὸν σαρκίον τῶν ἀλεκτρυόνων.

(74) *Τὸ γένειον.* Similia dicit infra cap. 11, pag. 247.

(75) *Τούτῳ.* Posset exp.: « In hoc ut excelleret, æquum censuit Deus, » ac si τὸ λάσιον e margine in textum irrepsisset.

(76) *Ἐκτομίων.* Ἐντομίων, Bod., Reg.

(77) *Μοιχοῦ.* Μυχοῦ, Bod., Reg.

(78) *Τὸ δὲ καὶ πιττοῦσθαι.* P. Victorius lib. VIII, c. 14 : Πιττοῦν Græcis aliquando artificium quoddam turpe significat improborum hominum, qui pice illita pilos detergebant : a materia enim, qua uterentur, studium appellatur. Usus est sæpe Clemens lib. III *Pædag.*, ubi queritur de moribus sui temporis, quo inveniretur tanta copia cinædorum, ut exstarent, qui hoc unum studium haberent : Πιττούντων, ξυρούντων, παρατιλλόντων· diversis namque rationibus ac viis idem, ut his verbis ostenditur, efficiebatur. At eodem verbo alio intellectu sæpe usi sunt veteres : pice enim corpora torquebant, unde κατα πιττοῦν valebat supplicio afficere. Plautus, *Captivis* :

*Te, si hic sapiat senex,*
*Atra pix agitet apud carnificem, ac tuo capiti illuceat.*

COLLECT.

(79) *Λορδουμένους.* Scholiastes in marg. Reg. et Bod. hæc adnotat : Λορδουμένους· οἱονεὶ τὰ ὀπίσθια τῶν ψυῶν συνιζάνοντας τὰ στήθη προεξανιστῶν προπετῶς· τοιοῦτον γὰρ ὁ λόρδος σημαίνειν βούλεται, ἀντίθετος ὢν τῷ κυρτῷ, ὃν ἡ συνήθεια κυρτὸν εἶδος καλεῖν.

repandos, et, cum erubescendæ sint eorum figuræ, ipsos non erubescentes, in ipso juvenum cœtu et medio gymnasio, ubi virtus virorum exploratur, se indecore gerentes, 97 hoc præter naturam persequi exercitium, quomodo non est extremæ intemperantiæ? Qui enim in aperto hæc faciunt, vix ullos domi fuerint reveriti. Quæ in publico autem est impudentia, testatur eam quæ est in obscuro in summa licentia libidinem. Qui enim in manifesta solis luce virum abnegat, clarum est eum noctu convinci mulierem. « Non erit autem, » dixit Logos per Moysen, « meretrix ex filiabus Israel, et non erit scortum ex filiis Israel [a]. » At pix juvat, inquiunt: imo vero facit, ut quis male audiat. Nemo autem sanæ mentis vellet scortum videri, nisi eo morbo laboraret, et studere, ut pulchra imago vituperetur. « Si eos enim, qui sunt vocati secundum propositum, Deus præscivit conformes imagini sui Filii, » propter quos, ut vult Apostolus, prædestinavit beatum, « ut sit ipse primogenitus in multis fratribus [b]: » quomodo non sunt impii, qui conforme Domino corpus injuria afficiunt? Ei autem, qui pulcher esse velit, quod est in homine pulcherrimum, ornandum est, nempe mens, quam oportet quotidie pulchriorem exhibere. Velleidi autem sunt non pili, sed cupiditates. Mihi vero misereri subit mangonum pusiones, qui ad contumeliam patiendam ornantur: et tamen probro et injuria non a seipsis afficiuntur, sed jussu alieno ad turpem quæstum miseri ornantur. Qui autem lubentes ea faciunt, ad quæ si cogerentur, morte vindicarent, si viri essent, quomodo non sunt exsecrandi? At nunc quidem vita eo processit intemperantiæ, insultante et lasciviente iniquitate: et quidquid est impudicum, diffusum est in civitatibus, et jam pro lege habetur. Apud ipsos stant in fornice mulieres, carnem suam ad probrum voluptatis venundantes: et pueri docti abnegare naturam, mulieres simulant. Omnia immutavit luxus: hominem probro affecit: mollis et luxuriosa curiositas quærit omnia, omnia aggreditur, naturam coercet: homines patiuntur muliebria, et feminæ præter naturam viros agunt; et nubunt, uxoresque ✠ ducunt feminæ: nullus est meatus, ad quem non pateat aditus impudicitiæ. Jam vero eis quoque

(88) *Τοῦ Θωύθ*. Tertull. *De anima* c. 2: « Nedum divos, ut Mercurium Ægyptium, cui præcipue Plato adsuevit. » Pamelius in eum locum scribens meminit hujus Clementis, monetque hic legendum « Theut » quemadmodum legitur apud Platonem in *Phædro*, ubi narrat Socrates, venisse Theut ad Thamum, regem Ægypti, eique artes suas demonstrasse. De eodem item in *Philebo*: Φωνὴν ἄπειρον κατενόησεν, εἴ τε θεός τις, εἴτε καὶ θεῖος ἄνθρωπος, ὡς λόγος ἐν Αἰγύπτῳ Θεύθ τινὰ τοῦτο γενέσθαι. « Vocem infinitam animadvertit, sive deus aliquis, sive divinus homo, veluti fama refert, hujusmodi hominem, nomine Theut, in Ægypto exstitisse. » Cicero lib. III *De natura deor.*, ut monet Scaliger in Varronem, Theut vocat, locus tamen Ciceronis sic legitur in editione Lambini: « Mercurius quintus, quem colunt Phœnicæ, qui Argum dicitur interemisse, ob eamque causam Ægypto præfuisse, atque Ægyptiis leges et litteras tradidisse. Hunc Ægypti Thoyth appellant. » Suidas, Θωὺθ καὶ Θώθ ὁ Ἑρμῆς. Collect.—Philo Byblius apud Eusebium *Præparat. evangel.* lib. I, c. 9, p. 31, 32 edit. Paris., refert e Sanchoniathone, Taautum « primum litteras invenisse, ac scribendorum commentariorum auctorem fuisse: καὶ ἀπὸ τούδε ὥσπερ κρηπῖδα βαλόμενος τοῦ λόγου, ὃν Αἰγύπτιοι μὲν ἐκάλεσαν Θωὺθ, Ἀλεξανδρεῖς δὲ Θώθ, Ἑρμῆν δὲ Ἕλληνες

ei Thoyth nobis ostendit sapientiorent: quem quidem novit esse Mercurium. Quinetiam in *Charmide* videtur quosdam nosse Thraces, qui dicuntur animam facere immortalem. Narratur autem Pythagoras fuisse discipulus Sonchedis, archiprophetæ Ægyptii; Plato autem Sechnuphidis Heliopolitani; Eudoxus autem Cnidius Conuphidis, qui ipse quoque fuit Ægyptius. In dialogo autem *De anima*, rursus videtur Plato agnoscere prophetiam introducens prophetam Lachesis orationem enuntiantem, et apud eas, quæ sortiuntur, animas prædicentem; et in *Timæo* sapientissimum Solonem introducit discentem a barbaro. Ita autem se habet dictio: « O Solon, Solon, vos Græci semper estis pueri, senex autem nullus est Græcus; disciplinam enim nullam habetis canam. » Democritus autem

μετέφρασαν· ab illo autem auspicatum esse, quem ab Ægyptiis Thout, ab Alexandrinis Thoth, nominatum, Græci Hermen, seu Mercurium reddidere. »

(89) *Χαρμίδῃ*. Platonis verba, *Charmidæ* pag. 464, hæc sunt : Ἔμαθον δ' αὐτὴν (ἐπῳδήν) ἐγὼ ἐκεῖ ἐπὶ στρατιᾶς παρά τινος τῶν Θρᾳκῶν τῶν Ζαμόλξιδος ἰατρῶν, οἳ λέγονται καὶ ἀπαθανατίζειν. « Quam incantationem didici ibidem in exercitu a quodam medicorum, Zamolxidis sectatorum, qui et immortalitatem afferre dicuntur. »

(90) *Σώγχηδι*. Forte rectius Σώγχιδι, a nomine Σώγχις. Sylburg.

(91) *Κονούφιδι*. « Corrige Χονούφιδι. Ita Ægyptius ille sophus dicitur Plutarcho in libro *De genio Socratis*, et ita dici debet : » inquit Menagius *Observat. ad Laertii Eudoxum*, lib. viii, segm. 90.

(92) *Ἐν δὲ τῷ Περὶ ψυχῆς*. Per memoriæ lapsum hæc tribuit Clemens dialogo *De anima*, quæ occurrunt lib. x *De republica*, pag. 763 : Σφᾶς οὖν, ἐπειδὴ ἀφικέσθαι εὐθὺς δεῖν ἰέναι πρὸς τὴν Λάχεσιν. Προφήτην οὖν τινα σφᾶς πρῶτον μὲν ἐν τάξει διαστῆσαι· ἔπειτα λαβόντα ἐκ τῶν τῆς Λαχέσεως γονάτων κλήρους τε καὶ βίων παραδείγματα, ἀναβάντα ἐπί τι βῆμα ὑψηλόν, εἰπεῖν· Ἀνάγκης θυγατρὸς, κόρης Λαχέσεως, λόγος. « Illuc ergo animæ cum venerint, statim oportere ad Lachesin accedere : ubi illico propheta aliquis primum singulas disponit in ordinem, postea cum ex genibus Lachesis sortes, et vitarum exempla susceperit, sublime quoddam tribunal ascendens, sic fatur : Oratio Lachesis virginis, Necessitatis filiæ, » etc.

(93) *Πρὸς τοῦ βαρβάρου*. C. Rittherhusius not. in Porphyrium *De vita Pythagoræ*, his Clementis verbis laudatis, adjicit : « Legendum πρός του β.; quod valet πρός τινος· ut apud S. Paulum I Thess. iv, 6: Ἐν τῳ πράγματι valet ἐν τινι πράγματι. Sic enim legendum, ubi vulgo ἐν τῷ. »

(94) *Ὦ Σόλων*. Hæc infra recitat Clemens, paulo ante hujus libri finem, p. 355 : item Justinus M. *Cohort. ad Græcos*, p. 71 edit. Oxon.; Eusebius *Præparat. evangel.* lib. x, cap. 4, p. 471; Cyrillus Alexandrinus *Contra Julianum*, lib. i, p. 15; Theodoretus *Θεραπ.*, serm. 1, p. 437. In Platonis autem *Timæo* p. 1043 sic se habent : Καί τινα εἰπεῖν τῶν ἱερέων εὖ μάλα παλαιῶν· Ὦ Σόλων, Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδες ἐστὲ, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν. Ἀκούσας οὖν, Πῶς τι τοῦτο λέγεις; φάναι. Νέοι ἐστὲ, εἰπεῖν, τὰς ψυχὰς πάντες· οὐδεμίαν γὰρ ἐν αὐταῖς ἔχετε δι' ἀρχαίαν ἀκοὴν παλαιὰν δόξαν, οὐδὲ μάθημα χρόνῳ πολιὸν οὐδέν. « Tunc e sacerdotibus Ægyptiis quemdam grandem natu dixisse : O Solon, Solon. Græci pueri semper estis, nec quisquam e Græcia senex. Cur istud diceret, percontante Solone, respondisse sacerdotem : Quia juvenis semper vobis est animus, in quo nulla est ex vetustatis commemoratione prisca opinio, nulla cana scientia. »

Ἑρμῆν οἶδεν ὄντα. Ἀλλὰ κἀν τῷ *Χαρμίδῃ* (89) Θρᾷκας τινὰς ἐπιστάμενος φαίνεται, οἳ λέγονται ἀθανατίζειν τὴν ψυχήν. Ἱστορεῖται δὲ Πυθαγόρας μὲν Σώγχηδι (90) τῷ Αἰγυπτίῳ ἀρχιπροφήτῃ μαθητεῦσαι· Πλάτων δὲ Σεχνούφιδι τῷ Ἡλιοπολίτῃ· Εὔδοξος δὲ ὁ Κνίδιος Κονούφιδι (91) τῷ καὶ αὐτῷ Αἰγυπτίῳ. Ἔν δὲ τῷ *Περὶ ψυχῆς* (92) Πλάτων πάλιν προφητείαν γνωρίζων φαίνεται, προφήτην εἰσάγων τὸν τῆς Λαχέσεως λόγον ἐξαγγέλλοντα, πρὸς τὰς κληρουμένας ψυχὰς προθεσπίζοντα· κἀν τῷ *Τιμαίῳ* τὸν σοφώτατον Σόλωνα μανθάνοντα εἰσάγει πρὸς τοῦ βαρβάρου (93). Ἔχει δὲ τὰ τῆς λέξεως ὧδε· « Ὦ Σόλων (94), Σόλων, Ἕλληνες ὑμεῖς ἀεὶ παῖδές ἐστε· γέρων δὲ Ἕλλην οὐδείς· οὐ γὰρ ἔχετε μάθημα χρόνῳ πολιόν. » Δημόκριτος γὰρ τοὺς Βαβυλωνίους (95) λόγους ἠθικοὺς πεποίηται· λέγεται γὰρ τὴν Ἀχικάρου (96)

(95) *Βαβυλωνίους*. Eusebius *Præparat. evangel.* lib. x, cap. 4, p. 472, a Clemente edoctus, hæc ait: Καὶ Δημόκριτος δὲ ἔτι πρότερον τοὺς Βαβυλωνίων λόγους ἠθικοὺς πεποιῆσθαι λέγεται. « Quinetiam ante Platonem, Democritum ferunt, Babyloniorum de moribus disputationes edidisse. » Laertius in *Democrito* meminit libri cui titulus hic fuit : *Περὶ τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἱερῶν γραμμάτων, De sacris in Babylone litteris.*

(96) *Ἀχικάρου*. Reinesius *Var. lect.* lib. i, cap. 22, ait : « Hic dignus vindice nodus, sed in quem nemo doctorum hactenus incidit, qui solveret. Democritum, quem vel κατ' ἐξοχήν, vel ut ab æquivocis, inter quos alius historicus, alius poeta, alius rhetor, cum discernerent; Physicum appellarunt, ut est apud Varronem *De re rustic.* lib. i, c. 1, et Plinium lib. xxviii, scripsisse περὶ τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἱερῶν γραμμάτων, e Diogene Laertio discimus. Ea cum « moralibus Babylonicis et expositione columnæ Acicari, » de quibus Clemens, eadem fuisse, vero simile est. Sed quis iste « Acicarus, » ejusque « columna? » Est inter ἄπαξ ἀναγινωσκόμενα in antiquitate, quantum ejus mihi cognitum est, universa : experiar tamen. Acoris quidam, qui et Acencheres, inter Ægypti reges fuit : Ægyptiis et Æthiopibus solemne, doctrinas suas sacras et sapientiam arcanam de naturalibus et civilibus symbolis, quibusdam figuris animalium aliarumque rerum sublunarium cælatis, seu litteris mysticis, in pyramidibus et obeliscis proponere : partem etiam in templorum adytis conservarunt soli ejus custodes et doctores Ἀμμουνέες, seu sacerdotes, quorum in Solonis, Pythagoræ, Democriti, Platonis *Vita* multa mentio. Istæ hinc ἀπόκρυφα Ἀμμουνίων γράμματα a Philone Byblio apud Eusebium *Præp. evang.* lib. x, cap. 4 appellantur. Præterea Democritum præterquam Chaldæam, Indiam et Persidem, etiam Ægyptum perlustrasse, conversatum aliquandiu cum sacerdotibus, et cognitione scientiarum omnium divitem ab iis in Græciam rediisse, constat. Ex his non absurde videtur colligi posse, quæ illa « Acicari columna. » Acicarus Clementi non alius est, quam Acencheres. Babylon, de qua apud Diogenem, oppidum est Ægypti memoratum Straboni, lib. xvii, qui φρούριον ἐρημόν appellat : olim sita super Nilum, nunc cum Cairo uno muro inclusa hoc nomine. Jac. de Vitr. lib. iii *Hist. Hierosol.* A Bellonio paulo supra Cairum ponitur. De ea vero Diogenem et Clementem intelligi debere probat, quod sequitur apud eum, Democritum scripsisse περὶ τῶν ἐν Μερόῃ ἱερῶν γραμμάτων. Ἱερὰ γράμματα in solis Ægyptiorum rebus nominantur. » Hæc ille. Steph. le Moyne *Var. sacr.* pag. 346, 347, hæc dicit : « Ab ista voce קקר, *Akker*, vel *Akiker*, fluxit forsan vox, quæ occurrit apud Clementem Alexandr. *Strom.* i, p. 305, ubi mentionem ingerit

στήλην (97) ἑρμηνευθεῖσαν τοῖς ἰδίοις συντάξαι συγγράμμασι. Κάστιν ἐπισημήνασθαι παρ' αὐτοῦ (98), « Τάδε λέγει Δημόκριτος, » γράφοντος· καὶ μὴν καὶ περὶ αὐτοῦ, ἢ σεμνυνόμενός φησί που ἐπὶ τῇ πολυμαθίᾳ· « Ἐγὼ (99) δὴ τῶν κατ' ἐμαυτὸν ἀνθρώπων γῆν πλείστην ἐπεπλανησάμην, ἱστορέων τὰ μήκιστα· καὶ ἀέρας τε καὶ γέας (1) πλείστας εἶδον· καὶ λογίων ἀνθρώπων πλείστων ἐσήκουσα (2)· καὶ γραμμέων (3) συνθέσιος (4) μετὰ ἀποδείξιος οὐδείς (5) κώ με παρῆλαξεν, οὐδ' οἱ Αἰγυπτίων καλεόμενοι Ἀρπεδονάπται (6)· σὺν τοῖς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἐπ' ἔτεα ὀγδώκοντα ἐπὶ ξείνης ἐγενήθην. » Ἐπῆλθε (7) γὰρ Βαβυλῶνά τε, καὶ Περσίδα, καὶ Αἴγυπτον, τοῖς τε μάγοις καὶ τοῖς ἱρεῦσι μαθητεύων· Ζωροάστρην δὲ τὸν μάγον (8) τὸν Πέρσην ὁ Πυθαγόρας ἐδήλωσεν (9). Βίβλους ἀποκρύφους (10) τάνδρὸς τοῦδε οἱ τὴν

A morales libros scripsit Babylonicos: dicitur autem Acicari, ✠ quam est interpretatus columnam, suis scriptis adjunxisse. Atque ex ipso observari hoc potest, ubi, « Hæc autem dicit Democritus, » scribit. Quin etiam de seipso, de magna sua se jactans doctrina, ait : « Ego ex iis, qui meo tempore fuerunt, plurimas terras peragravi, ea quæ procul erant remota inquirens, et aeris et terræ vidi regiones plurimas, et homines doctos audivi plurimos, nec in ducendis committendisque lineis, vel eorum, qui apud Ægyptios Arpedonaptæ dicuntur, quisquam me demonstrationum certitudine superabat, quibus cum omnibus ad octoginta annos peregrinus hospesque versatus sum. » Adiit enim Babylonem, Persidem et Ægyptum, magorum et sacerdotum

B se præbens discipulum. Zoroastrem autem magum

✠ P. 357 ED. POTTER, 301 ED. PARIS.

columnæ cujusdam « Akikeri. » Torsit locus iste viros eruditos, Bochartum inprimis et Bigotium, viros insignes. Existimavit Bochartus, per columnam Acicari apud Babylonios erectam, in qua multa secreta continebantur sculpta, posteritati transmittenda, fuisse עמוד העקרים columnam rerum fundamentalium, radicalium, et dogmatum, quorum cura homines deberet primo tangere, et quæ præcipue deberent memoriæ commendare. Et revera עקרים apud Hebræos sunt radices, et fundamenta scientiæ, et articuli primarii religionis Judaicæ. Arguta sane conjectura, et quæ forsan multis eruditis et verisimilitudinis specie, et auctoris nomine possent se commendare. Videant tamen, annon columna potius dicebatur עמוד החקר « columna exploratoris, » investigatoris, hominis, qui operam totam suam impenderat, arcanis phy-

C sices, moralis, et religionis vulgandis, referendis, et cum omnibus lectoribus liberaliter communicandis. Nam apud Babylonios et Chaldæos vox חקר, « Akeker, » notat « indagatorem, » inquisitorem, ruspatorem, et qui, præteritis rebus vulgaribus et notis, ad occulta se confert, et ut illa possit eruere, nulli parcit labori et diligentiæ. Hoc est proprie חקר, דרש ἐρευνᾶν, cum maxima contentione aliquid investigare. » Hæc ille. Porro librum, Ἀκίχαρον dictum, edidisse Theophrastum, refert Laertius lib. v, seg. 50, ubi : « Qui, qualisve fuerit Acicharus, dicere, non nostrum est, sed aruspicis: » inquit Menagius. Probabile est, eumdem fuisse, quem Strabo *Achaicarum* vocat lib. xvi, pag. 762, ubi celebres μάντεις enumerans, memorat Amphiaraum, Trophonium, Persarum magos, Indorum gymnosophistas, etc., παρὰ δὲ τοῖς Βοσπορανοῖς Ἀχαϊκαρον, « apud Bosporanos autem Achaicarum. » Etenim apud Thracas, Scythasque fuisse, qui studiis operam darent, constat exemplis Orphei et Anacharsidis. Quinetiam Judæi tradunt, decem Israeliticas tribus non solum in Persiam et Mediam, sed etiam in regiones ultra Bosporum abductas fuisse. Democritus autem in omnes fere regiones, quæ suo tempore studiis florebant, discendi causa peregrinatus fuisse dicitur : unde λόγους Βαβυλωνίους, λόγον Χαλδαϊκὸν, λόγον Φρύγιον, περὶ τῶν ἐν Μερόῃ, etc., edidisse memoratur.

(97) *Στήλην*. Notum est, antiquos, quæ posteris tradi volebant, columnis insculpsisse. Unde Manetho apud Eusebium se, quæ refert, accepisse profitetur ἐκ τῶν ἐν τῇ Σηριαδικῇ γῇ κειμένων στηλῶν, ἱερᾷ διαλέκτῳ καὶ ἱερογραφικοῖς γράμμασι κεχαραχτηρισμένων ὑπὸ Θωὺθ τοῦ πρώτου Ἑρμοῦ, « a columnis in Seriadica terra positis, sacra dialecto sacris litteris a Thout, primo Herma, insculptis. » Paulo post p. 306 Clemens memorat κόσμου στήλας, quas Hercules ab Atlante accepit. Hæc autem

de re qui plura scire cupit, adeat Fabricii *Bibliothecæ Græcæ* lib. i, cap. 11, sect. 3.

(98) *Παρ' αὐτοῦ*. Forte rectius παρ' αὐτῷ, « apud eum. » Sylburg.

(99) *Ἐγώ*. Hæc Democriti verba recitavit Eusebius *Præparat. evangel.* lib. x, cap. 4, p. 472.

(1) *Γέας*. Γαίας, Euseb.

(2) *Ἀνθρώπων π. ἐσήκουσα*. Ἀνδρῶν π. ἐπήκουσα, Euseb.

(3) *Γραμμέων*. Γραμμένων, ms. Eusebii codex in bibliotheca collegii D. Joannis Baptistæ asservatus.

(4) *Συνθέσιος*. Forte dativo casu legendum συνθέσεσι, « compositionibus. » Sylburg. — Sed receptam lectionem firmat Eusebius. Mox, inquit Sylburgius, οὐδείς κω lonice dictum pro οὐδείς πω, « nullus dum, nemo adhuc. »

(5) *Μετὰ ἀποδείξιος οὐδ.* Μετὰ ἀποδείξεως οὐδείς με παρῆλαξεν, οὐδὲ Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι Ἀρπεδονάπται, οἷς ἐπὶ πᾶσιν ἐπ' ἔτεα ὀγδοήκοντα ἐπὶ ξένης ἐγέν. Euseb. Μετ' ἀποδείξεως οὐδείς κάμὲ παρῆλαξεν, οὔτε Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι Ἁρπεδοναῦται, οἷς ἐπὶ πᾶσιν ἐπ' ἔτεα ὀγδώκοντα ἐπὶ ξένης ἐγεν. Ms. Joan.

(6) *Ἀρπεδονάπται*. Ἁρπεδονάπται indubitanter retinuit apud Eusebium Vigerus ejus editor, non advertens hæc e Clemente petita esse. Est autem verior lectio Ἀρπαδονάπται, unde factum Ἁρπεδοναῦται in codice Joan. Porro ἁρπεδόνας ἅπτειν idem est, quod γραμμὰς συντίθεσθαι· in quo bis viris, utpote mathematicorum filiis, præcipuo studium erat. Vigerus perperam ducit ab ἄρσις, πέδον et ἅπτω.

(7) *Ἐπῆλθε*. Hæc etiam Eusebius paulum mutata in suam *Præp. evang.* transtulit : Ἐπῆλθε γὰρ καὶ οὗτος Βαβυλῶνά τε, καὶ τὴν Περσίδα, καὶ Αἴγυπτον, τοῖς τε Αἰγυπτίοις καὶ τοῖς ἱρεῦσι μαθητεύων. « Adiit enim ille Babylonem, et Persidem, et Ægyptum, Ægyptiis et sacerdotibus se discipulum præbens. » Ubi pro Αἰγυπτίοις restituendum ex Clemente μάγοις. Porro pro ἱρεῦσι μαθητεύων codex Joan. exhibet ἱστοροῦσι μαθητῶν. Tatianus p. 61 edit. Oxon. de Democrito ait : Ὁ τὸν μάγον Ὀστάνην καυχώμενος. « Qui de doctrina Ostanæ magi se jactabat. »

(8) *Ζωροάστρην τὸν μάγον*. Ζωροάστρης ὁ Μῆδος idem dicitur infra p. 334. Verum *Strom.* v, p. 599 seipsum appellat γένος Πάμφυλον, « genere Pamphylium. » Laertius in proœmio refert, Magorum principem fuisse Ζωροάστρην τὸν Πέρσην, « Zoroastrem Persam. » Conf. de Zoroastre *Recognitiones Clementis*, lib. iv, cap. 27; *Clementina*, homil. 9, cap. 4, et utrobique Cotelerii notæ.

(9) *Ἐδήλωσεν*. Aptius ἐζήλωσεν, « æmulatus est, » quod

(10) *Βίβλους ἀποκρύφους*. Plinius, lib. xxx,

Persam Pythagoras ostendit. Qui Prodici hæresim persequuntur, gloriantur se arcanos libros hujus viri possidere. Alexander autem, in libro *De symbolis Pythagoricis*, refert Pythagoram ✠ fuisse discipulum Nazarati Assyrii (quidam eum existimant Ezechielem, sed non est, ut ostendetur postea), et vult præterea Pythagoram Gallos audiisse et Brachmanas. Clearchus autem Peripateticus dicit se nosse quemdam Judæum, cum quo versatus est Aristoteles. Heraclitus autem non humanitus, sed divinitus potius dicit apparuisse Sibyllam. Aiunt itaque Delphis in curia ostendi petram quamdam, super quam dicitur sedisse prima Sibylla, quæ ex Helicone venerat, educata a Musis, cum esset filia Lamiæ Sidoniæ. Serapion autem in versibus dicit ne mortuam quidem a divinandi arte cessasse Sibyllam; et id quidem, quod ex ea in aerem recessit post obitum, esse, quod in ominosis vocibus ac rumoribus divinat; ex eo autem, quod in terram mutatum est, corpore, exorta, ut consentaneum est, herba, quæcunque eam bestiæ comedissent, cum in eo loco essent, scribit perfectam futuri cognitionem per exta hominibus significasse. Ejus

A Προδίκου (11) μετιόντες αἵρεσιν αὐχοῦσι κεκτῆσθαι. Ἀλέξανδρος δὲ ἐν τῷ *Περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων* Ναζαράτῳ τῷ Ἀσσυρίῳ (12) μαθητεῦσαι ἱστορεῖ τὸν Πυθαγόραν (Ἰεζεκιὴλ τοῦτον ἡγοῦνταί τινες· οὐκ ἔστι δέ, ὡς ἔπειτα δηλωθήσεται), ἀφικέσθαι τε πρὸς τούτοις Γαλατῶν καὶ βραχμάνων τὸν Πυθαγόραν βούλεται. Κλέαρχος (13) δὲ ὁ Περιπατητικὸς εἰδέναι (14) φησί τινα Ἰουδαῖον, ὃς Ἀριστοτέλει συνεγένετο. Ἡράκλειτος (15) γὰρ οὐχ ἀνθρωπίνως φησὶν, ἀλλὰ σὺν Θεῷ μᾶλλον Σιβύλλῃ πεφάνθαι (16). Φασὶ γοῦν ἐν Δελφοῖς (17) παρὰ τὸ βουλευτήριον δείκνυσθαι πέτραν τινὰ, ἐφ' ἧς λέγεται καθίζεσθαι τὴν πρώτην Σίβυλλαν, ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος παραγενομένην, ὑπὸ τῶν Μουσῶν τραφεῖσαν· ἔνιοι δὲ φασὶν ἐκ Μαλειτῶν ἀφικέσθαι, Λαμίας οὖσαν θυγατέρα τῆς Σιδῶνος (18). Σαραπίων (19) δὲ ἐν τοῖς ἔπεσι, μηδὲ ἀποθανοῦσαν λῆξαι μαντικῆς φησι τὴν Σίβυλλαν· καὶ τὸ μὲν εἰς ἀέρα χωρῆσαν αὐτῆς μετὰ τελευτὴν (20), τοῦτ' εἶναι τὸ ἐν φήμαις καὶ κληδόσι μαντευόμενον· τοῦ δὲ εἰς γῆν μεταβαλόντος σώματος, πόας ὡς εἰκὸς ἀναφυείσης, ὅσα ἂν αὐτὴν ἐπινεμηθῇ θρέμματα, κατ' ἐκεῖνον δήπουθεν γενόμενα τὸν τόπον, ἀκριβῆ τὴν διὰ τῶν σπλάγχνων τοῖς ἀνθρώποις προφαίνειν τοῦ

✠ P. 358 ED. POTTER.

quod C. quoque monuit. Sylburg. — « Ita legebat Cyrillus, lib. III *Contra Julian.* pag. 87, uti constat non modo ex prolatis ibidem Clementis verbis, sed etiam ex sequentibus Cyrilli, qui Pythagoram appellat Zoroastris πανάριστον ζηλωτήν, » inquit eruditus Tatiani editor Oxon., p. 64.

cap. 1 : « Hermippus, qui de tota ea arte diligentissime scripsit, et vicies centum millia versuum a Zoroastre condita, indicibus quoque voluminibus ejus positis, explanavit. » *Recognitiones* S. Clementis, lib. IV, cap. 27 : « Cham cuidam ex filiis suis, qui Mesraim appellabatur, a quo Ægyptiorum et Babyloniorum et Persarum ducitur genus, male compertam magicæ artis tradidit disciplinam : hunc gentes, quæ tunc erant, Zoroastrem appellaverunt, admirantes primum magicæ auctorem, cujus nomine etiam libri super hoc plurimi habentur. »

(11) *Προδίκου.* Prodici hæreseως meminit postea Clemens *Strom.* III, pag. 438 et *Strom.* VII, p. 722. Ad verba e *Recognitionibus* Clementis modo laudata hæc adnotavit Cotelerius : « Conf. locum Clementis Alexandrini, lib. I *Strom.* pag. 304, de apocryphis Zoroastris libris circumlatis in Gnostica hæresi Prodici, cum loco Porphyrii in *Vita Plotini* de libro adulterino Zoroastris nomine inscripto apud Gnosticos. »

(12) *Ναζαράτῳ τῷ Ἀσσυρίῳ.* Huetius *Demonstrationis evangelicæ* propos. 4 hæc dicit : « Pro eo, quod legi debet Ζαράτῳ, perperam legitur Ναζαράτῳ, de vitiosa iteratione postremæ litteræ præcedentis. Zaratus autem est, quem Zabratum appellat Porphyrius in *Vita Pythagoræ*, et Zaratum Plutarchus lib. *Περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας.* Atque hunc esse Zoroastrem, supra probavimus. » De hoc nomine confer quæ adnotavit Cotelerius ad *Recognit.* Clementis lib. IV, cap. 27; Cyrillus lib. IV *Contra Julian.* qui ex Clemente sua transtulit, Zaran hunc virum appellat.

(13) *Κλέαρχος.....συνεγένετο.* Hanc pericopen Eusebius transtulit in suæ *Præparationis evangelicæ* lib. II, c. 6, p. 410. Ipsa Clearchi verba, ex ejus lib. *De somno*, laudata reperies ejusdem libri c. 5.

(14) *Εἰδέναι.* Vigerus ad Euseb. « Dubium est, eumne sibi visum dicat, aut utcunque cognitum. »

(15) *Ἡράκλειτος.* Plutarchus hæc verba Heracliti

de Sibylla affert lib. *De Pyth. oraculis* : Σιβύλλα, μαινομένῳ στόματι ἀγέλαστα καὶ ἀκαλλώπιστα καὶ ἀμύριστα φθεγγομένη, χιλίων ἐτῶν ἐξικνεῖται τῇ φωνῇ διὰ τὸν θεόν. « Sibylla furenti ore non ridicula, neque exornata, aut unguentis obluta verba fundens mille annos voce pervadit, ejus dei opera, qui per eam loquitur. » Ex eodem libro sumptum est, quod sequitur de petra, quæ apud Delphos ostenditur. Sed omissa sunt quædam ab Hervetо, sequitur enim post illud, *a Musis*, ὑπὸ τῶν Μουσῶν τραφεῖσαν· « ἔνιοι δὲ φασὶν ἐκ Μαλειτῶν ἀφικέσθαι, Λαμίας οὖσαν θυγατέρα τῆς Σιδῶνος. At Plutarchus, εἰς Μαλεῶνα ἀφικέσθαι, Λαμίας οὖσαν θυγατέρα τῆς Ποσειδῶνος. Sic in Aldina editione : at interpres Gallicus eruditissimus nobis est sequendus, qui cum manuscriptis eum auctorem contulit : « Quidam autem aiunt ex Melea profectam illam, filiamque Lamiæ fuisse, Neptuni filiæ. » Postremo et quæ ex Serapione proferuntur, ex eodem loco decerpta sunt. Collect.

(16) *Σιβύλλῃ πεφάνθαι.* Forte legendum Σιβύλλην φάναι. Lowth.— Σιβύλλην legit etiam interpres.

(17) *Φασὶ γοῦν ἐν Δελφοῖς.* Pausanias in *Phocicis* p. 629 edit. Hanov. : Πέτρα δέ ἐστιν ἀνίσχουσα ὑπὲρ ταύτης· ἐπὶ ταύτῃ Δελφοὶ στᾶσάν φασιν ἁπάντων τοὺς χρησμοὺς ὄνομα Ἠροφίλην, Σίβυλλαν δὲ ἐπίκλησιν τὴν πρότερον γενομένην. Ταύταις ταῖς μάλιστα ὁμοίως οὖσαν ἀρχαίαν εὗρισκον, ἣν θυγατέρα Ἕλληνες Διὸς καὶ Λαμίας τῆς Ποσειδῶνος φασὶν εἶναι. « Supra eum porticum eminet saxum, in quo narrant Delphi stetisse et oracula cecinisse vatem nomine Herophilen, cognomine Sibyllam, quæ tamen Sibylla longe ante vixit. Eam certe, ut quamvis aliam, longe vetustissimam comperi, quam Græci Jove et Lamia, Neptuni filia, natam ferunt, » etc.

(18) *Σιδῶνος.* Pro Σιδῶνος apud Pausaniam legitur Ποσειδῶνος, « Neptuni : » paterque Sibyllæ perhibetur Jupiter. Plutarchus quoque in lib. *Περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμπεζα τὴν Π.* Lamiam Neptuni filiam facit : ut monuit Joannes Opsopœus. Sylb.— Conf. quæ paulo superius dicta sunt.

(19) *Σαραπίων.* H. ms. Σαραπίων. Sylburg.

(20) *Μετὰ τελευτήν.* Malim cum articulo μετὰ τὴν τελευτήν. Id.

μέλλοντος δήλωσιν γράφει· τὴν δὲ ψυχὴν αὐτῆς εἶναι τὸ ἐν τῇ σελήνῃ (21) φαινόμενον πρόσωπον οἴεται. Τάδε μὲν περὶ Σιβύλλης. Νουμᾶς (22) δέ, ὁ Ῥωμαίων βασιλεύς, Πυθαγόριος (23) μὲν ἦν, ἐκ δὲ τῶν Μωϋσέως ὠφελημένος, διεκώλυσεν ἀνθρωποειδῆ καὶ ζωόμορφον εἰκόνα Θεοῦ Ῥωμαίους κτίζειν. Ἐν γοῦν ἑκατὸν καὶ ἑβδομήκοντα τοῖς πρώτοις ἔτεσι, ναοὺς οἰκοδομούμενοι, ἄγαλμα οὐδὲν οὔτε πλαστὸν, οὔτε μὴν γραπτὸν, ἐποιήσαντο. Ἐπεδείκνυτο γὰρ αὐτοῖς ὁ Νουμᾶς δι' ἐπικρύψεως (24), ὡς οὐκ ἐφάψασθαι (25) τοῦ βελτίστου δυνατὸν ἄλλως ἢ μόνῳ τῷ νῷ. Φιλοσοφία τοίνυν, πολυωφελές τι χρῆμα, πάλαι μὲν ἤκμασε παρὰ βαρβάροις, κατὰ τὰ ἤθη διαλάμψασα· ὕστερον δὲ καὶ εἰς Ἕλληνας κατῆλθεν. Προέστησαν δ' αὐτῆς Αἰγυπτίων τε οἱ προφῆται, καὶ Ἀσσυρίων οἱ Χαλδαῖοι (26), καὶ Γαλατῶν οἱ δρυῖδαι, καὶ Σαμαναῖοι (27) Βάκτρων, καὶ Κελτῶν οἱ φιλοσοφήσαντες, καὶ Περσῶν οἱ μάγοι, οἱ μέν γε (28) καὶ Σωτῆρος προεμήνυσαν τὴν γένεσιν, ἀστέρος αὐτοῖς καθηγουμένου εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀφικνουμένοι γῆν· Ἰνδῶν τε οἱ γυμνοσοφισταὶ, ἄλλοι τε φιλόσοφοι βάρβαροι. Διττὸν δὲ τούτων τὸ γένος· οἱ μὲν Σαρμάναι (29), αὐτῶν, οἱ δὲ Βραχμᾶνες καλού-

A autem animam existimat eam esse faciem, quæ apparet in luna. Et hæc quidem de Sibylla. Numa autem, rex Romanorum, erat quidem Pythagoreus; ex iis autem quæ a Moyse tradita ✠ sunt, adjutus, prohibuit Romanis, ne homini aut animali similem Dei facerent imaginem. Cum itaque centum et septuaginta primis annis templa ædificarent, nullam imaginem nec effictam nec depictam fecere. Occulte enim eis indicarat Numa, quod id, quod est optimum, non alia ratione quam sola mente ulli licet attingere. Philosophia ergo, res quædam valde utilis, olim quidem floruit apud barbaros, per gentes resplendens: postea autem venit etiam ad Græcos. Ei autem præfuerunt et Ægyptiorum prophetæ, et Assyriorum Chaldæi, et
B Gallorum Druidæ, et Samanæi Bactrorum, et Celtarum ii qui philosophati sunt, et Persarum Magi, qui quidem Servatoris quoque nostri ortum significaverunt, stella eos præcedente venientes in Judæam: et Indorum Gymnosophistæ, et alii philosophi barbari. Est autem duplex horum genus; alii enim ex iis vocantur Sarmanæ, alii vero Brachmanes. Et ex Sarmanis quidem, ii, qui appellantur Allobii,

✠ P. 359 ED. POTTER, 305 ED. PARIS

(21) *Ἐν τῇ σελήνῃ.* Plutarchus lib. *De his qui sero a Numine pun.*, p. 567 edit. Paris.: Ἔλεγε δὲ ὁ δαίμων τὴν φωνὴν εἶναι Σιβύλλης· ᾄδειν γὰρ αὐτὴν περὶ τῶν μελλόντων ἐν τῷ προσώπῳ τῆς σελήνης περιφερομένην. « Dixit autem dæmon, eam esse Sibyllæ vocem: quippe quæ in facie lunæ circumlata, de futuris canat. »

(22) *Νουμᾶς.* Hæc etiam, usque ad illa verba, C μόνῳ τῷ νῷ, in *Præp. evang.* lib. IX, c. 6, transtulit Eusebius.

(23) *Πυθαγόριος.* Πυθαγόρειος Euseb. Sic postea *Strom.* V, p. 548: Ὁ μὲν βασιλεὺς Ῥωμαίων (Νουμᾶς ὄνομα αὐτῷ) Πυθαγόρειος ὤν, etc. Plutarchus *Numæ*, pag. 64 et aliis locis refert, Numæ instituta Pythagoricis simillima fuisse: ἐξ ὧν καὶ μάλιστα λόγον ἴσχυεν ἡ σοφία καὶ ἡ παίδευσις τοῦ ἀνδρὸς ὡς Πυθαγόρᾳ γεγονότος: « Unde percrebuit præcipue sapientiam hanc et eruditionem eum a Pythagora accepisse. » Similia dicit Livius *Histor.* lib. I et lib. XL, ubi errorem de Numa Pythagoræ discipulo inde manasse existimat, quod utrisque similia instituta fuerint. Cicero *De oratore* lib. II, cap. 37, dicit Numam, Pythagoreum licet existimatum, tamen « annis permultis ante fuisse, quam ipse Pythagoras. » Et paulo post principium lib. IV *Tusc. quæst.*, cum dixisset, « Pythagoram fuisse in Italia temporibus iisdem, quibus L. Brutus patriam liberavit; » nonnullis interjectis, hæc adjicit: « Quin-
D etiam arbitror propter Pythagoreorum admirationem, Numam quoque regem, Pythagoreum a posterioribus existimatum: nam cum Pythagoræ disciplinam et instituta cognoscerent, regisque ejus æquitatem et sapientiam a majoribus suis accepissent, ætates autem et tempora ignorarent propter vetustatem, eum, qui sapientia excelleret, Pythagoræ auditorem fuisse crediderunt. » Dionysius Halicarnassensis *Antiq. Roman.* lib. II: Πολλοὶ μὲν οἱ γράψαντες, ὅτι Πυθαγόρου μαθητὴς ὁ Νουμᾶς ἐγένετο, καὶ καθ' ὃν χρόνον ὑπὸ τῆς Ῥωμαίων πόλεως ἀπεδείχθη βασιλεὺς, φιλοσόφων ἐν Κρότωνι διῆγεν. Ὁ δὲ χρόνος τῆς Πυθαγόρου ἡλικίας μάχεται, etc. « Multi scribunt Numam fuisse Pythagoræ discipulum: et quo tempore ad regnum Romanum vocatus est, apud Crotonem egisse, ac philosophiæ operam dedisse. Quod quidem ratio temporum non patitur: quando non paucis annis, sed totis quatuor ætatibus Pythagoras fuit Numa posterior, sicut e communibus historiarum monumentis comperimus. Nam hic circa medium sextæ decimæ Olympiadis, Romæ regnum iniit: Pythagoras vero, post quinquagesimam demum Olympiadem docuit in Italia. Quin et validius argumentum habeo, tempora non congruere cum iis, quæ de isto viro narrantur, historiis, quia nondum erat Crotoniatarum urbs, quando Numa Romam ad regnum accitus est. Integro enim quadriennio post assumptum a Numa principatum, Myscelus eam condidit, decimæ septimæ Olympiadis anno tertio. » Paulo post, « Quod si, » inquit, « licet meam opinionem proferre, videntur mihi qui hæc scripserunt, occasionem sumpsisse duabus ex rebus confessis, Pythagoræ commoratione in Italia, sapientia Numæ uno omnium ore celebrata; atque ita hæc contexuisse, et Numam fecisse Pythagoræ discipulum, non exquirentes, ut ego nunc, an eodem vixerint tempore. »

(24) *Ἐπικρύψεως.* Ἀποκρύψεως, Euseb. Mox, δυνατὸν γλώττῃ (γλώσσῃ codex Joann.) μόνῳ δὲ τῷ νῷ. Ibid.

(25) *Ὡς οὐκ ἐφ.* De simulacris a Numa vetitis, meminit etiam Plutarchus in Numa: cujus hæc quoque ibidem verba sunt. H. Sylburg. — Item quod Numæ tempore « nec simulacris, nec templis res divina constaret, » refert Tertullianus *Apol.* cap. 25 et *Ad Nation.* lib. II sub finem.

(26) *Χαλδαῖοι.* Hesychius, Χαλδαῖοι, γένος μάγων πάντα γινωσκόντων.

(27) *Σαμαναῖοι.* Cyrillus, lib. IV *Contra Julian.*: Καὶ Γαλατῶν οἱ Δρυΐδαι, καὶ ἐκ Βάκτρων τῶν Περσικῶν Σαμαναῖοι, καὶ Κελτῶν οὐκ ὀλίγοι. « Et Gallorum druidæ, et ex Bactris Persicis samanæi, et e Celtis non pauci. » Quæ quidem, ut alia etiam non pauca, e Clemente transtulit.

(28) *Οἱ μέν γε.* Magos ex Arabia profectos, refert Justinus M. *Dialogo cum Tryphone*: Ἅμα τῷ γεννηθῆναι αὐτὸν, Μάγοι ἀπὸ τῆς Ἀραβίας παραγενόμενοι, προσεκύνησαν αὐτῷ. « Simul ac in lucem editus est, magi, ex Arabia profecti, illum adoravere. » Hunc sequuntur Tertullianus et Epiphanius. Alii e Media, Parthia, Chaldæa, Mesopotamia venisse hos magos existimant. Conf. Montacutius *Originum ecclesiasticarum* part. I, p. 206 seq.

(29) *Σαρμάναι.* Hi ab aliis Samanæi dicuntur.

καὶ τὴν παρ' αὐτοῖς φιλοσοφίαν ἐγγραπτον γενομένην, προκατάρξαι τῆς παρ' Ἕλλησι φιλοσοφίας, διὰ πολλῶν ὁ Πυθαγόριος ὑποδείκνυσι Φίλων (39). Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἀριστόβουλος (40) ὁ Περιπατητικὸς, καὶ ἄλλοι πλείους, ἵνα μὴ κατ' ὄνομα ἐπιὼν διατρίβω. Φανερώτατα (41) δὲ Μεγασθένης ὁ συγγραφεὺς, ὁ Σελεύκῳ τῷ Νικάτορι (42) συμβεβιωκὼς, ἐν τῇ τρίτῃ τῶν *Ἰνδικῶν* ὧδε γράφει· « Ἅπαντα μέν τοι τὰ περὶ φύσεως εἰρημένα παρὰ τοῖς ἀρχαίοις λέγεται καὶ παρὰ τοῖς ἔξω τῆς Ἑλλάδος φιλοσοφοῦσι· τὰ μὲν παρ' Ἰνδοῖς (43) ὑπὸ τῶν Βραχμάνων, τὰ δὲ ἐν τῇ Συρίᾳ ὑπὸ τῶν καλουμένων Ἰουδαίων. » Τινὲς δὲ μυθικώτερον τῶν Ἰδαίων (44) καλουμένων Δακτύλων σοφούς τινας πρώτους γενέσθαι λέγουσιν· εἰς οὓς ἥ τε τῶν Ἐφεσίων λεγομένων γραμμάτων (45), καὶ ἡ τῶν κατὰ μουσικὴν εὑρεσις ῥυθμῶν ἀναφέρεται. Δι' ἣν αἰτίαν οἱ παρὰ τοῖς μουσικοῖς δάκτυλοι τὴν προσηγορίαν εἰλήφασι. Φρύγες δὲ ἦσαν καὶ βάρβαροι οἱ Ἰδαῖοι Δάκτυλοι. Ἡρόδωρος δὲ τὸν Ἡρακλέα, μάντιν καὶ φυσικὸν γενόμενον, ἱστορεῖ παρὰ Ἄτλαντος τοῦ βαρβάρου τοῦ Φρυγὸς διαδέχεσθαι τοὺς τοῦ κόσμου κίονας (46)· αἰνιττομένου τοῦ μύθου, τὴν τῶν οὐρανίων ἐπιστήμην μαθήσει διαδέχεσθαι. Ὁ δὲ Βηρύτιος Ἑρμιππος Χείρωνα τὸν κένταυρον σοφὸν καλεῖ, ἐφ' οὗ καὶ ὁ τὴν *Τιτανομαχίαν* (47) γράψας, φησὶν, ὡς « πρῶτος οὗτος (48) εἰς τε δικαιοσύνην θνητῶν γένος ἤγαγεν, δείξας ὅρκον καὶ θυσίας ἱλαρὰς, καὶ σχήματα Ὀλύμπου. »

✠ P. 361 ED. POTTER.

*Apionem*, Justinus Martyr *Paræneși ad Græcos*, et Eusebius *Præparatione evangelica*. H. Sylburg.

(39) *Ὁ Πυθαγόριος.... Φίλων.* Sic Sozomenus *Hist. eccles.* lib. I, cap. 12 : Φίλων δὲ ὁ Πυθαγόρειος. Ubi hæc adnotavit Valesius : « In codice Fuketiano scriptum est Πυθαγόριος. Atque ita semper in optimis exemplaribus hoc vocabulum scriptum inveni. .... Porro cur Sozomenus Philonem Pythagorium nominaverit, nescio. Melius, meo quidem judicio, Platonicum dixisset : siquidem de Philone ab antiquis dictum accepimus, Ἢ Φίλων πλατωνίζει, ἢ Πλάτων φιλωνίζει, teste Hieronymo in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*. » Sed Pythagoram etiam sectatus est Philo. Unde τῶν Πυθαγορείων ἱερώτατον θίασον, « sanctissimum Pythagoreorum chorum, » vocat in principio lib. *Περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον*.

(40) *Ἀριστόβουλος.* Ejus verba Clemens infra recitat p. 342 ed. Paris.

(41) *Φανερώτατα.* Hoc commation usque ad hæc verba καλουμένων Ἰουδαίων, Eusebius in suæ *Præp. evang.* lib. VIII, c. 6, p. 410 transtulit.

(42) *Νικάτορι.* Νικάνορι, Euseb. et Suidas, inquit Sylburg.

(43) *Παρ' Ἰνδοῖς.* Παρὰ τοῖς Ἰνδοῖς, Euseb., ubi mox ἐν Συρίᾳ, omisso τῇ articulo.

(44) *Ἰδαίων.* De Idæis Dactylis vise et Diodorum Siculum, pag. 145, et Plutarchi *Vitas*, p. 22. H. Sylburg.

(45) *Ἐφεσίων γ. γραμμάτων.* De his Plutarchus *Sympos.* lib. VII, quæst. 5 : Οἱ μάγοι τοὺς δαιμονιζομένους κελεύουσι τὰ Ἐφέσια γράμματα πρὸς αὐτοὺς καταλέγειν καὶ ὀνομάζειν. « Magi dæmoniis vexatos jubent ad se Ephesias litteras recensere et nominare. » Quales autem hæ litteræ fuerint, docet Clemens *Strom.* V, p. 558, ubi conf. quæ adnotata sunt.

(46) *Κόσμου κίονας.* Scilicet, « columnas, » in quibus, more antiquo, cœlestium corporum motus inscripserat. Hinc de Atlante cœlorum columnas

A est, philosophiam cœpisse ante Græcam, multis verbis **132** ostendit Philo Pythagoreus. Quinetiam Aristobulus quoque Peripateticus, et alii complures, ne in eis nominatim persequendis immorer. Apertissime autem scriptor Megasthenes, qui vixit cum Seleuco Nicatore, scribit in tertio *Rerum Indicarum* : « Omnia quidem, quæ de natura dicta sunt a veteribus, dicuntur etiam ab iis, qui extra Græciam philosophantur, partim quidem apud Indos a Brachmanis, partim vero in Syria ab iis qui vocantur Judæi. » Quidam autem fabulosius ex iis, qui Idæi appellantur Dactyli, sapientes quosdam primum fuisse dicunt, ad quos et Ephesiarum, quæ dicuntur, litterarum, et eorum, qui sunt in musica, numerorum refertur inventio. Propter quam causam sunt appellati, qui sunt apud
B musicos, dactyli. Phryges autem erant et barbari Idæi Dactyli. Herodorus autem refert Herculem, cum esset vates et naturalis scientiæ studiosus, ab Atlante barbaro Phryge mundi suscepisse columnas. Qua fabula innuitur, eum cœlestium scientiam ab illo didicisse. Hermippus autem Berytius vocat Chironem centaurum sapientem. De quo etiam dicit, qui scripsit *Titanomachiam*, quod « is primus universum ✠ mortalium genus ad justitiam duxit, indicatis jurisjurandi formulis, deorum lætis sacrificiis, et cœli figuris. » Ab eo instituitur Achilles, qui militavit ad Ilium. Hippo autem filia Centauri, Æolo conjuncta, docuit eum naturæ contemplatio-
C humeris sustinente nata est fabula. Conf. quæ paulo superius de veterum στήλαις adnotata sunt.

(47) *Τιτανομαχίαν.* Multi dicuntur hujus operis auctores. Athenæus ideo lib. VII citat *Titanomachiæ* scriptorem lib. II, sive is fuerit Eumelus Corinthius, sive Arctinus, sive alio quocunque nomine vocari gaudeat. Collect.

(48) *Οὗτος.* Ili versus hoc modo scribendi sunt :

. . . . . *Οὗτος*
*Εἰς τε δικαιοσύνην θνητῶν γένος ἤγαγε, δείξας*
*Ὅρκον, καὶ θυσίας ἱλαρὰς, καὶ σχήματ' Ὀλύμπου.*

Pro θυσίας ἱλαρὰς Heinsius scripsit θυσίας ἱερὰς, « sacrificia sacra. » Vocem ἱλαρὰς in sua versione omisit Hervetus interpres. Verum nil mutandum, vel omittendum. Intelligit enim sacrificia, quibus sperabant deos reddere ἱλαρούς, « propitios. » Est enim ἱλαρὸς Hesychio ἵλεως, ἵλεως. Quinetiam ipsi deorum cultores sacrorum tempore ἵλαροι, « hilares, » erant, genioque indulgebant, et hymnos cantabant; atque his artibus deos ἱλαρούς et ἱλάους
D faciebant. Quo spectant, quæ refert Athenæus lib. VIII, cap. 16, pag. 363 : Τὰς δὲ εὐωχίας ἐκάλουν οὐκ ἀπὸ τῆς ὀχῆς, ἥ ἐστι τροφὴ, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κατὰ ταῦτα εὖ ἔχειν, εἰς ἃς δὴ συνιόντες οἱ τὸ θεῖον τιμῶντες, καὶ εἰς εὐφροσύνην καὶ ἄνεσιν αὐτοὺς μεθιέντες, τὸ μὲν ποτὸν μέθυ, τὸν δὲ τοῦτο δωρησάμενον θεὸν Μεθυμναῖον, καὶ Λυαῖον, καὶ Εὔϊον, καὶ Ἰήϊον προσηγόρευον· ὥσπερ καὶ τὸν μὴ σκυθρωπὸν καὶ σύννουν ἱλαρὸν, διὸ καὶ τὸ δαιμόνιον ἵλεων ἠξίουν γίνεσθαι ἐπιφωνοῦντες ἰὴ ἰή. Ὅθεν καὶ τὸν τόπον, ἐν ᾧ τοῦτο ἔπραττον, ἱερὸν ὠνόμαζον. Ὅτι δὲ τὸν αὐτὸν ἵλεων καὶ ἱλαρὸν ἔλεγον, δηλοῖ Ἔφιππος, etc. « Εὐωχίας quidem, non ab ὀχῇ, quo vocabulo indicatur alimentum, nuncuparunt; sed ab εὖ ἔχειν, quod in iis bene se haberent. Nam ad epulas convenientes, primum deos venerabantur, deinde ad animi remissionem et hilaritatem sese traducebant, potum quidem μέθυ appellantes, ejusque largitorem deum Methymnæum, Lyæum, Evium, Ieium : quemadmodum et ἱλαρόν, minime tristem hominem,

δὲ Φοῖνιξ ἦν, ὁ τῶν γραμμάτων Ἕλλησιν εὑρετής, A ὡς φησιν Εὔφορος (61)· ὅθεν καὶ Φοινικήϊα τὰ γράμματα Ἡρόδοτος (62) κεκλῆσθαι γράφει. Οἱ δὲ Φοίνικας καὶ Σύρους γράμματα ἐπινοῆσαι πρώτους λέγουσιν· ἰατρικὴν δὲ Ἄπιν Αἰγύπτιον αὐτόχθονα, πρὶν εἰς Αἴγυπτον ἀφικέσθαι τὴν Ἰώ (63)· μετὰ δὲ ταῦτα Ἀσκληπιὸν τὴν τέχνην αὐξῆσαι λέγουσιν (64). Ἄτλας δὲ ὁ Αἴβυς πρῶτος ναῦν ἐναυπηγήσατο, καὶ τὴν θάλασσαν ἔπλευσε. Κέλμις τε αὖ καὶ Δαμναναῖος (65) οἱ τῶν Ἰδαίων (66) Δάκτυλοι, πρῶτοι σίδηρον εὗρον ἐν Κύπρῳ· ὁ δὲ ἄλλος Ἴδαιος (67) εὗρε χαλκοῦ (68) κρᾶσιν· ὡς δὲ Ἡσίοδος, Σκύθης. Καὶ μὴν

Olympus et Marsyas. Cadmus autem erat Phœnix, qui fuit Græcis litterarum inventor, ut ait Euphorus. Unde etiam scribit Herodotus, litteras appellatas fuisse Phœnicias. Alii autem dicunt, Phœnices et Syros primos excogitasse litteras. Medicinam autem, Apim Ægyptium indigenam, priusquam Io veniret in Ægyptum : postea autem Æsculapium dicunt artem amplificasse. Atlas autem Libys, primus navem est fabricatus, et mare navigavit. Et rursus Celmis et Damnaneus, Idæi Dactyli, ferrum primi invenerunt in Cypro. Alius autem Idæus æris invenit temperaturam ; ut autem Hesiodus, Scytha.

P. 362 ED. POTTER, 307 ED. PARIS.

σμάτων Ἑλληνικῶν πολυπραγμονήσας βάθος, ὡς ὀλίγοι τάχα που τῶν περὶ αὐτοῦ. « Hos (Phœnices) illa Græcorum filiis tradidisse, cum Cadmus nimirum apud illos versatus, ipsa prima elementa docuisset. Clemens hujus historiæ particulatim in *Stromatis* meminit, vir imprimis doctus et studiorum amans, qui Græcarum litterarum altitudinem, quantum forsan ante illum pauci, perscrutatus est. » Theodoretus etiam ut alibi sæpe, sic in his etiam Clementem nostrum secutus est, serm. 1 *De curand. Græc. affect.* pag. 467, 468 : Καὶ τὰ γράμματα δὲ Φοίνικας εὑρηκέναι λογοποιοῦσιν οἱ Ἕλληνες, καὶ τὸν Κάδμον ταῦτα πρῶτον εἰς τὴν Ἑλλάδα κομίσαι. Ἰατρικῆς δὲ ἄρξαι τὸν Ἄπιν φασὶ τὸν Αἰγύπτιον, εἶτα τὸν Ἀσκληπιὸν αὐξῆσαι τὴν τέχνην. Σκάφος δὲ πρῶτον ἐν Λιβύῃ ναυπηγηθῆναι λέγουσιν. « Memorant Græci litteras a Phœnicibus inventas, Cadmum primum in Græciam intulisse. Apin Ægyptium medicinæ auctorem fuisse, eam vero postea auxisse Æsculapium ferunt. Navem primam in Libya factam tradunt. »

re, tum vero litteras, quæ apud Græcos, ut mihi videtur, antea non fuerant. Quibus utentes, famam sparserunt, ut æquitas etiam postulabat, cum Phœnices eas in Græciam introduxissent, Phœnicias esse nominandas. » Sunt etiam, qui φοινικήϊα γράμματα a Cretensibus dicta autumant, qui litteras a sese, ut dicebant, inventas foliis palmarum, quas Græci φοίνικας vocant, inscribere consueverunt. Conf. Suidas v. Φοινικήϊα γράμματα, Apostolius cent. 20, prover. 29 ; Meursii *Creta* lib. IV, sub finem cap. 1.

(61) *Εὔφορος*. Reinesius *Var. lect.* lib. II, cap. 6, pag. 166 et 167, hæc dicit : « Scimus autem non solum id præstitisse, sed etiam hoc effecisse confidimus, ut sæpiuscule productis Strabonis et Plinii de Ephori *Heurematibus* testimoniis omni exceptione majoribus persuasi viri docti, Athenæum, qui lib. IV, Εὔφορον ἐν τοῖς *Εὑρήμασι* laudat de tibiis tragicis, lysiodis et citharisteriis, itemque Clementem, qui lib. I *Strom.* Εὔφορον citat testem ejus, quod « Cadmus Phœnix litteras Græcis tradiderit, » emendare non ultra sunt tergiversati. Est enim Εὔφορος inter τοὺς κατεψευσμένους quoad εὑρήματα, Ἔφορος vero nemini controversus. Casaubonus *Animadvers.* ad Athenæi lib. superius dicti cap. 25, nondum se constituisse ait, sitne Euphorus iste, qui de inventis priorum scripsit, notus omnibus historicis Ephorus, an alius. Audacter Vossius lib. III, pag. 285, lectionem in Athenæo non esse mutandam, et habet igitur Euphorum *De inventis* alium ab Ephoro. Quid in hanc partem constituendum sit, e dictis patet, nimirum mutandam esse lectionem editam in Athenæo planissime, pariterque falsam in Clemente, videndumque ne entia præter necessitatem multiplicentur. » Hæc ille. Porro Clemens Euphorum vocat infra pag. 338, sed Ephorum pag. 331, 337, 351. Ἔφορος etiam hoc loco scribendum, dicunt Lipsius in *Annal.* Taciti cap. 11. Vossius Aristarchi lib. I, cap. 11, itemque Josephus Scaliger notis in Eusebii *Chronicon*.

(62) *Ἡρόδοτος*. Herodoti verba Terpsichores c. 58, hæc sunt : Οἱ δὲ Φοίνικες οὗτοι οἱ σὺν Κάδμῳ ἀπιχόμενοι, τῶν ἦσαν οἱ Γεφυραῖοι, ἄλλα τε πολλὰ, οἰκήσαντες ταύτην τὴν χώρην, εἰσήγαγον διδασκάλια ἐς τοὺς Ἕλληνας, καὶ δὴ καὶ γράμματα, οὐκ ἐόντα πρὶν Ἕλλησιν, ὡς ἐμοὶ δοκέειν... Χρεώμενοι δὲ, ἐφάτισαν, ὥσπερ καὶ τὸ δίκαιον ἔφερε, ἐσαγαγόντων Φοινίκων ἐς τὴν Ἑλλάδα, Φοινικήϊα κεκλῆσθαι. « Phœnices isti, qui cum Cadmo advenerunt, quorum Gephyræi fuere, dum hanc regionem incolunt, cum alias multas doctrinas in Græciam introduxe-

(63) *Αὐτόχθονα ... τὴν Ἰώ*. Hæc omisit Eusebius.

(64) *Τὴν τέχνην αὐξῆσαι λέγουσιν*. Αὐξῆσαι τὴν τέχνην ἱστοροῦσιν, Euseb.

(65) *Κέλμις τε αὖ καὶ Δαμναναῖος*. Apud Eusebium, Τέλμις τε καὶ Δαμναμενεὺς οἱ τῶν Ἰουδαίων δάκτυλοι, *πρῶτοι ἐν Κύπρῳ σίδηρον εὗρον*. Trapezuntius, « Tolmentem vero et Damnamenæum Judæos in Cypro primos ferrum invenisse. » Atque ita Polydorus Virgilius in lib. *De inventoribus*. Clemens habet rectius, Κέλμις τε αὖ καὶ Δαμναναῖος οἱ τῶν Ἰδαίων. Apollonii scholiastes auctoris *Phoronidis* (id est, poematis nomen, quod citatur pag. 372), carmina citat, in quibus tres tantum Dactyli nominantur :

*Κέλμις, Δαμναμενεύς τε μέγας, καὶ ὀκέρδιος* [Ἄκμων.
*Celmis, Damnameneusque ingens, Acmonque superbus.*

Vide proverbium Κέλμις ἐν σιδήρῳ, de iis qui nimium sibi credunt. Sunt qui quatuor numerent, ait Greg. Gyraldus *Synt.* I : Salaminum, Damnameneum, Herculem et Acmonem. Plin. lib. VII, c. 56 : « Ferrum Hesiodus in Creta eos, qui vocati sunt Dactyli Idæi. » Itaque hic fortasse legendum erat ἐν Κρήτῃ, non ἐν Κύπρῳ. Sed et Strabo in lib. XIV scribit Telchinas, quos quidam et Corybantes putant, ex Creta in Cyprum venisse, et primos ferrum, et æs operatos esse. Diod. Siculus lib. V, cap. 15, in loco, quem Berecynthum dicunt, Idæos Dactylos ignis usum et æris, ferrique naturam invenisse tradit. Collect. — Τέλμις τε Δαμναμενεύς codex Joan. Vera nomina esse Κέλμις, et Δαμναμενεύς, e veteri *Phoronidis* auctore constat. Eorumdem etiam multis in locis meminit Nonnus : et e multis dactylis, quos memorat Apollonii vetus scholiastes, duo præcipui sunt Κέλμις et Δαμναμενεύς.

(66) *Ἰδαίων*. Ἰουδαίων mendose Euseb.

(67) *Ὁ δὲ ἄλλος Ἴδαῖος*. At Eusebius : Δέλας δὲ ἄλλος Ἰουδαῖος εὗρε χαλκοῦ κρᾶσιν, ὡς δὲ Ἡσίοδος, Σκύθης. Trapezuntius : « Æris autem tincturam aut temperiem, qua robur accipit, Delam Judæum comperisse, quamvis Hesiodus Delam ex Scythia fuisse asserat. » Plin. lib. VII, cap. 56 : « Æs conflare et temperare Aristoteles Lydum Scythem monstrasse, Theophrastus Delam Phrygem putat. » Scribe ergo : « Delas autem alius Idæus æris, » etc., quamvis de patria diversa sentiant. Collect. — Δέλας habere mss. Palat., refert Sylburgius.

(68) *Χαλκοῦ*. Χαλκῷ codex Joan.

Ac Thraces quidem primi eam, quæ ἅρπη vocatur, invenerunt : est autem incurvus gladius; et peltis primi usi sunt in equis. Similiter autem Illyrii quoque peltam invenerunt. Tuscanos aiunt plasticen excogitasse, Itanumque ✠ (Samnites is fuit) primo clypeum fecisse. Cadmus autem Phœnix primus invenit lapidicinam, et in monte Pangæo excogitavit auri metalla. Jam vero alia quoque gens, Cappadoces, primi invenerunt id, quod nablium appellatur, quemadmodum Assyrii quoque dichordon. Carthaginenses autem primi construxerunt quadriremem : eamdem extemporaneam, fabricatus est Bosphorus. Medea autem, Æetæ filia, Colchis, prima pilos tingere excogitavit. Quinetiam Noropes (est autem gens Pæoniæ, nunc autem appellatur Norica) æs elaborarunt, et primi ferrum purgarunt. Amycus, rex Bebrycum, lora pugilum, id est, cæstus, primus excogitavit ; et Olympus Mysius in musica harmoniam Lydiam artificiose invenit, etqui vocantur Troglodytæ, sambucam

✠ P. 363 ED. POTTER.

Θρᾷκες πρῶτοι τὴν καλουμένην ἅρπην (69) εὗρον· ἔστι δὲ μάχαιρα καμπύλη· καὶ πρῶτοι πέλταις ἐπὶ τῶν ἵππων ἐχρήσαντο. Ὁμοίως δὲ καὶ Ἰλλύριοι τὴν καλουμένην πέλταν ἐξεῦρον. Ἔτι φασὶ Τυρσηνοὺς (70) τὴν πλαστικὴν ἐπινοῆσαι, Ἰτανόν τε (Σαμνίτης (71) οὗτος ἦν), πρῶτον θυρεὸν κατασκευᾶσαι. Κάδμος γὰρ ὁ Φοῖνιξ λιθοτομίαν ἐξεῦρε· καὶ μέταλλα χρυσοῦ τὰ περὶ τὸ Πάγκαιον (72) ἐπινόησεν ὄρος. Ἦδη δὲ καὶ ἄλλο ἔθνος, Καππάδοκες, πρῶτοι εὑρόντες τὸν νάβλαν καλούμενον (73), ὃν τρόπον καὶ τὸ δίχορδον Ἀσσύριοι. Καρχηδόνιοι γὰρ πρῶτοι τετρήρη κατεσκεύασαν· ἐναυπήγησε δὲ αὐτὴν Βόσπορος αὐτοσχέδιον (74). Μήδειά τε, ἡ Αἰήτου, ἡ Κολχίς, πρώτη βαφὴν τριχῶν ἐπενόησεν. Ἀλλὰ καὶ Νώροπες (ἔθνος ἐστὶ Παιονικὸν, νῦν δὲ Νωρικοὶ (75) καλοῦνται·) κατειργάσαντο χαλκὸν, καὶ σίδηρον ἐκάθηραν πρῶτοι. Ἄμυκός τε, ὁ Βεβρύκων βασιλεὺς, ἱμάντας πυκτικοὺς πρῶτος (76) εὗρε· περί τε μουσικὴν (77) Ὄλυμπος ὁ Μυσὸς τὴν Λύδιον ἁρμονίαν ἐφιλοτέχνησεν· οἵ τε Τρωγλοδῦται καλούμενοι σαμβύκην εὗρον, ὄργανον

(69) Ἅρπην. Hoc pro vulg. πάρμην repositum ex Euseb. qua de re monuit et Brodæus *Miscell.* lib. I, cap. 19, et Justus Lipsius *Saturn.* lib. II, cap. 9, ubi ἅρπην esse Latinorum « sicam, » ex Josepho et veteribus glossis docet idem Lipsius. SYLBURG. — Ex his postremis vocibus vides, ἅρπην restituendum esse. Eusebius quoque lib. *Evang. præpar.* IX ἅρπην scribit, quem secutus Polydorus Vergilius falcem vocat, id est, ensem falcatum, non falcem ruralem. Claudianus *De laud. Stilic.* lib. I, v. 110, 111 :

. . . . . *Non falce Gelonus*
*Non arcu pepulere Getæ.* . . . .

Brodæus *Miscellan.* lib. I, cap. 19. Vide et Justum Lipsium lib. II, cap. 9, *Saturnal.* COLLECT. — Ἅρπην cod. Joan. Mox, πέλτην εὗρον pro πέλταν ἐξεῦρον, Euseb.

(70) *Τυρσηνούς.* Hoc Com. reposuit e Tatiano. Flor. editio et Eusebius divise habent τοὺς Κανούς. Samnites vero scutum invenisse, testatur etiam Athenæus, lib. VI extremo. SYLBURG.

(71) *Σαμνίτης.* Quæ fuerit armatura Samnitium, de qua C. Plinius lib. VII, cap. 20, *Natur. histor.* in litteris diu multumque versati compertum habent. Clemens in *Stromatis* ait, « Itanum (Samnis is erat) post hominum memoriam primum fabricasse scutum : » quod et Eusebius *Evang. præp.* X recitat. Non est ergo quod dubites aut apud Clementem legi oportere « Tritanum, » aut in Plinio « Itanum. » Quanquam de Latini gladiatoris nomine plus equidem Plinii vetustis exemplaribus, ejusque Metaphrastæ Solino, quam Græco librario fidei tribuendum censeo. Plinii verba subjeci : « Tritanum in gladiatorio ludo Samnitium armatura celebrem, filiumque ejus militem magni Pompeii. » Solinus vero adnotavit Tritanum gladiatorem armatura Samnitem fuisse. J. Parrhasius *Epist. ad Lupicipitem.* His adde Ciceronem I *De finibus*, hunc Lucilii versum proferentem :

*Municipem Ponti, Tritani, centurionum.*

Lege ergo, Τριτανόν τε (Σαμνίτης οὗτος ἦν,) π. θ. κατασκευάσαι, « et Tritanum (Samnis is erat) primum fabricasse scutum. » COLLECT.

(72) *Πάγκαιον.* Euseb. Πάγγαιον, ut etiam Strabo, et alii. Mox idem Euseb. Καππαδόκαι, quod agnoscit etiam Stephanus. Mox, τὴν νάβλαν καλουμένην, Euseb. SYLBURG.

(73) *Τὸν νάβλαν καλούμενον.* Eusebius τὴν νάβλαν καλουμένην. Frequentius in usu est νάβλας, quam νάβλα, ut apud Athenæum lib. IV, νάβλα, εἶδος ὀργάνου μουσικοῦ, ἢ ψαλτήριον, ἢ κιθάρα. Diversum tamen esse a psalterio, conjicit ex Cicerone *De aruspicum resp.* et Quintiliano H. Stephanus. L. Cœlius Rhodigin. lib. IX, cap. 4, pro psalterio accipit ; et quidam interpretes ex Hebræo I Paral. cap. XV, « et nablis et citharis concrepantes, » ἀναφωνοῦντες ἐν νάβλοις, καὶ κιθάραις. Ibidem, « nablis arcana cantabant, » ἐν νάβλαις περὶ τῶν κρυφίων. Vox ab Hebræo non multum discedit. Ovid. *De arte* inertium, III, 327 :

*Disce etiam duplici genialia naulia palma*
*Vertere....*

Pollux lib. IV : Ἀλλὰ μὴν καὶ νάβλης μνημονεύεται Φιλήμων· Ἔδει παρεῖναι Παρμένων αὐλητρίδα, ἢ νάβλην τιν'. Sic enim lego ex litterarum vestigiis scripti libri. COLLECT.

(74) *Βόσπορος αὐτοσχέδιον.* Eusebius, ὁ Βόσπορος αὐτόχθων. Trapezuntius « Quadriremem a Carchedoniis primum factam fuisse, cujus architectus Bosporus fuit. » Certe paulo ante medicinam invenisse dixit Αἰγύπτιον αὐτόχθονα, Apim, « Ægyptium indigenam. » Plinius lib. VII, cap. 56 : « Quadriremem Aristoteles auctor est fecisse Carthaginienses. » COLLECT. — Vigerus ad Eusebium hæc adnotat : « Recte Eusebius Βόσπορος αὐτόχθων, ut paulo ante Ἄπιν αὐτόχθονα dixerat. Clemens αὐτοσχέδιον legit, corrupte, ut videtur. » Quinetiam αὐτόχθων habere pal. ms., refert Sylburgius.

(75) *Νῦν δὲ Νωρικοί.* Flor. edit. Νωρικόν, *durius.* SYLBURG. — Eusebius νῦν δὲ Νωρικοί. Trapezuntius : « Pannones, qui Noricum habitant, quos Noropes appellant, æris usum invenisse. » Stephanus *De urbibus :* Νώραξος, πόλις Παιονίας, ὁ πολίτης Νωράκιος· ὡς Ἐπαφρόδιτος ἐν τοῖς Ὁμηρικοῖς φησιν, ὅτι γίγνεται ἐν Παιονίᾳ σίδηρος, ὃς ἀκονηθεὶς λαμπρότατός ἐστιν, ἀφ' οὗ καὶ τὸ, νώροπα χαλκόν. Suidas s. v. Νῶροψ, in eamdem sententiam scribit, πόλιν Παννονίας Νώρακον, et Νώροπα ὡς εἴ τις εἴποι Νωράκιος. At Eustathius in illum locum *Iliad.* Λ, ἐδύσσατο νώροπα χαλκόν, dici ait, νώροπα τὸν λαμπρότατον, διὰ τὸ στερεῖν τοῦ ὁρᾶν. Item, ὁ μὴ ἐῶν ὁρᾶν ἑαυτόν. Certe ex Strabone lib. VII, aliisque geographis constat Pannoniæ partem Noricos esse, vel eidem, secundum alios, finitimos. COLLECT. — Νωρικόν habet cod. Joan., ut etiam Pal.

(76) *Ἱμῶτος.* Abest ab Euseb.

(77) *Περί τε μουσικὴν.* Vigerus ait : « Juvat Plinii locum ex lib. VII, cap. 56, ascribere : « Musicam, » inquit, « Amphion ; tibiam et monaulon, Pan

μουσικόν. Φασὶ δὲ καὶ τὴν πλαγίαν σύριγγα Σάτυρον εὑρεῖν τὸν Φρύγα (78)· τρίχορδον δὲ (79) ὁμοίως καὶ τὴν διάτονον ἁρμονίαν Ἄγνην (80), τὸν καὶ αὐτὸν Φρύγα· κρούματα δὲ Ὄλυμπον ὁμοίως τὸν Φρύγα· καθάπερ Φρύγιον ἁρμονίαν, καὶ μιξοφρύγιον, καὶ μιξολύδιον, Μαρσύαν, τῆς αὐτῆς ὄντα τοῖς προειρημένοις χώρας· καὶ τὴν Δώριον Θάμυριν (81) ἐπινοῆσαι τὸν Θρᾷκα. Πέρσας τε πρώτους ἀκηκόαμεν ἁπτῆνην, καὶ κλίνην, καὶ ὑποπόδιον ἐργάσασθαι· τούς τε Σιδονίους (82) τρίκροτον ναῦν κατασκευάσαι. Σικελοί τε, οἱ πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ, πρῶτοι φόρμιγγα εὗρον, οὐ πολὺ τῆς κιθάρας λειπομένην· καὶ κρόταλα ἐπανόρησαν. Ἐπί τε Σεμιράμεως βασιλέως Αἰγυπτίων (83) τὰ βύσσινα ἱμάτια εὑρῆσθαι ἱστοροῦσιν· καὶ πρώτην ἐπιστολὰς συντάξαι (84) Ἄτοσσαν, τὴν Περσῶν βασιλεύσασαν, φησὶν Ἑλλάνικος. Σκάμων (85) μὲν οὖν ὁ Μιτυληναῖος, καὶ Θεόφραστος ὁ Ἐρέσσιος (86), Κύδιππός τε ὁ Μαντινεὺς, ἔτι τε Ἀντιφάνης, καὶ Ἀριστόδημος, καὶ Ἀριστοτέλης, πρὸς τούτοις δὲ Φιλοστέφανος, ἀλλὰ καὶ Στράτων ὁ περιπατητικὸς ἐν τοῖς *Περὶ εὑρημάτων*, ταῦτα ἱστόρησαν. Παρεθέμην δὲ αὐτῶν ὀλίγα εἰς σύστασιν τῆς παρὰ βαρβάροις

A instrumentum invenere musicum. Aiunt autem, obliquam quoque fistulam Satyrum invenisse Phrygem; modos, Olympum similiter Phrygem; quemadmodum Phrygiam harmoniam et mixophrygiam et mixolydiam, Marsyam, qui erat ejusdem regionis cum iis, qui ante dicti sunt; et Doricam Thamyrim Thracem excogitasse. Persas quoque primos audivimus currum, et lectum, ✠ et pedum scabellum effecisse, et Sidonios triremem navem ædificasse. Siculi quoque, qui sunt juxta Italiam, primi invenere phormingem, quæ non multum differt a cithara; et invenere crepitacula. Quinetiam tempore Semiramidis, regis Ægyptiorum, narrant inventas fuisse vestes byssinas. Et primam composuisse epistolas Atossam, Persarum reginam, dicit Hellanicus. Scamon quidem Mitylenæus et Theophrastus Eressius, **133**

B et Cydippus Mantineus, et præterea Antiphanes, et Aristodemus, et Aristoteles, quinetiam Philostephanus, et Strato quoque Peripateticus, in libris suis *De inventis*, hæc narrarunt. Ex his autem pauca adjeci ad confirmandum, ad res inveniendas idoneam et vitæ utilem naturam inesse barbaris; a

✠ P. 361 ED. POTTER, 308 ED. PARIS.

Mercurii; obliquam tibiam Midas in Phrygia; geminas tibias Marsyas in eadem gente; Lydios modulos Amphion; Dorios Thamyras Thrax; Phrygios Marsyas Phryx; citharam Amphion; ut alii, Orpheus, ut alii, Linus; septem chordis additis, Terpander; octavam Simonides addidit, nonam Timotheus; cithara sine voce cecinit Thamyras primus; cum cantu, Amphion; ut alii, Linus; citharœdica carmina composuit Terpander; cum tibiis canere voce Trœzenius Dardanus instituit. » Hic Thamyras Plinio dicitur, quem paulo post Thamyrim ex Clemente vocat Eusebius, cum Homero. »

(78) *Σάτυρον εὑρεῖν τὸν Φρύγα.* Sequebatur in Græco Eusebii, τρίχορδον δὲ ὁμοίως καὶ τὴν διάτονον ἁρμονίαν Ἄγνην, τὸν καὶ αὐτὸν Φρύγα. Trapezuntius hæc tribuit Marsyæ cum mixophrygia harmonia, de qua paulo post, vertitque: « Marsyam Phrygem trichordum diatonamque harmoniam et mixophrygiam. » Sed abest ab Eusebio illud, καθάπερ Φρύγιον ἁρμονίαν. Plinius Marsyæ Phrygi modulos Phrygios acceptos refert. Pollux autem lib. IV, c. 9: Μονόχορδον δὲ, Ἀράβων τὸ εὕρημα· τρίχορδον δὲ, ὅπερ Ἀσσύριοι πανδοῦραν ὠνόμαζον. Ἐκείνων δ' ἦν τὸ εὕρημα. Suidas, Ὄλυμπος, Μύσὸς αὐλητὴς, ἡγεμὼν γενόμενος τῆς κρουματικῆς μουσικῆς διὰ τῶν αὐλῶν. At Olympum alterum juniorem Phrygem facit. Exstat Olympi, ut musici insignis, nomen apud Basilium, orat. *Πρὸς νέους*· Εἰ δὲ τὰ Μαρσύου, ἢ τὰ Ὀλύμπου D τῶν Φρυγῶν περιειργάζοντο κρούματα. « Quod si Marsyæ, vel Olympi, Phrygum musicorum, modos tentare voluissent. » Olympium perperam interpres et *Historicum dictionarium* scribunt. COLLECT.

(79) *Τρίχορδον δὲ ὁμ... τὸν Φρύγα.* Hæc Sylburgius ex Eusebio restituit, quæ negligentes librarii in Clementis codicibus propter Φρύγα repetitum omisisse videntur.

(80) *Ἄγνην.* Ἄγγιν cod. Joan. Sed Ὑαγνιν restituendum esse indicarunt Palmerius *Exercit. in Chron. marm. Arundel.*, p. 687, et Worthius, *Not. ad Tatian.*, p. 6. Plutarchus lib. *De musica*: Κρούματα Ὄλυμπον πρῶτον εἰς τοὺς Ἕλληνας κομίσαι· Ὑαγνιν δὲ πρῶτον αὐλῆσαι, εἶτα τὸν τούτου υἱὸν Μαρσύαν, εἶτα Ὄλυμπον.

(81) *Θάμυριν.* Ita quoque Eusebius. Plinius vero lib. VII: « Lydios modulos Amphion, Dorios Thamyras Thrax. » Paulo post, *τρίκροτον*, delet Brodæus, corrigitque ex Eusebio τρίκωπον, id est, τρίκαλμον, lib. I *Miscell.*, c. 19. COLLECT.

C (82) *Σιδονίους.* Σιδωνίους Euseb., ubi mox τρίκωπον ναῦν, quod sequitur Brodæus loco citato. SYLB. — Sed τρίκροτον æque in usu est.

(83) *Σεμιράμεως βασιλέως Αἰγυπτίων.* Ex Eusebio lege βασιλίδος Ἀσσυρίων. Cum Eusebiana lectione consonant *Excerpta* ms. *Palatinæ* bibliothecæ, nisi quod habent, Ἰατρικὴν δὲ, Ἄπιν Αἰγύπτιον· εἶτα μετὰ ταῦτα Ἀσκλήπ. Dein, Τέλμης pro Κέλμις. Tum Δέλλας δὲ ἄλλοι Ἰδ. pro ὁ δὲ ἄλλος Ἰδ. Mox, Ἰλλυριχοὶ pro Ἰλλύριοι. Dein, Κάδμος δ' ὁ Φοιν. λιθοτομίαν τε ... Mox, περὶ τὸ Πάγγαιον ὄρος. Dein, Καρχηδόνιοι δὲ πρῶτοι. Tum, Βόσπορος αὐτόχθων pro Βόσπ. αὐτοσχέδιον. Mox, νῦν δὲ Νωρικὸν, κατειργ. Dein, τὴν ἰδίαν ἁρμονίαν pro τὴν Λύδιον ἁρμονίαν. Dein, Περσῶν βασιλίδα pro Περσῶν βασιλεύσασαν. Denique, ἔτι τε καὶ Ἀντιφ. pro ἔτι τε Ἀντιφ. SYLBURG. — Eusebius, Σεμιράμεως, βασιλίδος Ἀσσυρίων, « reginæ Assyriorum. » Sed ut præstent operas mutuas, quod est apud Eusebium, Θεόφραστος Ἐφέσιος, ex Clemente corrigendum est. Diogenes enim Eresium fuisse Theophrastum Aristotelis discipulum, auctor est. Σκάμμων, demum dicitur ab Eusebio Mitylenæus ille. COLLECT.

(84) *Πρώτην ἐπιστολὰς σ.* Hæc Clemens a Tatiano didicisse videtur. Hic enim pag. 5 hæc dicit: Καὶ ἐπιστολὰς συντάξαι ἡ Περσῶν ποτε ἡγησαμένη γυνὴ, καθάπερ φησὶν Ἑλλάνικος· Ἄτοσσα δὲ ὄνομα αὐτῇ. « Atossæ feminæ, quæ Persis olim imperavit, Hellanico teste, epistolarum compositio debetur. » Non quod illa primum epistolas scripserit, ut plerumque existimabant post Tatiani et Clementis interpretes viri eruditi, sed quod certam tabularum epistolicarum formam docuerit. Conf. Dodwellus præfat. ad libellum *De ætate Phalarjdis et Pythagoræ.*

(85) *Σκάμων.* Σκάμμων Euseb. Σκάμων Athenæus lib. XV, cap. 7: *Σκάμων δ' ἐν πρώτῳ* Περὶ εὑρημάτων. « Scamo autem libro primo *De rerum inventoribus.* » Σκάμων apud Suidam etiam occurrit.

(86) *Ἐρέσσιος.* Ἐφέσιος Euseb., ubi Vigerus ait: « Legendum Ἐφέσιος. Sic enim apud Diogenem Laertium legitur: et Stephanus *De urbibus*, Ἔρεσος, inquit, πόλις ἐν Λέσβῳ, ἐξ ἧς Θεόφραστος, Ἀριστοτέλους γνώριμος καὶ διάδοχος. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐφέσιος, καὶ Ἐρεσσεύς. »

quibus, in studiis et rebus exercendis, Græci magnam accepere utilitatem. Si quis autem vocem reprehendit barbaram : « Mihi » autem, inquit Anacharsis, « omnes Græci Scythice loquuntur. » Is autem erat, qui apud Græcos in admiratione est habitus, qui dixit : « Mihi indumentum est læna; cœna, lac et caseus. » Vides barbaram philosophiam, quæ facta, non verba profitetur. Apostolus autem dicit :« Sic et vos per linguam, si non recte significantem vocem dederitis, quomodo cognoscetur, quod dicitur? eritis enim in aerem loquentes. Tot, verbi gratia, genera linguarum sunt in mundo, et nihil est vocis expers. Si ergo non novero vim vocis, ero loquenti barbarus, et loquens mihi barbarus. » Et, « qui loquitur lingua, oret ut interpretetur[a]. » Quin et sero ad Græcos accessit componendarum orationum doctrina, et scriptura. Et Alcmæon quidem, Perithi filius, Crotoniata, primus librum scripsit de natura. Alii autem Anaxagoram, Hegesibuli filium, Clazomenium, primum librum scriptum edidisse referunt. Modos autem poematibus primus ✠ adjecit, et Lacedæmoniorum leges numerosis versibus scripsit Terpander Antissæus. Dithyrambum autem excogitavit Lassus Hermioneus; hymnum Stesichorus Himeræus, choream Alcman Lacedæmonius; amatoria Anacreon Teius; ὑπόρχησιν (id est, canticum ad saltandum accommodatum) Pindarus Thebanus. Et νόμους quos vocant, primos cecinit in choro et cithara Timotheus Milesius. Jam vero iambum quidem excogitavit Archilochus Parius; claudum autem iambum Hipponax Ephesius. Et tragœdiam quidem Thespis Atheniensis, comœdiam autem Sisarion Icaricus. Tempora horum tradunt grammatici. Longum autem fuerit ea accurate describere, cum ipse mox ostendatur Dionysius, nempe Bacchus, propter quem celebrantur et Dionysia et spectacula, esse Moyse posterior. Aiunt autem quæ in schola fiunt orationes, et rhe-

ρος εὑρετικῆς καὶ βιωφελοῦς φύσεως (87)· παρ' ὧν Ἕλληνες τὰ ἐπιτηδεύματα ὠφέληνται (88). Εἰ δέ τις τὴν φωνὴν διαβάλλει τὴν βάρβαρον, « Ἐμοὶ » δέ, φησὶν ὁ Ἀνάχαρσις, « πάντες Ἕλληνες Σκυθίζουσιν. » Οὗτος ἦν ὁ παρ' Ἕλλησι θαυμασθείς, ὁ φήσας, « ἐμοὶ περίβλημα (89) χλαῖνα· δεῖπνον, γάλα, τυρός. » Ὁρᾷς φιλοσοφίαν βάρβαρον, ἔργα (90) ἐπαγγελλομένην, οὐ λόγους. Ὁ δὲ Ἀπόστολος οὕτω φησίν· « Καὶ ὑμεῖς (91) διὰ τῆς γλώσσης ἐὰν μὴ εὔστημον λόγον δῶτε, πῶς γνωσθήσεται τὸ λαλούμενον; ἔσεσθε γὰρ εἰς ἀέρα λαλοῦντες. Τοσαῦτα, εἰ τύχοι, γένη φωνῶν εἰσιν (92) ἐν κόσμῳ, καὶ οὐδὲν ἄφωνον. Ἐὰν οὖν μὴ εἰδῶ τὴν δύναμιν τῆς φωνῆς, ἔσομαι τῷ λαλοῦντι βάρβαρος, καὶ ὁ λαλῶν ἐμοὶ βάρβαρος. » Καί, « Ὁ λαλῶν (93) γλώσσῃ προσευχέσθω, ἵνα διερμηνεύῃ. » Ναὶ μὴν οὐδέ ποτε εἰς Ἕλληνας ἡ τῶν λόγων παρῆλθε διδασκαλία τε καὶ γραφή. Ἀλκμαίων γοῦν ὁ Περίθου, Κροτωνιάτης, πρῶτος φυσικὸν λόγον συνέταξεν. Οἱ δὲ Ἀναξαγόραν Ἡγησιβούλου, Κλαζομένιον, πρῶτον διὰ γραφῆς ἐκδοῦναι βιβλίον ἱστοροῦσι. Μίλος τε αὖ πρῶτος περιέθηκε τοῖς ποιήμασι, καὶ τοὺς Λακεδαιμονίων νόμους ἐμελοποίησε Τέρπανδρος ὁ Ἀντισσαῖος. Διθύραμβον δὲ ἐπενόησεν Λάσσος (94) Ἑρμιονεύς· ὕμνον Στησίχορος Ἱμεραῖος· χορείαν Ἀλκμὰν Λακεδαιμόνιος· τὰ ἐρωτικὰ Ἀνακρέων Τήϊος· ὑπόρχησιν Πίνδαρος Θηβαῖος· νόμους τε πρώτους ἦσεν (95) ἐν χορῷ καὶ κιθάρᾳ Τιμόθεος ὁ Μιλήσιος. Ναὶ μὴν ἴαμβον μὲν ἐπενόησεν Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος· χωλὸν δὲ ἴαμβον Ἱππώναξ ὁ Ἐφέσιος· καὶ τραγῳδίαν μὲν Θέσπις ὁ Ἀθηναῖος, κωμῳδίαν δὲ Σικυωνίων (96) ὁ Ἰκαριεύς. Τοὺς χρόνους τούτων παίδες παραδίδασι γραμματικῶν· μακρὸν δ' ἂν εἴη τούτους ἀκριβολογούμενον παραθέσθαι, αὐτοῦ δεικνυμένου τοῦ Διονύσου, δι' ὃν καὶ Διονύσια καὶ θέα (97), μεταγενεστέρου Μωϋσέως, ἢ αὐτίκα μάλα. Φασὶ δὲ καὶ τοὺς κατὰ διατριβὴν λόγους καὶ τὰ ῥητορικὰ ἰδώματα εὑρεῖν, καὶ μισθοῦ συνηγορῆσαι πρῶτον δικανικὸν λόγον εἰς ἔκδοσιν (98)

[a] 1 Cor. xiv, 9, 10, 11, 13.

✠ P. 365 ED. POTTER, 308-309 ED. PARIS.

(87) *Εὑρετικῆς καὶ βιωφελοῦς φύσεως.* Excerpta ms. brevius εὑρετικῆς βιωφελείας. Sylburg.

(88) *Ὠφέληνται.* Hactenus verba Clementis recitavit Eusebius.

(89) *Ἐμοὶ περίβλ.* In epistola Anacharsidis ad Hannonem inter epistolas Genevæ editas pag. 349 hoc effatum sic se habet : Ἐμοὶ μὲν περίβλημα, χλαῖνα Σκυθική· ὑπόδημα, δέρμα ποδῶν· κοίτη δὲ, πᾶσα γῆ· δεῖπνον καὶ ἄριστον, γάλα καὶ τυρὸς, καὶ κρέας ὀπτόν· πεῖν, ὕδωρ. Cicero *Tuscul. quæst.* v, cap. 32 : « Illius (Anacharsidis) epistola fertur his verbis : Anacharsis Hannoni salutem. Mihi amictui est Scythicum tegmen; calceamentum, solorum callum; cubile, terra; pulpamentum, fames; lacte, caseo, carne vescor. »

(90) *Ἔργα.* Similia superius dixit *Pædagogi* initio.

(91) *Ὁ δὲ Ἀπόστολος οὕτω φησί· Καὶ ὑμ.* Rectius sic distinguendum, ὁ δὲ Ἀπόστολος, Οὕτω, φησὶ, καὶ ὑμ. Nam οὕτω Pauli vox est. Quod Latine expressimus.

(92) *Εἰσὶν.* Ἐστὶν, apud Paulum. Mox, οὐδὲν αὐτῶν ἄφωνον. Dein, ὁ λαλῶν, ἐν ἐμοὶ βάρβαρος. Ibid.

(93) *Καὶ ὁ λαλ.* Scribe, καὶ, Ὁ λαλῶν, nam καί Clementis vox est. Quod Latine expressimus.

(94) *Λάσσος.* Lassum vocat etiam Tzetzes, Prolegomenis ad Lycophronem; Τάσσον mendose Stobæus serm. 27, pro Λάσσον. Sed Λάσσον cum simplici σ eum appellat Diogenes Laertius I. I, seg. 42; anonymus in descriptione Olympiadum, Olymp. LVIII; Aristophanis scholiastes ad *Vespas*, et ex eo Suidas, v. Λάσος, ubi de eo hæc refert : Πρῶτος δὲ οὗτος περὶ μουσικῆς ἔγραψε λόγον, καὶ διθύραμβον εἰς ἀγῶνα εἰσήγαγε, καὶ τοὺς ἐριστικοὺς εἰσηγήσατο λόγους. « Scripsit primus librum de musica; idemque auctor aliis fuit, ut dithyrambo certarent; et contentiosum dicendi genus in usum introduxit. » Conf. idem v. Κυκλιοδιδάσκαλος.

(95) *Πρώτους ἦσε.* Forte πρῶτος ἦσε, « primus cecinit. » Sylburg.

(96) *Σισαρίων.* Scribendum potius Σουσαρίων· quem primum Comœdiæ inventorem apud Athenienses fuisse, testantur etiam Diomedes scholasticus et vetus auctor in proœmiis Aristophani præmissis. Eumdemque ante Pisistrati tempora comœdiam invenisse, ex marmore Arundeliano constat.

(97) *Διονύσια καὶ θέα.* Forte Διονύσια ἡ θέα, ut sit : « ob quem et Dionysia dictum id spectaculum, » seu ii ludi. Sylburg.

(98) *Εἰς ἔκδοσιν.* Antiquiores advocati orationes a se compositas tradebant reis ac litigantibus, qui pro se eas pronuntiabant. Qualis ea fuit, quam a Lysia oblatam Socrates recusavit. Cicero *De ora-*

γραψάμενον Ἀντιφῶντα Φύλου (99), Ῥαμνούσιον, ὡς φησὶ Διόδωρος. Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Κυμαῖος πρῶτος τοῦ κριτικοῦ εἰσηγήσατο τοὔνομα, καὶ γραμματικὸς προσηγορεύθη. Ἔνιοι δὲ Ἐρατοσθένη τὸν Κυρηναῖόν φασιν· ἐπειδὴ ἐξέδωκεν οὗτος βιβλία δύο, « Γραμματικὰ » ἐπιγράψας. Ὠνομάσθη δὲ γραμματικὸς, ὡς νῦν ὀνομάζομεν, πρῶτος Πραξιφάνης Διονυσοφάνους, Μιτυληναῖος. Ζάλευκός τε ὁ Λοκρὸς πρῶτος ἱστόρηται νόμους (1) θέσθαι· οἱ δὲ, Μίνω τὸν Διὸς ἐπὶ Λυγκέως. Οὗτος μετὰ Δαναὸν (2) γίνεται, ἑνδεκάτῃ (3) ἀνωθεν ἀπὸ Ἰνάχου καὶ Μωϋσέως γενεᾷ, ὡς ὀλίγον ὑποβάντες δείξομεν. Λυκοῦργος δὲ μετὰ πολλὰ τῆς Ἰλίου ἁλώσεως γεγονὼς ἔτη, πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων ἔτεσιν ἑκατὸν πεντήκοντα (4) νομοθετεῖ Λακεδαιμονίοις· Σόλωνος γὰρ τοὺς χρόνους προειρήκαμεν. Δράκων δὲ, ὁ καὶ αὐτὸς νομοθέτης, περὶ τὴν τριακοστὴν καὶ ἐννάτην Ὀλυμπιάδα γεγονὼς εὑρίσκεται. Ἀντίλοχος δὲ αὖ, ὁ τοὺς ἱστορας πραγματευσάμενος ἀπὸ τῆς Πυθαγόρου ἡλικίας ἐπὶ τὴν Ἐπικούρου τελευτὴν, γαμηλιῶνος δὲ δεκάτῃ ἱσταμένου γενομένην, ἔτη φέρει τὰ πάντα τριακόσια δώδεκα. Ἔτι φασὶ τὸ ἡρῷον (5) τὸ ἑξάμετρον Φανοθέαν, τὴν γυναῖκα Ἰκα-

A

B

C

D

✠ P. 366 ED. POTTER.

toricas proprietates invenisse, et mercede advocatum fuisse, ac primum judicialem orationem alteri tradendam conscripsisse Antiphontem, Phyli filium, Rhamnusium, ut dicit Diodorus. Apollodorus autem Cumanus, primus critici nomen suscepit, et appellatus est grammaticus; nonnulli autem dicunt Eratosthenem Cyrenæum, quoniam is duos edidit libros, quos inscripsit *Grammaticos*. Nominatus autem est Grammaticus, ut nunc dicimus, primus Praxiphanes, Dionysophanis filius, Mitylenæus. Zaleucus vero Locrus primus scribitur leges tulisse : alii autem dicunt Minoem, filium Jovis, Lyncei tempore. Is fuit post Danaum, ✠ undecima generatione ab Inacho et Moyse, ut paulo inferius ostendemus. Lycurgus autem, qui fuit multis annis post Trojam captam, centum et quinquaginta annis ante Olympiades tulit leges Lacedæmoniis. Solonis vero tempus prius diximus. Dracon autem, qui ipse quoque fuit legislator, invenitur fuisse circa tricesimam nonam Olympiadem. Antilochus autem, qui scripsit de omnibus viris doctis a Pythagoræ ætate usque ad mortem Epicuri, quæ fuit decimo Gamelionis, complectitur totos annos trecentos duode-

*ture*, lib. I : « Quinetiam cum ei (*Socrati*) scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam, si ei videretur, ediscere, ut ea pro se in judicio uteretur, non invitus legit, et commode scriptam esse dixit; sed, inquit, ut si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quamvis essent habiles, et apti ad pedem, quia non essent viriles; sic illam orationem disertam sibi et oratoriam videri, fortem et virilem non videri. »

(99) *Φύλου*. Scribe Σωφίλου, vel Σοφίλου. Erat enim Antiphon Sophili filius. Suidas, Ἀντιφῶν Σωφίλου, Ἀθηναῖος, τὸν δῆμον Ῥαμνούσιος· διδάσκαλος δὲ αὐτοῦ οὐδεὶς προγινώσκεται· ἀλλ' ὅμως ἦρξε τοῦ δικανικοῦ λόγου μετὰ Γοργίαν. « Antiphon, Sophili filius, Athenieusis, pago Rhamnusius; cujus magister quidem ignoratur, sed tamen post Gorgiam ejus dicendi generis, quod in causis forensibus versatur, auctor fuit. » Philostratus *De vitis Sophistarum* lib. I, cap. 15, pag. 498 : Ῥητορικὴν δὲ τὸν Ἀντιφῶντα, οἱ μὲν οὐκ οὖσαν εὑρεῖν, οἱ δ' εὑρημένην αὐξῆσαι· γενέσθαι τε αὐτὸν οἱ μὲν αὐτομαθῶς σοφὸν, οἱ δὲ ἐκ πατρός· πατέρα δέ φασιν αὐτῷ Σόφιλον. « Artem autem oratoriam, nondum exstantem quidam Antiphonta invenisse, alii vero inventam auxisse aiunt. Nonnullique, nemine instituente, doctum evasisse, pars a patre eruditum referunt. Patrem autem Sophilum illi fuisse aiunt. » Conf. Plutarchus *Vit. x Rhetorum* p. 832 ; Photius *Bibliothec.* p. 1452.

(1) *Νόμους*. Sc. Scriptos. Strabo de Locrensibus : Πρῶτοι δὲ νόμοις ἐγγράπτοις πεπιστευμένοι εἰσί. « Primis leges scriptæ concreditæ sunt. » Marcianus Heracleotes :

. . . . *Οἱ δὲ λεγόμενοι*
*Ἐπιζεφύριοι, πλησίον κεῖνται Λοκροί.*
*Τούτους δὲ πρώτους φασὶ χρήσασθαι νόμοις*
*Γραπτοῖσιν, οὓς Ζάλευκος ὑπεθέσθαι δοκεῖ.*

. . . . *Qui dicti sunt*
*Epizephyrii, prope jacent Locri.*
*Hos autem primos aiunt legibus usos fuisse*
*Scriptis, quas Zaleucus illis subjecisse fertur.*

(2) *Μίνω τὸν Διὸς ἐπὶ Λυγκέως· οὗτος μετὰ Δαναόν*. Loci hujus restitutio debetur Paulo Leopardo, qui *Emendationum* lib. II, c. 11, ex Eusebii *Chronico* lectionem suam petiit. Flor. edit. corrupte sic habet, Μίγοτον διότι πιλυγκέως· οὗτος μὲν Δαναὸν. . . et corruptius interpres, « Menotum filium Diosepilyncei. » Nostram et Leopardi lectionem confirmat chronologia Clementis infra, p. 138. Sylb. — Eamdem emendationem firmat etiam ille, a quo Clemens hæc sumpsisse videtur, Tatianus, *Orat. ad Græcos*, cap. 65, p. 140, edit. Oxon.: Μίνως γὰρ, ὁ πάσης προσχεῖν νομισθεὶς σοφίας, ἀγχινοίᾳ τε καὶ νομοθεσίᾳ, ἐπὶ Λυγκέως, τοῦ μετὰ Δαναὸν βασιλεύσαντος, γέγονεν, ἑνδεκάτῃ γενεᾷ μετὰ Ἴναχον. Λυκοῦργος δὲ πολὺ γεννηθεὶς μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν, πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων ἔτεσιν ἑκατὸν νομοθετεῖ Λακεδαιμονίοις. Δράκων δὲ περὶ Ὀλυμπιάδα τριακοστὴν καὶ ἐννάτην εὑρίσκεται γεγονὼς, Σόλων περὶ μ', Πυθαγόρας περὶ ξθ'. « Minos igitur, qui omni genere sapientiæ excellere visus est, et ingenio clarus, et legibus latis, sub Lynceo, qui post Danaum regnavit, undecima post Inachum ætate floruit. Lycurgus multo post Ilii captivitatem natus, annis centum ante Olympiades Lacedæmoniis leges præscripsit. Draco circiter tricesimam nonam Olympiadem nascitur, Solon circa quadragesimam, Pythagoras circa sexagesimam secundam. »

(3) *Ἑνδεκάτῃ*. Hervetus interpres legit ἐν δεκάτῃ, « in decima generatione. » Sylburg.

(4) *Ἑκατὸν πεντήκοντα*. Tatianus, loco jam memorato, ἑκατόν habet. Itaque deesse in Tatiano « quinquaginta » annos, putavit Jos. Scaliger, in *Chronicum* Eusebii scribens, ad annum ab Abrahamo MCXXXII. Econtra vero adnotat ad Tatianum Fronto Ducæus, « eumdem ex Clemente p. 328 Dieuchidam citasse : Διευχίδας γὰρ ἐν τετάρτῳ Μεγαρικῶν περὶ τὸ διακοσιοστὸν ἐνενηκοστὸν ἔτος ὕστερον τῆς Ἰλίου ἁλώσεως τὴν ἀκμὴν Λυκούργου φέρει · natalem anno MCXXV ab Abrahamo, qui tantum quinquennio distat ab anno MCXXX, in quo Eusebii *Chronicum* vult Lycurgum floruisse; ut Tatiani lectio, quæ centum annis tantum vult eum præcessisse Olympiades, eum refert ad annum MCLXI. Denique, apud Eusebium lib. x *De præpar. Evangel.*, cap. 3, pag. 291 eodem modo legitur, πολὺ μετὰ τὴν Ἰλίου γεννηθεὶς ἅλωσιν πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων ἔτεσιν ἑκατόν. Itaque nihil est necesse, ut annos illos quinquaginta textui Tatiani adjungamus. » Hæc ille.

(5) *Ἡρῷον*. De heroi inventione meminit etiam

ɾim. Præterea aiunt Phanotheam, Icarii uxorem, invenisse heroicum hexametrum; alii vero Themin, unam ex Titanidibus. Didymus autem, in libro *De philosophia Pythagorica*, refert Theano Crotoniatidem, primam ex mulieribus esse philosophatam et scripsisse poemata. Græca itaque philosophia, ut aliqui quidem, casu utcunque et obscure veritatem, sed non omnem assequitur; ut alii autem volunt, instituta est a diabolo. Nonnulli autem universam philosophiam quasdam potestates e cœlo delapsas inspirasse existimant. Quod si non comprehendit quidem Græca philosophia veritatis magnitudinem, et est adhuc imbecilla ad mandata Domini exsequenda, at maxime regali quidem doctrinæ viam præparat, utcunque castigans, et mores prius formans, et ad suscipiendam veritatem B confirmans eum qui opinatur esse Providentiam.

Φασὶ δὲ καὶ τὴν Φανοθέαν, Ἰκαρίου γυναῖκα, Α ρίου, οἱ δὲ, Θέμιν, μίαν τῶν Τιτανίδων, εὑρεῖν. Δίδυμος δ' ἐν τῷ *Περὶ Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας* Θεανὼ τὴν Κροτωνιάτιν πρώτην γυναικῶν φιλοσοφῆσαι καὶ ποιήματα γράψαι, ἱστορεῖ. Ἡ μὲν οὖν Ἑλληνικὴ φιλοσοφία, ὡς μέν τινες, κατὰ περίπτωσιν ἐπήβολος τῆς ἀληθείας ἀμηχέπη, ἀμυδρῶς τε, καὶ οὐ πάσης, γίνεται· ὡς δὲ ἄλλοι βούλονται, ἐκ τοῦ διαβόλου τὴν κίνησιν ἴσχει. Ἔνιοι δὲ δυνάμεις τινὰς ὑποβεβηκυίας ἐμπνεῦσαι τὴν πᾶσαν φιλοσοφίαν ὑπειλήφασιν. Ἀλλ' εἰ μὲν μὴ καταλαμβάνει (6) ἡ Ἑλληνικὴ φιλοσοφία τὸ μέγεθος τῆς ἀληθείας, ἔτι δὲ ἐξασθενεῖ πράττειν τὰς κυριακὰς ἐντολὰς, ἀλλ' οὖν γε προκατασκευάζει τὴν ὁδὸν τῇ βασιλικωτάτῃ διδασκαλίᾳ, ἀμηχέπη σωφρονίζουσα, καὶ τὸ ἦθος προτυποῦσα, καὶ προστύφουσα εἰς παραδοχὴν τῆς ἀληθείας τὴν Πρόνοιαν δοξάζοντα.

## CAPUT XVII.

*De illo dicto Salvatoris : « Omnes qui me præcesserunt fures erant et latrones. »*

At, inquiunt, scriptum est, « Omnes qui fuerunt ante adventum Domini, sunt fures et latrones [a]. » Omnes ergo, qui in Logo sunt (hi autem sunt etiam, qui fuerunt ante susceptam a Logo carnem), exaudiuntur generaliter. Sed prophetæ quidem, ut qui a Domino fuerunt missi et inspirati, non erant fures, sed ministri. Dicit itaque Scriptura : « Misit sapientia servos suos, convocans cum alto præconio in craterem vini [b]. » Philosophia autem non missa est a Domino, sed venit, inquit, furto surrepta, vel a fure donata. Aliquis C igitur, sive potestas, sive angelus, qui veritatis ali-

Ναί, φασὶν, γεγράφθαι, « Πάντας (7) οἱ πρὸ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου κλέπται εἰσὶ καὶ λῃσταί. » Πάντες μὲν οὖν οἱ ἐν Λόγῳ (οὗτοι δὴ οἱ πρὸ τῆς τοῦ Λόγου σαρκώσεως), ἐξακούονται καθολικώτερον. Ἀλλ' οἱ μὲν προφῆται, ἅτε ἀποσταλέντες καὶ ἐμπνευσθέντες ὑπὸ τοῦ Κυρίου, οὐ κλέπται, ἀλλὰ διάκονοι. Φησὶ γοῦν ἡ Γραφή· « Ἀπέστειλεν ἡ σοφία (8) τοὺς ἑαυτῆς δούλους, τυγκαλοῦσα μετὰ ὑψηλοῦ κηρύγματος ἐπὶ κρατῆρα οἴνου. » Φιλοσοφία δὲ οὐκ ἀπεστάλη ὑπὸ Κυρίου, ἀλλ' ἦλθε, φησὶ, κλαπεῖσα, ἢ παρὰ κλέπτου δοθεῖσα· εἴτ' οὖν δύναμις, ἢ ἄγγελος (9), μαθών τι τῆς ἀληθείας, καὶ μὴ κατα-

[a] Joan. x, 8. [b] Prov. ix, 3.

Plutarchus lib. *Περὶ τοῦ μὴ χρῆν ἔμμετρα τὴν πυθίαν*, p. 621. Ἔνιοι δὲ καὶ πρώτον φασιν ἡρῷον ἐνταῦθα (nempe ἐν τῷ τῶν Μουσῶν ἱερῷ) μέτρον ἀκουσθῆναι· Συμφέρετε πτερὰ οἰωνοί, κηρόν τε μέλισσαι. H. Stephan.

(6) *Εἰ μὲν μὴ καταλ.* H. ms. εἰ καὶ καταλαμβ. Sylburg.

(7) *Πάντες.* Respicit Christi dictum, Joan. x, 8: Πάντες, ὅσοι πρὸ ἐμοῦ ἦλθον, κλέπται εἰσὶ καὶ λῃσταί· ἀλλ' οὐκ ἤκουσαν αὐτῶν τὰ πρόβατα. Conf. quæ adnotata sunt ad principium *Strom.* II.

(8) *Ἡ σοφία.* Adjectum est ex præcedente com. Mox οἴνου abest a Proverb.

(9) *Ἄγγελος.* Clemens superius memoravit, nonnullos fuisse, qui diabolum philosophiæ auctorem existimarent, *Strom.* I, cap. 16, sublinem. Putarunt enim e veteribus non pauci, angelos malos sive feminarum amore captos, sive ut homines in errores traherent, varias illis artes ac disciplinas revelasse. Tatianus *Orat. ad Græc.*, p. 28, 29 : Ὑπόθεσις δὲ αὐτοῖς τῆς ἀποστασίας οἱ ἄνθρωποι γίνονται. Διάγραμμα γὰρ αὐτοῖς ἀστροθεσίας ἀναδείξαντες, ὥσπερ οἱ τοῖς κύβοις παίζοντες, τὴν εἱμαρμένην εἰσηγήσαντο λίαν ἄδικον. « Defectionis occasio ipsis et scopus sunt homines. Figuras enim positionis siderum hominibus ostendentes, tanquam in tesserarum ludo, fatum, rem prorsus iniquam, introduxerunt. » Hermias philosophus cum Tatiano editus, p. 213, 214 : Δοκεῖ γάρ μοι (σοφία) τὴν ἀρχὴν εἰληφέναι ἀπὸ τῆς τῶν ἀγγέλων ἀποστασίας· « Videtur enim mihi sapientia ab angelorum defectione principium habuisse. » Tertullianus *Apolog.* cap. 35 : « Qui astrologos, et aruspices, et augures, et magos de Cæsarum capite consultant, quas artes, ut ab angelis desertoribus proditas, et a Deo interdictas, ne suis quidem causis adhibent Christiani. » Idem *De idololatr.* cap. 9. « Angelos esse illos desertores, amatores feminarum, proditores hujus curiositatis (astrologiæ), proinde quoque damnatos a Deo. » Idem *De cultu femin.* lib. I, cap. 2 : « Nam et illi, qui ea constituerunt, damnati in pœnam mortis deputantur : illi scilicet angeli, qui ad filias hominum de cœlo ruerunt, ut hæc quoque ignominia feminæ accedat. Nam et cum materias quasdam bene occultas, et artes quasdam non bene revelatas, sæculo multo magis imperito prodidisD sent (siquidem et metallorum opera nudaverant, et herbarum ingenia traduxerant, et incantationum vires provulgaverant, et omnem curiositatem usque ad stellarum interpretationem designaverant), proprie et quasi peculiariter feminis instrumentum istud muliebris gloriæ contulerunt, lumina lapillorum, quibus monilia variantur; et circulos ex auro, quibus brachia arctantur, et medicamenta ex fuco, quibus lanæ colorantur; et illum ipsum nigrum pulverem, quo oculorum exordia producuntur. » Clemens postea *Strom.* V, p. 550 : Οἱ ἄγγελοι ἐκεῖνοι, οἱ τὸν ἄνω κλῆρον εἰληχότες, κατολισθήσαντες εἰς ἡδονὰς, ἐξεῖπον τὰ ἀπόρρητα ταῖς γυναιξὶν, ὅσα τε εἰς γνῶσιν αὐτῶν ἀφῖκτο, κρυπτόντων τῶν ἄλλων ἀγγέλων, μᾶλλον δὲ τηρούντων εἰς τὴν τοῦ Κυρίου παρουσίαν. Conf. *Strom.* VI, p. 693 : *Pædag.*, lib. III, c. 2 extremum, et quæ ibi adnotata sunt. Porro his aliisque hujusmodi opinionibus originem præbuisse videtur Enochi liber supposititius, qui *Spicileg. Patrum* sæc. I a Joan. Grabio editi pag.

μένας ἐν αὐτῇ, ταῦτα ἐνέπνευσε καὶ κλέψας ἐδίδαξεν, οὐχὶ μὴ εἰδότος τοῦ Κυρίου, τοῦ καὶ τὰ τέλη τῶν ἐσομένων πρὸ καταβολῆς τοῦ ἑκαστὸν εἶναι ἐγνωκότος, ἀλλὰ μὴ κωλύσαντος. Εἶχε γάρ τινα ὠφέλειαν τότε ἡ εἰς ἀνθρώπους ἐρχομένη κλοπή, οὐ τοῦ ὠφελομένου τὸ συμφέρον σκοπουμένου, κατευθυνούσης δὲ εἰς τὸ συμφέρον τῆς Προνοίας τὴν ἔκβασιν τοῦ τολμήματος. Οἶδα πολλοὺς ἀδιαλείπτως ἐπιφυομένους ἡμῖν, καὶ τὸ μὴ κωλῦον αἴτιον εἶναι λέγοντας· φασὶ γὰρ αἴτιον εἶναι κλοπῆς τὸν μὴ φυλάξαντα, ἢ τὸν μὴ κωλύσαντα· ὡς τοῦ ἐμπρησμοῦ, τὸν μὴ σβέσαντα τὸ δεινὸν ἀρχόμενον· καὶ τοῦ ναυαγίου, τὸν κυβερνήτην, μὴ στείλαντα τὴν ὀθόνην. Λοιπὸν κολάζονται πρὸς τοῦ νόμου οἱ τούτων αἴτιοι· ᾧ γὰρ κωλῦσαι (10) δύναμις ἦν, τούτῳ καὶ ἡ αἰτία τοῦ συμβαίνοντος προσάπτεται. Φαμὲν δὴ πρὸς αὐτούς, τὸ αἴτιον ἐν τῷ ποιεῖν καὶ ἐνεργεῖν καὶ δρᾷν νοεῖσθαι· τὸ δὲ μὴ κωλῦον, κατά γε τοῦτο ἀνενέργητον εἶναι. Ἔτι τὸ μὲν αἴτιον πρὸς τῇ ἐνεργείᾳ ἐστί· καθάπερ ὁ μὲν ναυπηγὸς πρὸς τὸ γίγνεσθαι τὸ σκάφος· ὁ δὲ οἰκοδόμος πρὸς τὸ ἐκτίσθαι (11) τὴν οἰκίαν· τὸ δὲ μὴ κωλῦον κεχώρισται τοῦ γινομένου· διὰ τοῦτο γοῦν ἐπιτελεῖται, ὅτι τὸ κωλῦσαι δυνάμενον οὐκ ἐνεργεῖ, οὐδὲ κωλύει· τί γὰρ ἐνεργεῖ ὁ μὴ κωλύων; Ἤδη δὲ καὶ εἰς ἀπέμφασιν αὐτοῖς ὁ λόγος χωρεῖ, εἴ γε τῆς τρώσεως, οὐχὶ τὸ βέλος, ἀλλὰ τὴν ἀσπίδα τὴν μὴ κωλύσασαν τὸ βέλος διελθεῖν, αἰτιάσονται· οὐδὲ γὰρ τὸν κλέπτην, ἀλλὰ τὸν μὴ κωλύσαντα τὴν κλοπὴν καταμέμψονται. Καὶ τὰς ναῦς τοίνυν τῶν Ἑλλήνων μὴ τὸν Ἕκτορα ἐμπρῆσαι λεγόντων (12), ἀλλὰ τὸν Ἀχιλλέα· διότι κωλῦσαι τὸν Ἕκτορα δυνάμενος, οὐ κεκώλυκεν· ἀλλ' ὁ μὲν διὰ μῆνιν (ἐπ' αὐτῷ δὲ ἦν (13) καὶ μηνίειν, καὶ μή)· καὶ μὴν οὐκ ἀπεῖρξε τὸ πῦρ, καὶ ἴσως συναίτιος· ὁ δὲ διάβολος, αὐτεξούσιος ὤν, καὶ μετανοῆσαι οἷός τε ἦν (14) καὶ κλέψαι· καὶ ὁ αἴτιος αὐτὸς τῆς κλοπῆς, οὐχ ὁ μὴ κωλύσας Κύριος. Ἀλλ' οὐδ' ἐπιβλαβὴς ἡ δόσις ἦν, ἵνα ἡ κώλυσις παρέλθῃ. Εἰ δὲ χρὴ ἀκριβολογεῖσθαι πρὸς αὐτούς, ἴστωσαν τὸ μὲν μὴ κωλυτικὸν (15), ὅπερ φαμὲν ἐπὶ τῆς κλοπῆς γεγονέναι, μηδ' ὅλως αἴτιον εἶναι· τὸ δὲ κωλυτικὸν ἐνέχεσθαι τῷ τοῦ αἰτίου ἐγκλήματι. Ὁ γὰρ προασπίζων αἴτιός ἐστι τῷ προασπιζομένῳ τοῦ μὴ τιτρώσκεσθαι, κωλύων τὸ τρωθῆναι αὐτόν. Καὶ τῷ Σωκράτει τὸ δαιμόνιον αἴτιον ἦν, οὐχὶ μὴ κω-

A quid didicit, ✠ et in ea non mansit, hæc inspiravit, et furto surrepta docuit; hoc faciens, non quod nescierit Dominus, qui fines eorum, quæ futura sunt, novit ante constitutionem uniuscujusque essentiæ, sed quod non prohibuerit. Tunc enim aliquam habuit utilitatem furtum, quod redibat ad homines, non quod is, qui surripuit, utile sibi proponeret, sed Providentia ad utile dirigeret istius facinoris eventum. Scio multos in nos assidue insurgere, et id, quod non prohibet, causam esse dicere. Furti enim causam esse dicunt **134** eum, qui non servavit, vel eum, qui non prohibuit: quemadmodum incendii, eum, qui ignem non exstinxit incipientem; et naufragii, gubernatorem, qui velum non contraxerit. Jam vero puniuntur a lege, qui horum B causæ sunt: nam in cujus potestate erat situm prohibere, in eum ejus, quod accidit, culpa confertur. Ad hos autem dicimus, quod in faciendo, operando, et agendo, causa cognoscatur: id autem, quod non prohibet, hoc ipso remotum est ab operatione. Præterea causa quidem versatur in operatione; quemadmodum navis ædificator in fabricanda scapha; domus autem ædificator, in ædis constructione: id autem, quod non prohibet, ab eo, quod fit, separatum est. Propterea ergo perficitur, quod id, quod potest prohibere, non operatur, nec prohibet. Quid enim operatur, qui non prohibet? Jam vero ad absurdum quoque redit id, quod ab eis dicitur: siquidem vulneris causam esse dicent, non telum, sed clypeum, qui non prohibuit, C quominus telum pervaderet. Neque igitur furem, sed eum, qui furtum non prohibuit, reprehendent. Alioqui Græcorum quoque naves non Hectorem dicant combussisse, sed Achillem; quoniam cum prohibere posset Hectorem, non prohibuit. Sed ille quidem propter iram (in ejus autem potestate erat irasci, vel non irasci), et ignem non prohibuit, et forte adjuvans causa fuit: diabolus autem cum liberum ✠ haberet arbitrium, et duci posset pœnitentia et furari, ipse quoque furti causa est, non autem Dominus, qui non prohibuit. Sed nec noxium erat donum, ut accederet prohibitio. Quod si accurate adversus eos agendum est, sciant id quidem, quod non prohibet, quod in furto factum esse di-

✠ P. 367-368 ED. POTTER, 310-311 ED. PARIS.

350, de quodam lapso angelo hæc continet: Ἐδίδαξε γὰρ τὰ μυστήρια, καὶ ἀπεκάλυψε τῷ αἰῶνι τὰ ἐν οὐρανῷ· ἐπιτηδεύουσι δὲ τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ, εἰδέναι τὰ μυστήρια, τολμῶσιν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. « Secreta palam fecit, et ista, quæ in cœlis occlusa erant, sæculo revelavit. Genium ejus student assequi, et arcana quæque perscrutari non verentur filii hominum. » Sequuntur hac de re alia non pauca, quæ perscribere nimis longum esset.

(10) ὯΙ γὰρ κωλῦσαι. Paulus J. C. in l. *Nullum*, 109, de regul. Juris; et l. *Culpa* 50, eodem. R. Infra eadem disputatio repetitur, p. 333. SYLBURG.

(11) Ἐκτίσθαι. F. rectius κτίζεσθαι, præs. tempore, ut in præced. membro γίγνεσθαι. SYLBURG.

(12) Λεγόντων. Imperative dictum pro λεγέτωσαν, « dicant. » SYLBURG.

(13) Ἦν. A. cum Herveto interprete negative legit οὐκ ἦν, « in ejus potestate non erat. » Qua additione non video quid opus sit: nemo enim coge- D bat Achillem vel irasci, vel non irasci: sed utrumque in ejus arbitrio erat positum. SYLBURG.

(14) *Μετανοῆσαι οἷός τε ἦν.* Eamdem sententiam postea defendisse Origenem, Clementis discipulum, satis notum est.

(15) *Τὸ μὲν μὴ κωλυτ.* Similia dicit infra *Strom.* IV, p. 508 et *Strom.* VIII p. 784, 785: Τὸ μὴ κωλῦον ἀνενέργητόν ἐστιν· διὸ οὐκ ἔστιν αἴτιον τὸ μὴ κωλῦον, ἀλλὰ τὸ κωλῦον· ἐν γὰρ τῷ ἐνεργεῖν καὶ δρᾷν τι τὸ αἴτιον νοεῖται. Ἔτι τὸ μὴ κωλῦον κεχώρισται τοῦ γινομένου· τὸ δὲ αἴτιον πρὸς τὸ γινόμενον. Οὐκ ἂν οὖν εἴη αἴτιον τὸ μὴ κωλῦον. « Id, quod non prohibet, non operatur: quocirca non est causa id, quod non prohibet, sed id, quod prohibet; nam in agendo et operando causa dicitur. Præterea quod non prohibet, separatum est ab eo quod fit; causa autem ad id quod fit refertur. Non erit ergo causa id quod non prohibet. » Quod allatis etiam exemplis ibidem probat.

θεοῦ, κατὰ πρόγνωσιν (22) τῶν αἰώνων, ἦν ἐποίησεν ἐν Χριστῷ· » τῷ Θεῷ δὲ οὐδὲν ἀντίκειται, οὐδὲ ἐναντιοῦταί τι αὐτῷ, Κυρίῳ καὶ παντοκράτορι ὄντι. Ἀλλὰ καὶ αἱ τῶν ἀποστατησάντων (23) βουλαί τε καὶ ἐνέργειαι, μερικαὶ οὖσαι, γίνονται μὲν ἐκ φαύλης διαθέσεως, καθάπερ καὶ αἱ νόσοι αἱ σωματικαί· κυβερνῶνται δὲ ὑπὸ τῆς καθόλου προνοίας ἐπὶ τέλος ὑγιεινόν, κἂν νοσοποιὸς ᾖ ἡ αἰτία. Μέγιστον γοῦν τῆς θείας προνοίας, τὸ μὴ ἐᾶσαι τὴν ἐξ ἀποστάσεως ἑκουσίου φυεῖσαν κακίαν ἄχρηστον καὶ ἀνωφελῆ μένειν, μηδὲ μὴν κατὰ πάντα βλαβερὰν αὐτὴν γενέσθαι· τῆς γὰρ θείας σοφίας, καὶ ἀρετῆς, καὶ δυνάμεως ἔργον ἐστὶν οὐ μόνον τὸ ἀγαθοποιεῖν (φύσις γὰρ, ὡς εἰπεῖν, αὕτη τοῦ Θεοῦ, ὡς τοῦ πυρὸς τὸ θερμαίνειν, καὶ τοῦ φωτὸς τὸ φωτίζειν)· ἀλλὰ κἀκεῖνο μάλιστα, τὸ διὰ κακῶν τῶν ἐπινοηθέντων πρός τινων, ἀγαθόν τι καὶ χρηστὸν τέλος ἀποτελεῖν, καὶ ὠφελίμως τοῖς δοκοῦσι φαύλοις χρῆσθαι, καθάπερ καὶ τῷ ἐκ πειρασμοῦ μαρτυρίῳ. Ἔστιν οὖν κἂν φιλοσοφίᾳ τῇ κλαπείσῃ, καθάπερ ὑπὸ Προμηθέως, πῦρ ὀλίγον εἰς φῶς ἐπιτήδειον χρησίμως ζωπυρούμενον, ἴχνος τι σοφίας καὶ κίνησις παρὰ Θεοῦ. Ταῦτα (24) δ' ἂν εἶεν « κλέπται καὶ λῃσταὶ » οἱ παρ' Ἕλλησι φιλόσοφοι, καὶ πρὸ τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας παρὰ τῶν Ἑβραϊκῶν προφητῶν μέρη τῆς ἀληθείας οὐ κατ' ἐπίγνωσιν λαβόντες, ἀλλ' ὡς ἴδια σφετερισάμενοι δόγματα· καὶ τὰ μὲν παραχαράξαντες, τὰ δὲ ὑπὸ περιεργίας ἀμαθῶς σοφισάμενοι, τὰ δὲ καὶ ἐξευρόντες· ἴσως γὰρ καὶ « πνεῦμα αἰσθήσεως (25) » ἔσχήκασιν. Ὁμολόγησε δὲ καὶ Ἀριστοτέλης τῇ Γραφῇ, κλεπτικὴν σοφίας τὴν σοφιστικὴν εἰπών, ὡς προεμηνύσαμεν. Ὁ δὲ Ἀπόστολος· « Ἃ καὶ λαλοῦμεν, λέγει, οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς πνεύματος. » Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν προφητῶν· « Πάντες, φησὶν, ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἐλάβομεν· » δηλονότι τοῦ Χριστοῦ. Ὥστε οὐ κλέπται οἱ προφῆται. « Καὶ ἡ διδαχὴ ἡ ἐμὴ (26), οὐκ ἔστιν ἐμὴ, ὁ Κύριος λέγει, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με Πατρός· » ἐπὶ δὲ τῶν κλεπτόντων, « Ὁ δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ, φησὶ, λαλῶν τὴν δόξαν τὴν ἰδίαν ζητεῖ. » Τοιοῦτοι δὲ οἱ Ἕλληνες, « φίλαυτοι καὶ ἀλαζόνες. » Σοφοὺς δὲ αὐτοὺς λέγουσα ἡ Γραφὴ, οὐ τοὺς ὄντως σοφοὺς διαβάλλει, ἀλλὰ τοὺς δοκήσει σοφούς.

phetabant in « exstasi, » ut « apostatæ, » ejus, inquam, qui defecerat, ministri. Dicit autem Pastor quoque, angelus pœnitentiæ, ad Hermetem, de pseudopropheta : « Quædam enim verba vera dicit : diabolus enim eum implet suo spiritu, ut quem possit ex justis frangere. » Omnia ergo cœlitus in bonum dispensantur, « ut per Ecclesiam innotescat multiplex ac varia Dei sapientia, secundum sæculorum præscientiam, quam fecit in Christo [a]. » Deo autem nihil adversatur, nec est quidquam ei contrarium, ut qui sit Dominus et omnipotens. Quinetiam eorum, qui defecerunt, consilia et operationes, cum partem solum afficiant, fiunt quidem ex mala affectione, sicut morbi corporis; ab universali autem providentia diriguntur ad finem salubrem, etiamsi causa sit morbi efficiens. Est itaque maximum divinæ providentiæ opus, quod non sinat, ut vitium, quod ex voluntaria defectione ortum est, inconducibile maneat et inutile, sed nec sit ubique et in omnibus noxium. Divinæ enim sapientiæ, et virtutis, et potentiæ est officium, non solum benefacere (hæc est enim, ut ita dicam, Dei natura, ut ignis calefacere, et lucis illuminare), sed illud quoque maxime, ut id, quod per malos aliquos excogitatum est, ad bonum aliquem finem et utilem deducat, et commode iis, quæ videntur mala, utatur, sicut eo, quod ex tentatione processit, testimonio. Est ergo etiam in philosophia, quæ furto surrepta, veluti a Prometheo, tanquam aliquantulum ignis, generando lumini, si commode excitetur, aptum, et vestigium aliquod sapientiæ, et motio a Deo orta. In hoc autem « latrones et fures » fuerint Græcorum philosophi, quod cum ante Domini adventum a prophetis **135** Hebræis quasdam partes veritatis sumpserint, id minime agnoscentes, sibi tanquam propria dogmata attribuerunt, et alia quidem adulterarunt, alia autem, supervacanea quadam diligentia imperite, ac sophistarum more interpolarunt, alia autem etiam invenerunt; nec enim vero absimile est, eos « sensus spiritum [b] » habuisse. ✠ Assentitur autem Scripturæ quoque Aristoteles, qui dixit, sophisticam esse furem sapientiæ, sicut ante ostendimus. Apostolus autem : « Quæ etiam loquimur, inquit, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus [c]. » De prophetis enim : « Omnes, inquit, de plenitudine ejus accepimus [d], » Christi scilicet. Quare non sunt fures prophetæ. « Et doctrina mea, non est mea, inquit, Dominus, sed ejus, qui misit me, Patris. » Et de furibus : « Qui autem ex seipso, inquit, loquitur, gloriam propriam quærit [e]. » Tales autem sunt Græci, « seipsos amantes, elati [f]. » Sapientes autem eos dicens Scriptura, non reprehendit eos qui sunt vere sapientes; sed eos qui sibi videntur.

✠ P. 370 ED. POTTER. 313 ED. PARIS. [a] Ephes. III, 10, 11. [b] Exod. XXVIII, 3. [c] I Cor. II, 13. [d] Joan. I, 16. [e] Joan. VII, 16, 18. [f] II Tim. III, 2.

(22) *Πρόγνωσιν.* Πρόθεσιν, Ephes.

(23) *Ἀποστατησάντων.* H. ms., ἀποστησάντων· sed verior vulg. lectio; vel etiam brevius, ἀποστάντων. Sylburg.

(24) *Ταῦτα.* Si vera est scriptura, subaudienda notissimum, apud quos ῥῆξαι est καταβαλεῖν, ut exp. Hesychius. Inde epitheta ῥηξίφρων, ῥηξήνωρ, etc.

(25) *Πνεῦμα αἰσθήσεως.* Respicere videtur Exod. XXVIII, 3. Πᾶσι τοῖς σοφοῖς διανοίᾳ, οὓς ἐνέπλησα πνεῦμα αἰσθήσεως. Conf. quæ superius dixit auctor p. 281 edit. Paris.

(26) *Ἡ διδ. ἡ ἐμή.* Vulg. Bib. Joan. VII brevius, ἡ ἐμὴ διδαχή. Ab iisdem abest etiam appositivum πατρός. Sylburg.

Οὐ γάρ ἐστιν ἀδικία (34) παρὰ τῷ Θεῷ. Λύτίκα ἐξ ἑκατέρου γένους οἱ πιστεύσαντες, οὗτοι « λαὸς περιούσιος (35). » Κἀν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων εὕροις ἂν κατὰ λέξιν, « Οἱ μὲν οὖν ἀποδεξάμενοι (36) τὸν λόγον αὐτοῦ ἐβαπτίσθησαν· » οἱ δὲ μὴ θελήσαντες πείθεσθαι ἑαυτοὺς ἀπέστησαν δηλαδή. Πρὸς τούτους ἡ προφητεία λέγει· « Κἂν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· » ἐφ' ἡμῖν κείμενα διελέγχουσα καὶ τὴν αἵρεσιν, καὶ τὴν ἐκτροπήν. « Θεοῦ » δὲ εἴρηκεν ὁ Ἀπόστολος τὴν κατὰ τὸν Κύριον διδασκαλίαν « σοφίαν· » ἵνα δείξῃ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν δι' Υἱοῦ παραδιδομένην. Ἀλλὰ γὰρ καὶ ὁ δοκησίσοφος παραινέσεις ἔχει τινάς, τὰς παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ κελευούσας « ἐνδύσασθαι τὸν καινὸν ἄνθρωπον τὸν κατὰ Θεὸν κτισθέντα ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας. Διὸ ἀποθέμενοι τὸ ψεῦδος, λαλεῖτε ἀλήθειαν. Μὴ δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ. Ὁ κλέπτων μηκέτι κλεπτέτω· μᾶλλον δὲ κοπιάτω, ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν » (ἐργάζεσθαι δέ ἐστι τὸ προσεκπονεῖν ζητοῦντα τὴν ἀλήθειαν· σὺν γὰρ τῇ λογικῇ εὐποιΐᾳ) « ἵνα ἔχητε (37) μεταδοῦναι τῷ χρείαν ἔχοντι, » καὶ τῆς κοσμικῆς περιουσίας, καὶ τῆς θείας σοφίας. Βούλεται γὰρ ἐκδιδάσκεσθαι τὸν λόγον, καὶ εἰς τὰς τραπέζας (38) τὸ ἀργύριον βάλλεσθαι, δεδοκιμασμένον ἀκριβῶς, εἰς τὸ ἐκδανείζεσθαι. Ὅθεν ἐπιφέρει· « Λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω. » Σαπρὸς λόγος οὗτος, ὁ ἐξ οἰήσεως· « ἀλλ' εἴ τις ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας, ἵνα δῷ χάριν τοῖς ἀκούουσιν. » Ἀγαθοῦ δ' ἂν ἀνάγκη Θεοῦ ἀγαθὸν τὸν λόγον. Πῶς δὲ οὐκ ἀγαθὸς ὁ σώζων;

A ficaciæ. Cum ergo omnes homines vocentur, qui voluerunt obedire, nominati sunt « vocati. » Non est enim apud Deum injustitia. Jam vero qui ex utroque populo crediderunt, ii sunt « populus peculiaris. » Et in Actis apostolorum hoc his verbis inveneris : « Qui itaque verbum ejus susceperunt, baptizati sunt [a]. » Qui autem noluerunt parere, seipsos scilicet abalienaverunt. Ad eos dicit prophetia : « Et si velitis, et me audieritis, bona terræ comedetis [b] : » in nobis situm esse arguens, ut eligamus, et declinemus. « Dei » autem « sapientiam » dixit Apostolus doctrinam quæ est ex Domino, ut veram philosophiam ostenderet tradi per Filium. Quinetiam qui sibi videtur sapiens, habet quasdam admonitiones, quæ jubent apud Apostolum « induere novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis. Quamobrem deponentes mendacium, loquimini veritatem. Ne detis locum diabolo. Qui furabatur, non amplius furetur, sed potius laboret, operans bonum » (operari autem est allaborare quærendo veritatem : nam conjunctum est illi, quæ sermone fit, beneficientiæ) « ut impertiri possitis ei qui opus habet, » et sæculares copias, et divinam sapientiam. Vult enim verbum doceri, et argentum mensis dari perfecte examinatum, ut detur fœnori. Unde infert : « Turpe verbum ex ore vestro non exeat. » Id autem turpe est, quod procedit ex opinione, quam de se quis concipit : « sed si quod est bonum ad ædificationem utilitatis, ut det gratiam audientibus [c]. » Boni autem Dei, bonum sit verbum necesse est. Quomodo autem non est bonum, quod salvum facit?

B

C

## CAPUT XIX.

*Philosophos aliquam veritatis partem percepisse probat.*

Ἐπεὶ οὖν μαρτυροῦνται ἀληθῆ τινα δογματίζειν καὶ Ἕλληνες, ἔξεστι κἀντεῦθεν σκοπεῖν. Ὁ Παῦλος ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων ἀναγράφεται λέγων πρὸς τοὺς Ἀρεοπαγίτας· « Δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ· διερχόμενος γὰρ καὶ ἱστορῶν (39) τὰ σεβάσματα ὑμῶν, εὗρον βωμὸν, ἐν ᾧ ἀνεγέγραπτο, Ἀγνώστῳ Θεῷ. Ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν. Ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσμον καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ· οὗτος, οὐρανοῦ καὶ γῆς ὑπάρχων Κύριος, οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ· οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρωπίνων θεραπεύεται, προσδεόμενός τινος, αὐτὸς δοὺς (40) πᾶσι ζωὴν καὶ πνοήν, καὶ τὰ πάντα· ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς πᾶν γένος ἀνθρώπων, κατοικεῖν ἐπὶ παντὸς προσώπου

Quod itaque testimonio comprobetur, Græcos vera quædam habere dogmata, hinc quoque licet considerare. Scribitur in Actis apostolicis, Paulum hæc ✠ dicere ad Areopagitas : « Superstitiosiores vos video. Præteriens enim, et videns simulacra **136** vestra, inveni et aram, in qua scriptum erat, *Ignoto Deo*. Quem ergo ignorantes colitis, eum vobis annuntio. Deus enim, qui fecit mundum, et omnia quæ in ipso sunt, hic cœli et terræ cum sit Dominus, non in manufactis templis habitat, nec a manibus humanis colitur, indigens aliquo, cum ipse det omnibus vitam et inspirationem et omnia, fecitque ex uno omne genus hominum inhabitare super universam faciem terræ, definiens

D

✠ P. 372 ED. POTTER, 315 ED. PARIS. [a] Act. II, 41. [b] Isa. I, 19. [c] Ephes. IV, 21, 25, 27, 28, 29.

(34) *Ἀδικία.* Respicit Rom. IX, 14 : Τί οὖν ἐροῦμεν; μὴ ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ; Μὴ γένοιτο.

(35) *Λαὸς περιούσιος.* Tit. II, 14 : Καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον.

(36) *Ἀποδεξάμενοι.* Vulg. Bib. Act. apost. II : Ἀσμένως ἀποδεξάμενοι. SILBURG.

(37) *Ἔχητε.* Ἔχῃ. Ephes.

(38) *Εἰς τὰς τραπ.* Lowthius ait : « Videtur alludere ad dictum istud Servatoris a veteribus laudatum : Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται. » De quo cons. quæ postea dicentur extremo *Strom.* I, p. 354. Respicit vero hoc loco Clemens Christi verba, quæ refert Matthæus XXV, 27 : Ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις· καὶ ἐλθὼν ἐγὼ ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ.

(39) *Ἱστορῶν.* Ἀναθεωρῶν, Act. Mox ἐπεγέγραπτο pro ἀνεγέγραπτο. Ibid.

(40) *Δούς.* Διδούς. Act. Mox ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀν. Dein, ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. Ibid.

τὸ φιλοσοφεῖν λέγειν περὶ τὰς τέχνας κυπτάζοντα ζῆν, οὐδὲ πολυμαθοῦντα, ἀλλὰ ἄλλο τι· ἐπεὶ ἐγωγε ὤμην καὶ ὄνειδος εἶναι. » Ἤδει γάρ, οἶμαι, « ὡς ἄρα (50) ἥδη πολυμαθῆ νόον ἔχει· ὃ διδάσκει » κατ' Ἡράκλειτον. Ἔν τε τῷ ε' τῆς *Πολιτείας*· « Τούτους (51) οὖν πάντας, φησὶ, καὶ ἄλλους τοιούτων τινῶν μαθηματικοὺς, καὶ τῶν τεχνυδρίων (52), φιλοσόφους θήσομεν; Οὐδαμῶς, εἶπεν (53), ἀλλ' ὁμοίους μὲν φιλοσόφοις. Τοὺς δ' ἀληθινοὺς, ἔφη, τίνας λέγεις; Τοὺς τῆς ἀληθείας, ἦν δ' ἐγὼ, φιλοθεάμονας. » Οὐ γὰρ ἐν γεωμετρίᾳ (54), αἰτήματα καὶ ὑποθέσεις ἐχούσῃ, φιλοσοφία· οὐδ' ἐν μουσικῇ, στοχαστικῇ γε οὔσῃ· οὐδ' ἐν ἀστρονομίᾳ, φυσικῶν, καὶ ῥεόντων, καὶ εἰκότων βεβυσμένῃ λόγων· ἀλλ' αὖ τοῦ ἀγαθοῦ δι' ἐπιστήμης (55) καὶ τῆς ἀληθείας, ἑτέρων μὲν ὄντων τἀγαθοῦ ὁδῶν (56)· ὥσπερ δὲ ἐπὶ τἀγαθόν. Ὥστ' οὐδ' αὐτὸς τὴν « ἐγκύκλιον » παιδείαν (57) συντελεῖν πρὸς τἀγαθὸν δίδωσιν, συνεργεῖν δὲ πρὸς τὸ διεγείρειν καὶ συγγυμνάζειν πρὸς τὰ νοητὰ τὴν ψυχήν. Εἶτ' οὖν κατὰ περίπτωσίν φασιν ἀποφθέγξασθαί τινα τῆς ἀληθοῦς φιλοσοφίας τοὺς Ἕλληνας, θείας οἰκονομίας ἡ περίπτωσις· οὐ γὰρ ταὐτόματον ἐκθειάσει τις διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς φιλοτιμίαν· εἴτε κατὰ συντυχίαν, οὐκ ἀπρονόητος ἡ συντυχία· εἴτ' αὖ φυσικὴν ἔννοιαν ἐσχηκέναι τοὺς Ἕλληνας λέγοι, τὸν τῆς φύσεως δημιουργὸν ἵνα γινώσκομεν· καθὸ καὶ τὴν δικαιοσύνην φυσικὴν εἰρήκαμεν· εἴτε μὴν κοινὸν ἐσχηκέναι νοῦν, τίς ὁ τούτου πατὴρ, καὶ τίς κατὰ τὴν τοῦ νοῦ διανομὴν δικαιοσύνη, σκοπήσωμεν. Ἂν γὰρ « προαναφώνησίν » τις εἴπῃ, καὶ « συνεκφώνησιν » αἰτιάσηται, προφητείας εἶδη λέγει. Ναὶ μὴν κατ' ἔμφασιν ἀληθείας ἄλλοι θέλουσιν εἰρῆσθαί τινα τοῖς φιλοσόφοις. Ὁ μὲν οὖν θεσπέσιος Ἀπόστολος ἐφ' ἡμῶν γράφει· « Βλέπομεν γὰρ νῦν ὡς δι' ἐσόπτρου (58), » κατ' ἀνάκλασιν ἐπ' αὐτοῦ ἑαυτοὺς γινώσκοντες, κἀκ τοῦ ἐν ἡμῖν θείου τὸ ποιητικὸν αἴτιον, ὡς οἷόν τε, συνθεωροῦντες.

✠ P. 374 ED. POTTER, 316 ED. PARIS.

A Platonis : « Nec existimes me dicere philosophari, in artes incumbentem vivere, nec multa discere appetentem; absit : nam ego quidem hoc probrum esse ducebam. » Sciebat enim, ut existimo, « eum multarum rerum scientem jam habere mentem, quod docet, » ut est Heracliti sententia. Et in quinto *De republica* : « Nunquid igitur istos, » inquit, « omnes, et alios ejusmodi res percipiendi cupidos, artibus vilissimis incumbentes, philosophos dicemus? Nequaquam, » inquit, « sed similes philosophis. Veros autem, » inquit, « philosophos quosnam dicis? Eos, inquam ego, qui veritatis delectantur contemplatione. » Non enim in geometriæ postulatis et hypothesibus est philosophia; neque in musica, quæ quidem est conjecturalis; neque in astronomia, B quæ naturalibus, fluxisque, et verisimilibus est referta rationibus; sed opus est ipsius boni scientia et veritate; cum aliæ quidem sint boni viæ, quemadmodum ad bonum. Quare nec ipse doctrinæ orbem, quem vocant « encyclopædiam, » ad bonum vult sufficere, sed duntaxat opem ferre ad excitandam et exercendam animam ad ea quæ percipiuntur intelligentia. Sive ergo dicunt Græcos divinæ philosophiæ esse casu aliquid elocutos; casus est ad divinam dispensationem referendus : non enim propter eam, quæ nobiscum intercedit, contentionem, casum quis in deos referet. Sive ex fortuna, ea fortuna non est expers providentiæ. Sive rursus dicat Græcis ingenitas esse naturales quasdam notiones, unum naturæ cognoscimus opificem : qua C ratione esse quoque naturalem diximus justitiam. Sive mentem illis inesse ✠ communem : quisnam sit ejus pater, et quæ sit in ejus mentis distributione justitia consideremus. Si quis enim dixerit προαναφώνησιν, hoc est « prædictionem, » et συνεκφώνησιν, id est « conjunctam vocationem, » velut causam assignet, dicit species prophetiæ. Atque ex

(50) Ὡς ἄρα. H. ms., ὡς ἄρα πολυμάθεια νόον ἔχει. Sylburg.— Secundum Menagium, loco jam dicto, scribendum : ὡς ἄρα ἡ πολυμάθεια νόον οὐχὶ διδάσκει « quod multarum rerum scientia mentem non docet. » Malim vero, ὡς ἄρα ἥδη πολυμαθῆ νόον ἔχειν, οὐ διδάσκει· « Quod multarum rerum peritam habere mentem, non docet. » Nam hoc propius ad verba Clementis accedit : et eo modo Heracliti dictum protulit Athenæus sub finem libri XIII : *Πουλυμαθησσύνης, τῆς οὐ κερεώτερον οὐδέν, Ἵππων ἔφη ὁ ἄθεος· ἀλλὰ καὶ Ἡράκλειτος ὁ θεῖος· φησὶ, πολυμαθῆ νόον ἔχειν, οὐ διδάσκειν. Καὶ ὁ Τίμων δὲ ἔφη·*

*.... Ἔτ δὲ πλατυσμὸς*
*Πουλυμαθησσύνης, τῆς οὐ κερεώτερον ἄλλο.*

« *Multa variaque doctrina, qua nil est vanius,*

dixit Hippon, atheus : divinus autem Heraclitus, nihil docere, ait, multiplici doctrina instructam mentem. Quin et Timon dixit :

*..... Inest autem amplificatio*
*Multæ doctrinæ, qua nil vanius est. »*

Plerique hoc modo Heracliti sententiam proferunt, Πολυμαθίη νόον οὐ διδάσκει· ut Laertius principio *Heracliti*; Julianus imp. orat. 6; Gellius lib. ult., c. ult.

(51) *Τούτους*. Hæc apud Platonem exstant lib. *De repub.* p. 607, itemque apud Theodoretum *De curand. Græc. affect.*, serm. I, p. 470. Pro τούτους οὖν ἅπαντας καὶ τοὺς ἄλλους τ. habet Theodoret.

(52) *Καὶ τῶν τεχ.* Scribendum ex Platone et Theodoreto, καὶ τοὺς τῶν τεχνυδρίων. Quam lectionem habere H. ms. testatur Sylburg. — Mox, φήσομεν pro θήσομεν apud Plat.

(53) *Εἶπεν*. Scribendum ex Platone et Theod. εἶπον, prim. pers. qua postea iterum utitur : ἦν D δ' ἐγώ.

(54) *Οὐ γὰρ ἐν γεωμ.* Hactenus Plato. Quæ sequuntur usque ad ἑτέρων μέν, Clementis nostri verba sunt : ea tamen, tanquam Platonis, recitavit, loco jam dicto, Theodoretus : ea nempe e Clemente, pro more suo, mutilatus.

(55) *Ἀλλ' αὖ τοῦ ἀγ. δι' ἐπ.* Scribendum ope Theodoreti, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ ἀγαθοῦ δεῖ ἐπιστήμης καὶ τῆς ἀληθ. Quod Latine expressimus.

(56) *Ὄντων τἀγαθοῦ ὁδῶν*. Ὄντων et ὁδῶν habent anomaliam generis. Sylburg. — Scribi forte melius possit : Ἑτέρων μὲν ὄντων τἀγαθῶν, ἑτέρων δὲ ὁδῶν ἐπὶ τἀγαθόν· « cum aliud sint ipsa bona, aliud viæ ac media ad bonum. » Cujusmodi quiddam cum ea, quæ præcedunt, tum quæ sequuntur etiam, postulare videntur.

(57) *Ἐγκύκλιον π.* Conf. quæ dicta sunt ad p. 281 ed. Paris.

(58) *Νῦν ὡς δι' ἐσ.* Ἄρτι δι' ἐσ. I Cor. XIII, 12.

φία (69), τοῖς ἀμφὶ τὰς αἱρέσεις δηλονότι· « Ἄρτων χρυφίων ἡδέως ἅψασθε, καὶ ὕδατος κλοπῆς γλυκεροῦ (70)· » « ἄρτον » καὶ « ὕδωρ (71) » οὐκ ἐπ' ἄλλων τινῶν, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τῶν ἄρτῳ καὶ ὕδατι κατὰ τὴν προσφοράν, μὴ κατὰ τὸν κανόνα τῆς Ἐκκλησίας, χρωμένων αἱρέσεων, ἐμφανῶς ταττούσης τῇς Γραφῆς. Εἰσὶ γὰρ οἱ καὶ ὕδωρ ψιλὸν εὐχαριστοῦσιν (72). « Ἀλλὰ ἀποπήδησον, μὴ χρονίσῃς ἐν τῷ τόπῳ αὐτῆς· τόπον » τὴν Συναγωγὴν, οὐχὶ δὲ Ἐκκλησίαν, ὁμωνύμως προσεῖπεν. Εἶτα ἐπιφωνεῖ· « Οὕτω γὰρ διαβήσῃ ὕδωρ ἀλλότριον· » τὸ βάπτισμα τὸ αἱρετικὸν, οὐκ οἰκεῖον καὶ γνήσιον ὕδωρ λογιζομένη. « Καὶ ὑπερβήσῃ ποταμὸν ἀλλότριον, » τὸν παραφέροντα καὶ κατασύροντα εἰς θάλασσαν, εἰς ἣν ἐκδίδοται ὁ παρεκτραπεὶς ἐκ τῆς κατ' ἀλήθειαν εὐθυδρομίας, συνεκρυεὶς αὖθις εἰς τὰ ἐθνικὰ καὶ ἄτακτα τοῦ βίου χύματα.

sectatus hæreses. Infert itaque : « Reliquit enim vias suæ vineæ, in semitis autem propriæ agriculturæ aberravit. » Eæ autem sunt, quæ primævam Ecclesiam relinquunt. Jam vero qui cecidit in hæresim, « transit per solitudinem sine aqua, » eo, qui vere Deus est, relicto, a Deo desertus, aquam quærens sine aqua, « non habitabilem et sitibundam terram pervadens, colligens manibus sterilitatem fructuum. Et iis, qui carent prudentia, jubeo, » inquit Sapientia, scilicet, qui versantur in hæresibus, « panes absconsos lubenter tangite, et aquam furti dulcem : » ubi per « panem » et « aquam, » eas hæreses clare notat Scriptura, quæ in oblatione pane et aqua aliter utuntur, quam Ecclesiæ canonibus præcipitur. Sunt enim, qui sola aqua utuntur in eucharistia. « Sed resilias, ne diu moreris in loco ejus : locum » Synagogam, non autem Ecclesiam, æquivoce appellavit. Deinde acclamat : « Ita enim trajicies aquam alienam : » baptisma hæreticum, non convenientem et germanam aquam reputans. « Et transmeabis fluvium alienum [a], » qui in mare defert et detrahit, in quod illabitur, qui divertit a stabilitate veritatis, rursus confluens ad gentiles et inordinatos vitæ fluctus.

## CAPUT XX.

*Quanam ratione philosophia conferat ad divinæ veritatis comprehensionem.*

Ὡς δὲ οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι, οἱ καθέλκοντες τὴν ναῦν, οὐ πολλὰ αἴτια λέγοιντ' ἂν, ἀλλ' ἐκ πολλῶν αἴτιον ἕν· οὐκ ἔστι γὰρ αἴτιος ἕκαστος τοῦ καθέλκεσθαι τὴν ναῦν, ἀλλὰ σὺν τοῖς ἄλλοις· οὕτω καὶ ἡ φιλοσοφία, πρὸς κατάληψιν τῆς ἀληθείας, ζήτησις οὖσα ἀληθείας, συλλαμβάνεται· οὐκ αἰτία οὖσα καταλήψεως, σὺν δὲ τοῖς ἄλλοις αἰτία, καὶ συνεργός· τάχα δὲ καὶ τὸ συναίτιον αἴτιον. Ὡς δὲ ἑνὸς ὄντος τοῦ εὐδαιμονεῖν, αἰτίαι τυγχάνουσιν αἱ ἀρεταὶ πλείονες ὑπάρχουσαι· καὶ ὡς τοῦ θερμαίνεσθαι ὅ τε ἥλιος, τό τε πῦρ, βαλανεῖόν τε, καὶ ἐσθής· οὕτω μιᾶς οὔσης τῆς ἀληθείας, πολλὰ τὰ συλλαμβανόμενα πρὸς ζήτησιν (73) αὐτῆς· ἡ δὲ εὕρεσις, ἡ δι' Υἱοῦ. Εἰ γοῦν σκοποῖμεν, μία κατὰ δύναμίν ἐστιν ἡ ἀρετή· ταύτην δὲ συμβέβηκε, τούτοις μὲν τοῖς πράγμασιν

Quemadmodum autem multi homines, qui navem trahunt, non dici possunt multæ causæ, sed una causa ex multis constans : non est enim unusquisque causa, ut navis trahatur, sed cum aliis; ita etiam philosophia confert ad comprehendendam veritatem, cum sit inquisitio veritatis, non quod sit causa comprehensionis, sed causa cum aliis, et cooperatrix, et forte etiam causa concausans. Quemadmodum autem cum beatitudo unum sit, ejus causæ sunt plures virtutes; et quemadmodum ut quis caleliat, elliciunt et sol et ignis, et balneum, et vestis; ita cum sit una veritas, multa sunt, quæ conferunt ad ejus inquisitionem, inveniri autem sine ✠ Filii auxilio non potest. Et si quidem recte consideremus, potestate una est virtus, accidit

✠ P. 376 ED. POTTER, 318 ED. PARIS.

[a] Prov. IX, 16, 17, 18.

(69) *Σοφία.* De Sapientiæ nomine Salomonis libris indito conf. quæ adnotavit Cotelerius ad finem Clementis Romani *Epist.* I *ad Corinthios.*

(70) *Γλυκεροῦ.* Γλυκεροῦ πίετε, Proverb., ubi mox, ἐν τῷ τόπῳ, omisso αὐτῆς. Dein, διαβήσῃ ὡς ὕδωρ, inquit Sylburg.

### *Per fidem solam ad Dei cognitionem perveniri posse.*

*Ἐπὶ δὲ σῇ σοφίᾳ μὴ ἐπαίρου*, αἱ Παροιμίαι C λέγουσιν· *ἐν πάσαις δὲ ὁδοῖς γνώριζε* (18) *αὐτήν, ἵνα ὀρθοτομῇ τὰς ὁδούς σου, ὁ δὲ ποῦς σου οὐ μὴ προσκόπτῃ.* Βούλεται μὲν γὰρ διὰ τούτων δεῖξαι, ἀκόλουθα δεῖν γενέσθαι τῷ λόγῳ τὰ ἔργα· ἤδη δὲ ἐμφαίνειν, χρῆναι τὸ ἐξ ἁπάσης παιδείας χρήσιμον ἐκλεγομένους ἡμᾶς ἔχειν· αἱ δὴ ὁδοὶ σοφίας ποικίλαι, ὀρθοτομεῖν ἐπὶ τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας· ὁδὸς δὲ ἡ πίστις. *Ὁ δὲ ποῦς σου μὴ προσκοπτέτω*, λέγει περί τινων ἐναντιοῦσθαι δοκούντων τῇ μιᾷ καὶ θείᾳ τῇ προνοητικῇ διοικήσει. Ὅθεν ἐπάγει· *Μὴ ἴσθι φρόνιμος παρὰ σεαυτῷ, κατὰ τοὺς ἀθέους λογισμοὺς τοὺς ἀντιστασιώδεις τῇ οἰκονομίᾳ τοῦ Θεοῦ· Φοβοῦ δὲ τὸν μόνον δυνατὸν Θεόν·* ᾧ ἕπεται, μηδὲν ἀντικεῖσθαι τῷ Θεῷ. Ἄλλως τε καὶ ἡ ἐπαγωγὴ διδάσκει σαφῶς, ὅτι *ὁ θεῖος φόβος ἔκκλισίς ἐστι κακοῦ.* Φησὶ γάρ· *Καὶ ἔκκλινον ἀπὸ παντὸς κακοῦ.* Αὕτη παιδεία σοφίας· *Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει·* ἀλγεῖν μὲν ποιῶν εἰς σύνεσιν, ἀποκαθιστὰς δὲ εἰς εἰρήνην καὶ ἀφθαρσίαν. Ἡ μὲν οὖν βάρβαρος φιλοσοφία, ἣν μεθέπομεν ἡμεῖς, τελεία τῷ ὄντι καὶ ἀληθής. Φησὶ γοῦν ἐν τῇ Σοφίᾳ· *Αὐτὸς γάρ μοι*

*Propter tuam autem ne efferaris sapientiam*, dicunt Proverbia: *in omnibus autem viis agnosce ipsam, ut recto tramite dirigat vias tuas, pes autem tuus ne offendat.* Vult enim per hæc ostendere, oportere opera esse rationi convenientia; et præterea nos oportere ex omni doctrina eligere id quod est utile. Sunt autem viæ sapientiæ variæ, ut recto tramite incedamus ad viam veritatis. Via autem est fides. *Pes autem tuus non offendat*, ait de aliquibus, qui videbantur adversari unius divinæ providentiæ administrationi. Unde subjungit: *Ne sis sapiens apud teipsum*, per impias scilicet rationes, quæ adversus Dei providentiam contendunt. *Time autem Deum*, qui solus est potens: D cui est consequens, Deo nunquam adversari. Quinetiam quod sequitur, aperte quoque docet, quod *Dei timor, est mali declinatio.* Dicit enim: *Et declina ab omni malo.* Hæc est disciplina sapientiæ. *Quem enim diligit Dominus, castigat* [b]; afficiens quidem dolore ut intelligat, restituens autem ad pacem et incorruptionem. Barbara itaque, quam nos sectamur, philosophia, vera est,

✠ P. 430 ED. POTTER, 360 ED. PARIS. [a] Proverb. x, 10 sec. LXX. [b] Prov. III, 5, 6, 7, 12, 23.

(15) Ἐν ὀστρείῳ σ. Legi etiam potest ἐν ὀστρέου σαρκί· et mox divise αἱ δὲ σκαλ. SYLBURG.

(16) *Διαλελῃθέναι.* Aptius forte διειληλυθέναι, *pervadere.* ID.

(17) *Ὃ ἐὰν ἐνδέχεται.* Usitatius ὃ ἂν ἐνδείχηται, subjunctivo modo. SYLBURG. — Hæc porro exstant apud Hermam, *Pastor.* lib. I, vis. 3, pag. 79 edit. Amstelod. *Ait mihi: Quodcunque oportuerit tibi revelari, revelabitur.*

(18) Ἐν πάσαις δὲ ὁδοῖς γ. Πάσαις ὁδοῖς σου γ. Prov. In iis quæ sequuntur, diversa ejusdem capitis Proverbiorum commata commiscuit.

et vere perfecta. Dicit itaque in Sapientia : *Ipse mihi dedit non falsam eorum quæ sunt cognitionem, ut cognoscam mundi constitutionem*, et ea, quæ deinceps sequuntur, usque ad illud : *Et vires radicum*. In his omnibus naturalem comprehendit contemplationem, quæ circa omnia, quæ fiunt in mundo sensili, versatur. Deinceps autem tacite quoque ea significat, quæ solo intellectu comprehenduntur, cum subjungit : *Et quæcunque sunt occulta et aperta, cognovi. Quæ est enim omnium artifex, me docuit, sapientia* [a]. Paucis habes, quid nostra profiteatur philosophia. Horum autem doctrina cum recta vitæ institutione fuerit exercitata, per omnium artificem sapientiam, deducit ad eum qui est princeps universi, qui apprehensu est admodum difficilis, ut qui semper recedat, et procul se proripiat ab eo qui persequitur. Ipse autem cum procul sit, incedit quam proxime, miraculum certe ineffabile. *Deus appropinquans ego*, inquit Dominus. Procul quidem essentia : quomodo enim quod est genitum, appropinquarit ingenito? proxime autem est potestate, quæ sinu suo omnia complectitur. *Si clanculum quis fecerit*, inquit, *et non videbo eum* [b]? Atqui et vidente, et benefaciente, et docente pote-

δέδωκε τῶν ὄντων γνῶσιν ἀψευδῆ, εἰδέναι σύστασιν κόσμου, καὶ τὰ ἑξῆς, ἕως· *Καὶ δυνάμεις ῥιζῶν*. Ἐν τούτοις ἅπασι τὴν φυσικὴν ἐμπεριέλαβε θεωρίαν, τὴν κατὰ τὸν αἰσθητὸν κόσμον ἁπάντων τῶν γεγονότων. Ἑξῆς δὲ καὶ περὶ τῶν νοητῶν αἰνίττεται, δι' ὧν ἐπάγει· *Ὅσα τέ ἐστι κρυπτὰ καὶ ἐμφανῆ, ἔγνων*· *ἡ γὰρ πάντων τεχνῖτις ἐδίδαξέ με, σοφία*. Ἔχεις ἐν βραχεῖ τὸ ἐπάγγελμα τῆς καθ' ἡμᾶς φιλοσοφίας. Ἀνάγει δὲ ἡ τούτων μάθησις μετὰ ὀρθῆς πολιτείας ἀσκηθεῖσα, διὰ τῆς πάντων τεχνίτιδος σοφίας, ἐπὶ τὸν ἡγεμόνα τοῦ παντὸς, δυσάλωτόν τι χρῆμα καὶ δυσθήρατον, ἐξαναχωροῦν ἀεὶ καὶ πόρρω ἀφιστάμενον τοῦ διώκοντος. Ὁ δὲ αὐτὸς, μακρὰν ὢν, ἐγγυτάτω βέβηκε, θαῦμα ἄρρητον. *Θεὸς ἐγγίζων ἐγώ*, φησὶ Κύριος· πόρρω μὲν κατ' οὐσίαν (19)· πῶς γὰρ ἂν συναγγίσαι ποτὲ τὸ γεννητὸν ἀγεννήτῳ; Ἐγγυτάτω δὲ δυνάμει, ᾗ (20) τὰ πάντα ἐγκεκόλπισται (21). *Εἰ ποιήσει* (22) *τις κρύψα, φησὶ, τι, καὶ οὐκ ἐπόψομαι αὐτόν*; Καὶ δὴ πάρεστιν ἀεὶ τῇ τε ἐποπτικῇ, τῇ τε εὐεργετικῇ, τῇ τε παιδευτικῇ ἁπτομένη ἡμῶν δυνάμει· δύναμις τοῦ Θεοῦ. Ὅθεν ὁ Μωϋσῆς, οὔ ποτε ἀνθρωπίνῃ σοφίᾳ γνωσθήσεσθαι τὸν Θεὸν πεπεισμένος, *Ἐμφάνισόν μοι σεαυτόν*, φησὶ· καὶ εἰς τὸν γνόφον (23), οὗ ἦν

[a] P. 431 ED. POTTER, 561 ED. PARIS. [b] Sap. VII, 17, 20, 21, 22. [b] Jer. XXIII, 23, 24.

(19) *Πόρρω μὲν κατ' οὐσίαν*. Non dixit Deum procul abesse, quoad essentiam, quod putaret eum cœli limitibus circumscribi, quem asserit πάντα χωρεῖν, *omnia continere*, *Strom.* V, πάντῃ παρεῖναι, *ubique adesse*, et non esse τόποις τισὶν ὡρισμένοις κατακεκλεισμένον, *certis aliquibus locis conclusum*, *Strom.* VII, sed quod Dei essentia, cum spiritualis sit, sensus nostros fugiat : vel quod nec loco ulli insit, nec rebus corporeis permista sit, neque sit quid περιέχον, aut περιεχόμενον, ut paulo post dicitur; verum extra hæc omnia exsistat, licet interea suo modo omnibus intime adsit. Sic theologi cum veteres, tum recentiores, tradunt spirituales substantias quascunque non per essentiam suam, sed per actiones, locis corporeis inesse. Unde Clemens noster *Strom.* V, Deum non *pervadere creaturas* contendit adversus Stoicos, qui Deum, instar tenuis, sed tamen corporeæ, substantiæ, τὰ πάντα διήκειν, *omnia pervadere*, putabant. Auctor *Quæst. et respons. ad orthodoxos*, una cum Justino M. editus, quæst. 11, ait : Ἔτι δὲ τὰ λεχθέντα περιεκτικὰ τῷ εἶναι περιέχει τὰ περιέχοντα (l. περιεχόμενα)· μόνος δὲ ὁ Θεὸς περιέχει τῇ βουλήσει τὸ πᾶν· *Præterea quæ continere alia dicuntur, ea continent essentia : solus autem Deus voluntate universa continet.* Ubi illud *voluntate continere*, quemadmodum apud Clemen-tem δυνάμει ἐγκολπίζειν, *potentia continere*, opponitur continentiæ, seu circumscriptioni corporeæ. Hinc Athanasius in libro *Adversus Sabellianos* ait : Οὐ συμπαρεκτεινόμενος τοῖς πᾶσι πεπλήρωκε τὰ πάντα Θεός· σωματικὸν γὰρ τοῦτο· ὥσπερ εἴ τὸν ἀέρα φαίη πεπληρωκέναι τις τὸ μεταξὺ γῆς καὶ οὐρανοῦ· ἀλλ' ὡς δύναμις συνέχει τὰ πάντα· δύναμις γὰρ ἀσώματος, ἀόρατος, οὐ κυκλοῦσα, οὐ κυκλουμένη· *Non cum omnibus rebus extensus, omnia complet Deus : hoc enim corporeum est. Ut si quis aerem dixerit implevisse quidquid inter cœlum ac terram interjacet. Verum tanquam vis omnia continet. Est enim vis corporis expers, sub aspectum non cadens, nec ambiens, nec ambita.* Cyrillus Alexandrinus : Οὐ γὰρ ἐν τόπῳ τὸ Θεῖον· ἅπασι δὲ παντελῶς τῶν ὄντων οὐδενός· πληροῖ γὰρ τὰ πάντα, καὶ διὰ πάντων ἐρχόμενον, ἔξω τε πάντων, καὶ ἐν πᾶσίν ἐστιν· *Non est divinum Numen in loco : nec tamen ab ulla re penitus abest. Nam implet omnia, et omnia permeans, extra omnia est, et in omnibus.* Unde idem eum alibi vocavit ἄτοπον, *loci expertem* : ut etiam ἀμεγέθη, *expertem magnitudinis*, seu corporeæ quantitatis.

(20) Ἧ. Etiam dativo casu legi potest ᾗ, *qua*, inquit Sylburg.— Unde ᾗ exstat in editionibus illo recentioribus. Sed prius receptum ἧ, *quæ*, veram esse lectionem, constat e verbis Philonis, quæ statim apponenda sunt.

(21) Ἐγκεκόλπισται. Sic auctor *Strom.* V, pag. 587, Deum ait περιειλῆφέναι καὶ ἐγκολπίσαι τὰ πάντα, *universa comprehendere et sinu suo complecti.* Hæc autem phrasis, δύναμις ἐγκεκόλπισται, a Philone Judæo sumpta est, lib. *De confusione linguarum*, pag. 339, 340, ubi Dei immensitatem describens, ait : Δύναμις ἐστὶ, ἣ ἵδρυκε καὶ διατάξατο τὰ πάντα, κέχληται μὲν ἐτύμως Θεὸς, ἐγκεκόλπισται δὲ τὰ ὅλα, καὶ διὰ τῶν τοῦ παντὸς μερῶν διελήλυθε· τὸ δὲ Θεῖον καὶ ἀόρατον καὶ ἀκατάληπτον πανταχοῦ· *Potentia autem illa, quæ condidit et disposuit universa, vere Deus dicitur, sinu autem sinu omnia continet, et per omnes universi totius partes pervadit : ipsum autem divinum Numen invisibile, et incomprehensibile ubique*, etc.

(22) *Εἰ ποιήσει*. Εἰ κρυβήσεταί τις ἐν κρυφαίοις, καὶ ἐγὼ οὐκ ὄψομαι αὐτόν; Jerem. XXIII, 24.

(23) *Εἰς τὸν γνόφον*. Conf. Exod. XXXIV, 5. Porro hæc etiam Clemens hausit e principio libri Philonis *De nominum mutatione*, p. 1045 : Μωϋσῆς οὖν, ὁ τῆς ἀϊδοῦς φύσεως θεατὴς, καὶ θεόπτης· εἰς γὰρ τὸν γνόφον φασὶν αὐτὸν εἰσελθεῖν, τὴν ἀόρατον οὐσίαν αἰνιττόμενοι· .... τὴν ἀπὸ τῶν ἄλλων διδασκαλίαν ἀπογνοὺς, ἐπ' αὐτὸ καταφεύγει τὸ ζητούμενον, καὶ δεῖται λέγων· Ἐμφάνισόν μοι σεαυτὸν, γνωστῶς ἴδω σε. «Quapropter Moyses, inaspectabilis naturæ spectator, Deique inspector (aiunt quippe ipsum in caliginem ingressum fuisse, ita subobscure inaspectabilem essentiam designantes); abjecta spe doctrinam ejusmodi percipiendi ab aliis, ad illud ipsum se recepit, quod indagabat, hacque usus est precatione : Ostende mihi teipsum, aperte videam te. »

ἡ φωνὴ τοῦ Θεοῦ, εἰσελθεῖν βιάζεται, τουτέστιν, εἰς τὰς ἀδύτους καὶ ἀειδεῖς περὶ τοῦ ὄντος ἐννοίας. Οὐ γὰρ ἐν γνόφῳ ἢ τόπῳ ὁ Θεὸς, ἀλλ' ὑπεράνω καὶ τόπου, καὶ χρόνου, καὶ τῆς τῶν γεγονότων ἰδιότητος· διὸ οὐδ' ἐν μέρει καταγίνεταί ποτε, οὔτε περιέχων, οὔτε περιεχόμενος, ἢ κατὰ ὁρισμόν τινα, ἢ κατὰ ἀποτομήν. *Ποῖον γὰρ οἶκον οἰκοδομήσατέ μοι; λέγει Κύριος· ἀλλ' οὐδὲ ἑαυτῷ ᾠκοδόμησεν, ἀχώρητος ὤν· κἂν ὁ οὐρανὸς θρόνος αὐτοῦ λέγηται, οὐδ' οὕτω περιέχεται, ἐπαναπαύεται δὲ τερπόμενος τῇ δημιουργίᾳ.* Δῆλον οὖν ἡμῖν ἐστι κεκρύφθαι τὴν ἀλήθειαν· εἰ καὶ ἐξ ἑνὸς παραδείγματος ἤδη δέδεικται, μικρὸν δ' ὕστερον καὶ διὰ πλειόνων παραστήσομεν. Πῶς δὲ οὐχὶ ἀποδοχῆς ἄξιοι οἵ τε μαθεῖν ἐθέλοντες, οἵ τε δυνάμενοι, κατὰ τὸν Σολομῶντα, *γνῶναι σοφίαν καὶ παιδείαν, νοῆσαί τε λόγους φρονήσεως, δέξασθαί τε στροφὰς λόγων* (24), *νοῆσαί τε δικαιοσύνην ἀληθῆ*; ὡς οὔτης καὶ ἑτέρας τῆς μὴ κατὰ τὴν ἀλήθειαν διδασκομένης πρὸς τῶν νόμων τῶν Ἑλληνικῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν φιλοσόφων. *Καὶ κρίματα*, φησὶν, *εὐθῦναι*, οὐ τὰ δικαστικὰ, ἀλλὰ τὸ κριτήριον τὸ ἐν ἡμῖν, ὑγιὲς καὶ ἁπλανὲς ἔχειν δεῖν μηνύει· *Ἵνα ἔῳ ἀκάκοις πανουργίαν, παιδὶ δὲ νέῳ αἴσθησίν τε καὶ εὔνοιαν* (25). *Τῶδε γὰρ ἀκούσας σοφὸς ὑπακούειν ταῖς ἐντολαῖς πεπαιδεμένος, σοφώτερος ἔσται κατὰ τὴν γνῶσιν· ὁ δὲ νοήμων κυβέρνησιν κτήσεται· νοήσει τε παραβολὴν καὶ σκοτεινὸν λόγον, ῥήσεις τε σοφῶν καὶ αἰνίγματα.* Οὐ γὰρ κιβδήλους οἱ ἔπαινοι ἐκ Θεοῦ λόγους προφέρουσιν, οὐδ' οἱ παρὰ τούτων ἐμπορευόμενοι· οὐδὲ μὴν πάγας, αἷς οἱ πολλοὶ τῶν σοφιστῶν τοὺς νέους ἐμπλέκουσι, τρυφῇ οὐδὲν ἀληθὲς σχολάζοντες· ἀλλ' οἱ μὲν τὸ ἅγιον Πνεῦμα (26) κεκτημένοι, *ἐρευνῶσι τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ*, τουτέστι, τῆς περὶ τὰς προφητείας ἐπικρύψεως ἐπήβολοι γινόμενοι. *Τῶν δὲ ἁγίων μεταδιδόναι τοῖς κυσὶν ἀπαγορεύεται*, ἕστ' ἂν μένῃ θηρία· οὐ γάρ ποτε ἐγχειρήσαι προσῆκε φθονεροῖς καὶ τεταραγμένοις, ἀπίστοις τε ἔτι οὖσιν, εἰς ὕλακτὴν ζητήσεως ἀναιδῆ, τοῦ θείου (27) καὶ καθαροῦ νάματος τοῦ ζῶντος ὕδατος. *Μὴ δὴ ὑπερεκχεισθω* (28) *σοι ὕδατα ἔξω πηγῆς σου· εἰς δὲ σὰς πλατείας διασπαρείσθω σὰ ὕδατα. Οὐ γὰρ φρονέουσι τοιαῦτα πολλοὶ, ὁσσοι* (29) *ἐγκυρσεύουσιν· οὐδὲ μυθόντες, γινώσκουσιν· ἑαυτοῖσι δὲ δοκέουσι, κατὰ τὸν γενναῖον Ἡράκλειτον.* Ἆρ' οὐ δοκεῖ σοι καὶ οὗτος τοὺς μὴ

state semper nobis adest, et plane tangit nos Dei potestas. Unde Moyses, cum persuàsum haberet Deum nunquam humana cognitum iri sapientia, *Ostende te mihi* [a], inquit : et in caliginem, ubi erat Dei vox, ingredi contendit, hoc est, ad arcanas et informes de eo quod est notiones. Non est enim in caligine Deus, aut in loco, sed supra locum, et tempus, et proprietatem eorum quæ facta sunt : quare nusquam est in parte, nec ut continens, nec ut contentus, aut per circumscriptionem, aut per sectionem. *Quam enim domum ædificabitis mihi? inquit Dominus* [b]. Sed nec sibi ædificavit, cum capi non possit. Et quamvis *cælum* dicatur ejus *sedes*, ne sic quidem continetur, sed requiescit delectatus opificio. Clarum est ergo, occultatam nobis esse veritatem : et si id jam uno exemplo ostensum est, id quoque paulo post monstrabitur pluribus. Quare autem non sunt merito ✠ recipiendi, qui et discere volunt, et ex sententia Salomonis possunt *nosse sapientiam et disciplinam, et intelligere rationes* 156 *prudentiæ, et suscipere strophas orationum, et veram intelligere justitiam?* cum et alia utique sit, quæ non ex veritate doceatur a Græcis legibus, et aliis philosophis. *Et judicia*, inquit, *dirigere* : non forensia, sed quod est in nobis judicium sanum et ab errore alienum oportere nos habere, significat : *Ut det simplicibus astutiam, puero autem nuper nato sensum et benevolentiam. Hæc enim cum audierit sapiens*, cui persuasum est obedire præceptis, *erit* per cognitionem *sapientior : qui est autem intelligens, acquiret gubernationem, et intelliget parabolam et obscurum sermonem, et sapientum dicta et ænigmata* [c]. Non enim adulterinas proferunt rationes, qui sunt a Deo inspirati, nec ii, qui ab eis mercantur : sed nec laqueos, quibus plerique sophistæ adolescentes implicant, veritati minime vacantes. Sed qui *Spiritum* sanctum possident, *profunda Dei scrutantur* [d] ; hoc est, ea assequuntur, quæ latent in prophetis. *Sancta* autem *canibus impertire* [e] vetatur, scilicet quandiu manserint feræ. Non oportet enim illis, qui invidiosi et perturbati, et adhuc infideles moribus, et ad impudenter latrandum adversus veritatis inquisitionem parati sunt, immiscere divinum et purum fluentum aquæ vivæ : *Ne effundantur*, inquit, *aquæ extra fontem*

✠ P. 432. ED. POTTER, 362 ED. PARIS. [a] Exod. xxxiii, 13. [b] Isa. lxvi, 1. [c] Prov. i, 2-6. [d] I Cor. ii, 10. [e] Matth. vii, 6.

(24) *Στροφὰς λ.* Vulg. Biblia Proverb. i, στροφὰς λόγων, καὶ λύσεις αἰνιγμάτων· et mox, κρίμα κατευθύνειν, sing. numero : quæ lectio si recipiatur, mox etiam singulariter legendum erit τὸ δικαστικόν. SYLBURG.

(25) *Εὔνοιαν.* Scribendum ἔννοιαν cum LXX interpretibus, quod Sylburgio etiam placuit.

(26) *Πνεῦμα.* Cf. Paulus I Cor. ii, 10 : *Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei.* Ita locum hunc de Spiritu sancto exposuit Didymus Alexandrinus lib. i *De Spiritu sancto* : *Sic et quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi* τὸ Πνεῦμα, id est, *Spiritus Dei* : Τὸ γὰρ Πνεῦμα, hoc est, *Spiritus enim scrutatur omnia, etiam alta Dei.* COLLECT.

(27) *Τοῦ θείου.* Respicere videtur Apocal. xxii, 1 : Καὶ ἔδειξέ μοι καθαρὸν ποταμὸν ὕδατος ζωῆς, λαμπρὸν ὡς κρύσταλλον, ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ.

(28) *Μὴ δὴ ὑκ.* Duæ istæ particulæ, μὴ δή, absunt a Vulg. Bibl. Proverb. v, ubi etiam legitur τὰ ὕδατα ἐκ τῆς σῆς πηγῆς· itemque mox, τὰ σὰ ὕδατα. Clementem tamen de industria prohibitivam particulam usurpasse declarant tum antecedentia, tum sequentia : ut velet, in loca supervacua et rigationis non capacia effundere aquas suas, sed tantum in sua loca, quibus cum fructu impenditur opera, rivos diduci. SYLBURG.

(29) *Ὁκόσοι.* Legendum existimem ὁκόσοις, inquit Gatakerus, Comment. in Marci Antonini lib. iv, p. 168.

*tuum, in tuas autem plateas transeant aquæ tuæ* [a]. *Non enim hæc multi percipiunt, qui in ea incidunt : sed nec cum didicerint, cognoscunt, licet sibi videantur* : ut ait egregius Heraclitus. An non is quoque tibi videtur eos, qui non credunt, vituperare? *Justus autem meus ex fide vivet* [b], dixit propheta. Dicit autem alius quoque propheta : *Nisi credideritis, non intelligetis* [c]. Quomodo enim admirabilem eorum contemplationem capere potuerit anima, si intus adversetur eorum, quæ discenda sunt, incredulitas? Fides autem, quam Græci calumniantur, existimantes inanem et barbaram, est voluntaria anticipatio; pietatis assensio; *rerum quæ sperantur substantia; argumentum* ✠ *earum quæ non videntur*, ut est sententia divini Apostoli. *Per eam enim* maxime *testimonium acceperunt antiquiores. Sine fide autem impossibile est* Deo *placere* [d]. Alii autem, rei non apparentis unientem assensionem tradiderunt esse fidem : sicut demonstrationem, rei, quæ ignoratur, evidentem assensionem. Si sit itaque voluntaria electio, quandoquidem aliquid appetit, certe appetitio est intellectiva. Quoniam autem actionis principium est electio voluntaria, sequitur fidem esse principium actionis, quæ fundamentum est prudentis electionis, aliquo ei prius per fidem ostendente demonstrationem. Lubenter autem sequi et appetere id, quod est utile, est principium prudentiæ. Jam magnum momentum ad cognitionem affert electio firma et inconcussa. Statim igitur fidei meditatio fit scientia, stabili innixa fundamento. Scientiam

πιστεύοντας φέρειν; Ὁ δὲ δίκαιός (30) μου ἐκ πίστεως ζήσεται, ὁ προφήτης εἴρηκε. Λέγει δὲ καὶ ἄλλος προφήτης· Ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδὲ μὴ συνῆτε. Πῶς γὰρ τούτων ὑπερφυᾶ θεωρίαν χωρήσαι ποτ' ἂν ψυχὴ, διαμαχομένης ἔνδον τῆς περὶ τὴν μάθησιν ἀπιστίας; πίστις δὲ (31), ἣν διαβάλλουσι κενὴν καὶ βάρβαρον νομίζοντες Ἕλληνες, πρόληψίς ἐκούσιός ἐστι, θεοσεβείας συγκατάθεσις, *ἐλαττουμένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἐλεγχος οὐ βλεπομένων*, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον· ταύτῃ (32) γὰρ μάλιστα ἐμαρτυρήθησαν οἱ πρεσβύτεροι. Χωρὶς δὲ πίστεως ἀδύνατόν ἐστιν εὐαρεστῆσαι Θεῷ. Ἄλλοι δ' ἀφανοῦς πράγματος ἑνωτικὴν συγκατάθεσιν ἀπέδωκαν εἶναι τὴν πίστιν· ὥσπερ ἀμέλει τὴν ἀπόδειξιν ἀγνοουμένου πράγματος φανερὰν συγκατάθεσιν. Εἰ μὲν οὖν προαίρεσίς (33) ἐστιν, ὀρεκτική τινος οὖσα, ἡ ὄρεξις νῦν διανοητική· ἐπεὶ δὲ πράξεως ἀρχὴ ἡ προαίρεσις, πίστις εὑρίσκεται (34)· ἀρχὴ γὰρ τῆς πράξεως, θεμελίου ἔμφρονος προαιρέσεως, προαποδεικνύντος τινὸς αὐτῷ (35) διὰ τῆς πίστεως τὴν ἀπόδειξιν. Ἑθελοντὴν δὲ συνέπεσθαι τῷ συμφέροντι, συνέσεως ἀρχή. Μεγάλην γοῦν εἰς γνῶσιν ῥοπὴν ἀπερίσπαστος παρέχει προαίρεσις. Αὔτικα ἡ μελέτη τῆς πίστεως ἐπιστήμη γίνεται, θεμελίῳ βεβαίῳ ἐπερηρεισμένη. Τὴν γοῦν ἐπιστήμην (36) ὁρίζονται φιλοσόφων παῖδες, ἕξιν ἀμετάπτωτον ὑπὸ λόγου. Ἔστιν οὖν ἄλλη τις τοιαύτη κατάστασις ἀληθὴς θεοσεβείας αὐτῆς (37), ἧς μόνος διδάσκαλος ὁ λόγος; Οὐκ ἔγωγε οἶμαι. Θεόφραστος δὲ τὴν αἴσθησιν (38) ἀρχὴν εἶναι πίστεώς φησιν· ἀπὸ γὰρ ταύτης αἱ ἀρχαὶ πρὸς τὸν λόγον τὸν ἐν ἡμῖν καὶ τὴν διάνοιαν ἐκ-

✠ P. 433 ED. POTTER, 363 ED. PARIS. [a] Prov. v, 16. [b] Habac. II, 4. [c] Isa. VII, 9. [d] Heb. XI, 1, 2, 6.

(30) *Ὁ δὲ δ.* Ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεώς μου ζ. Habac. II, 4.

(31) *Πίστις δέ.* Operæ pretium erit, has *fidei* definitiones cum iis conferre, quas Theodoretus partim e Clemente nostro, partim ex aliis auctoribus congessit, *Θεραπευτ. Α'*, p. 479, ubi postquam iidem ex Epicuri sententia πρόληψιν vocasset, hæc addit : Κατὰ δὲ τὸν ἡμέτερον λόγον, πίστις ἐστὶν ἑκούσιος τῆς ψυχῆς συγκατάθεσις· ἢ, ἀφανοῦς πράγματος θεωρία· ἢ, περὶ τὸ ὂν ἔνστασις, καὶ κατάληψις τῶν ἀοράτων τῇ φύσει σύμμετρος· ἢ, διάθεσις ἀναμφίβολος ταῖς ψυχαῖς τῶν κεκτημένων ἐνιδρυμένη. *Cæterum, prout nos definimus, fides est voluntaria animi assensio : vel, latentis rei contemplatio : vel, circa id, quod est, adhæsio, invisibilumque apprehensio, naturæ congruens : vel, insita credentium animis citra ambiguitatem aliquam dispositio.*

(32) *Ταύτῃ.* Vulg. Bibl. Hebr. XI : Ἐν ταύτῃ γὰρ ἐμαρτυρήθησαν. A. Sylburg.

(33) *Εἰ μὲν οὖν πρ.* Contra philosophos, qui dicebant κενὴν esse fidem, probat eam omnis appetitionis, et consequenter actionis, causam esse. Theodoretus loco jam dicto : Ἕπεται τῇ πίστει ἡ γνῶσις· ἕπεται δὲ τῆς γνώσεως ἡ ὁρμή· ἀκολουθεῖ δὲ ταύτῃ ἡ πρᾶξις. Δεῖ γὰρ πιστεῦσαι πρῶτον, εἶτα μαθεῖν· γνόντα δὲ, ὁρμῆσαι· ὁρμήσαντα δὲ, πρᾶξαι. *Sequitur fidem cognitio : cognitionem subit appetitus : appetitum actio sequitur. Prius enim credere oportet, postea addiscere : tum vero, qui cognovit, appetitu aliquo commoveri : commotum denique agere.*

(34) *Ἡ προαίρεσις πίστις εὑρ.* Sensus esse videtur, πίστις οὖσα εὑρίσκεται ἡ προαίρεσις. Hervetus interpres hoc commation cum sequenti connexuit, dum vertit, *invenitur fides esse principium actionis*, inquit Sylburg. Unde in editionibus Sylburgiana posterioribus exstat, ἡ προαίρεσις, πίστις εὑρίσκεται ἀρχὴ τῆς πράξεως, 0.

(35) *Αὐτῷ.* Seu potius αὐτῶ, *sibi*. Nam fides est πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων, ac proinde præmonstrat ea, quæ cum postea apparuerint, demonstrari poterint.

(36) *Ἐπιστήμην.* Eandem definitionem infra tradit p. 364, 381, 393, 641 edit. Paris. Philo lib. *De congressu quær. erud. gratia*, pag. 444 : Ἐπιστήμη γὰρ πλέον ἐστὶ τέχνης, τὸ βέβαιον καὶ ἀμετάπτωτον ὑπὸ λόγου προσειληφυῖα. Ibidem paulo post : Ἐπιστήμη, δὲ (ὅρος) κατάληψις ἀσφαλὴς καὶ βέβαιος, ἀμετάπτωτος ὑπὸ λόγου. Stobæus eam Stoicis tribuit, *Eclog. ethic.* c. 4, p. 171 : Εἶναι δὲ ἐπιστήμην κατάληψιν ἀσφαλῆ καὶ ἀμετάπτωτον ὑπὸ λόγου. *Esse autem scientiam* tradunt Stoici *firmam et certam rationis comprehensionem.* Porro hæc a Clemente sumpsit Theodoretus, libri superius dicti p. 481 : Ὑποβάθρα μέντοι καὶ χρηπὶς τῆς ἐπιστήμης ἡ πίστις· τὴν μὲν γὰρ πίστιν καὶ οἱ ὑμέτεροι φιλόσοφοι ὡρίσαντο εἶναι ἐθελούσιον τῆς ψυχῆς συγκατάθεσιν· τὴν δὲ ἐπιστήμην ἕξιν ἀμετάπτωτον μετὰ λόγου. *Est itaque fides velut primaria quædam basis et fundamentum scientiæ. Fidem enim vestri quoque philosophi esse voluerunt voluntariam quamdam animi assensionem : scientiam, habitum indeciduum cum ratione.*

(37) *Θεοσεβείας αὐτῆς.* Quid si legamus, πλὴν θεοσεβείας αὐτ. in hunc sensum : *Estne enim revera alius quis ejusmodi status, præterquam ipsius pietatis?* Scilicet, id agit Clemens, ut fidem omni scientia potiorem ostendat. Lowth.

(38) *Τὴν αἴσθησιν.* Hoc a magistro suo Aristotele didicit Theophrastus : ejus enim sententia : *Nihil est in intellectu, quod non prius fuit in sensu.*

τείνονται. Ὁ πιστεύσας τοίνυν ταῖς Γραφαῖς ταῖς θείαις, τὴν κρίσιν βεβαίαν ἔχων (39), ἀπόδειξιν ἀναντίῤῥητον τὴν τοῦ τὰς Γραφὰς δεδωρημένου φωνὴν λαμβάνει Θεοῦ. Οὐκέτ' οὖν πίστις γίνεται δι' ἀποδείξεως ὠχυρωμένη. *Μακάριοι τοίνυν, οἱ μὴ ἰδόντες, καὶ πιστεύσαντες.* Αἱ γοῦν τῶν σειρήνων ἐπιτιλέσεις, δύναμιν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐνδεικνύμεναι, ἐξέπλητον τοὺς παρατυγχάνοντας, πρὸς τὴν τῶν λεγομένων παραδοχὴν σχεδὸν ἄκοντας εὐτρεπίζουσαι. A enim definiunt philosophi habitum, a ratione qui transmoveri non potest. Estne ergo aliquis alius ejusmodi verus status pietatis, cujus sola est magistra ratio? Non ego quidem arbitror. Cæterum Theophrastus dicit, sensum esse fidei principium. Is enim principia rationi et intellectui nostro suppeditat. Qui divinis ergo Scripturis firmo judicio credit, demonstrationem, cui contradici nequit, Dei scilicet, qui Scripturas nobis dedit, vocem accipit. Ita fides per demonstrationem firmior fieri nequit. *Beati itaque, qui non viderunt, et credidérunt* a. Ac sirenum quidem cantus, vi plus quam humana eos, qui in eas inciderant, obstupefaciebant, ut ea, quæ dicebantur, exciperent, propemodum invitos inducentes.

## CAPUT III.

*Contra hæreticos disputat, qui fidem ex naturæ necessitate provenire statuunt.*

Ἐνταῦθα φυσικὴν ἡγοῦνται τὴν πίστιν οἱ ἀμφὶ τὸν Βασιλείδην· καθὸ καὶ ἐπὶ τῆς ἐκλογῆς τάττουσιν αὐτὴν, τὰ μαθήματα ἀναποδείκτως εὑρίσκουσαν κατὰληψει νοητικῇ. Οἱ δὲ ἀπὸ Οὐαλεντίνου, τὴν μὲν πίστιν τοῖς ἁπλοῖς ἀπονείμαντες ἡμῖν, αὐτοῖς δὲ τὴν γνῶσιν (40), τοῖς φύσει σωζομένοις (41), κατὰ τὴν τοῦ διαφέροντος πλεονεξίαν σπέρματος ὑπάρχειν βούλονται, μακρῷ (42) δὲ κεχωρισμένην πίστεως, ἢ τὸ πνευματικὸν τοῦ ψυχικοῦ λέγοντες. Ἔτι φασὶν οἱ ἀπὸ Βασιλείδου (43), πίστιν ἅμα καὶ ἐκλογὴν οἰκείαν εἶναι καθ' ἕκαστον διάστημα· κατ' ἐπακολούθημα δ' αὖ τῆς ἐκλογῆς τῆς ὑπερκοσμίου, τὴν κοσμικὴν ἁπάσης φύσεως συνέπεσθαι πίστιν, κατάλληλόν τε εἶναι τῇ ἑκάστου ἐλπίδι καὶ τῆς πίστεως τὴν ὡραιάν. Οὐκέτ οὖν προαιρέσεως κατόρθωμα ἡ πίστις, εἰ φύσεως πλεονέκτημα· οὐδὲ ἀμοιβῆς δικαίας τεύξεται, ἀναίτιος ὤν, ὁ μὴ πιστεύσας· καὶ οὐκ αἴτιος ὁ πιστεύσας. Ἅπαν δὲ ἡ τῆς πίστεως καὶ ἀπιστίας ἰδιότης καὶ διαφορότης οὔτ' ἐπαίνῳ, οὔτε μὴν ψόγῳ ὑποπίσοι ἂν, ὀρθῶς λογιζομένοις, προηγουμένην ἔχουσα τὴν ἐκ τοῦ τὰ πάντα δυνατοῦ φυσικὴν ἀνάγκην γενομένην. Νευροσπαστουμένων δὲ ἡμῶν, ἀψύχων δίκην, φυσικαῖς ἐνεργείαις, τό τε ἀκούσιον παρέλκει (44), ὁρμή τε, ἡ προκαθηγουμένη τούτων. Καὶ οὐκ ἔτι ἔγωγε ἐννοῶ ζῶον τοῦτο, οὗ τὸ ὁρμητικὸν ἀνάγκη (45) λέλογχεν ὑπὸ τῆς ἔξωθεν αἰτίας κινούμενον. Ποῦ δὲ ἔτι ἡ τοῦ ποτε ἀπίστου μετάνοια, δι' ἣν ἄφεσις ἁμαρτιῶν; Ὥστε οὐδὲ βάπτισμα ἔτι εὔλογον, οὐδὲ μακαρία σφραγὶς (46), οὐδὲ ὁ Υἱός, οὐδὲ ὁ Πατήρ· ἀλλὰ Θεὸς, οἶμαι, ἡ τῶν φύσεων αὐτοῖς εὑρίσκεται διανομὴ, τὸν B Hic fidem esse naturalem existimant Basilidis sectatores : qua ratione etiam eam electioni tribuunt, ut quæ intellectuali comprehensione disciplinas inveniat citra demonstrationem. Valentiniani autem cum nobis quidem simplicibus fidem tribuerint, sibi, qui natura salvi fiunt, volunt esse ✠ cognitionem ab excellentis abundantia seminis : dicentes eam longe magis a fide distare, quam spiritale ab animali. Præterea dicunt Basilidei, fidem simul et electionem esse propriam in unoquoque spatio : rursus autem ex consequentia supermundanæ electionis consequi mundanam totius naturæ fidem, et pro modo spei uniuscujusque conveniens quoque esse donum fidei. Voluntariæ ergo ac liberæ electionis non est fides utique officium, si est naturæ prærogativa : neque justam consequetur retributionem, qui non credidit, quia ejus culpa id non evenit ; nec is, qui credidit, quia causa non fuit. Nulla autem fidei et incredulitatis proprietas, vel differentia, laudi, vel vituperationi fuerit obnoxia, si recte consideremus, cum habeat præcedentem naturalem necessitatem, quæ orta est ab eo, qui potest omnia. Quod si nos, tanquam inanima, naturalibus operationibus, veluti fidiculis, trahamur, frustra est involuntarium, et appetitio, quæ ea præcedit. Nec ego illud utique animal quale sit intelligo, cujus vim appetendi, quæ ab externa causa movetur, sortita est necessitas. Ubi autem est ejus, qui fuit aliquando incredulus, pœnitentia, per quam remissio peccatorum? Quare nec amplius baptismus rationis con-

✠ P. 454 ED. POTTER, 364 ED. PARIS. a Joan. xx, 29.

(39) *Βεβαίαν ἔχων.* Hervetus post has voces distinguit. Sylb.

(40) *Γνῶσιν.* Unde Gnostici dicti sunt.

(41) *Τοῖς φύσει σωζ.* Sic infra in *Excerptis*, pag. 798 : Τὸ μὲν πνευματικὸν, φύσει σωζόμενον. *Spirituale quidem natura servatur.* Irenæus lib. I, c. 11, p. 50 : Αὐτοὺς δὲ μὴ διὰ πράξεων, ἀλλὰ διὰ τὸ φύσει πνευματικοὺς εἶναι πάντη τε καὶ πάντως σωθήσεσθαι. *Semetipsos autem non per operationem, sed eo quod sint naturaliter spirituales omnino salvari dicunt.*

(42) *Μακρῷ.* Hervetus cum μακρῷ subintelligit μᾶλλον, *longe magis a fide separatam, quam spirituale ab animali.* Alioqui pro ἢ legendum esset ᾗ, *quo modo, sicut.* Sylb.

(43) *Βασιλείδου.* Seu Βασιλείδους. Conf. quæ dicta sunt ad p. 340 edit. Paris.

(44) *Τό τε ἀκούσιον π.* Pro ἀκούσιον legendum omnino ἑκούσιον. Lowth. Malim : Τό τε ἀκούσιον καὶ τὸ ἑκούσιον παρέλκει, ὁρμή τε, ἡ προκαθηγουμένη τούτων. *Nam si naturæ viribus, velut quibusdam fidiculis, trahamur, frustra erunt invitum et spontaneum, ut etiam ea, quæ hæc præcedit, appetitio.* Nam illud τούτων duplex antecedens respicit.

(45) Ἀνάγκη. Nominativum ἀνάγκη agnoscit Herveti versio, *sortita est necessitas.* Dativum si quis malit, tolerabilem et ipse reddet sensum. Sylb.

(46) *Σφραγίς.* Hoc nomen ecclesiastici scriptores interdum baptismo tribuerunt, interdum impositioni manuum quæ baptismum sequebatur.

sentaneus, nec beatum signaculum, nec Filius, nec Pater, sed est eis Deus, ut videtur, impia naturarum distributio, quæ fidem voluntariam non habet fundamentum salutis.

Θεμέλιον τῆς σωτηρίας, τὴν ἑκούσιον πίστιν, οὐκ ἔχουσα.

## CAPUT IV.

*Iterum de utilitate credendi, fidemque esse omnis scientiæ fundamentum.*

Nos autem, qui liberam potestatem **157** eligendi et vitandi a Domino datam esse hominibus, a Scripturis accepimus, judicio firmo ac immobili fidei acquiescamus, alacrem et promptum ostendentes spiritum, quoniam vitam elegimus, et Deo per vocem illius credidimus; et qui Logo credidit, novit rem esse veram: Logos enim est veritas. Qui autem non credidit dicenti, Deo non credidit. *Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia fierent*, inquit Apostolus. *Fide majorem hostiam Abel, quam Cain, obtulit, per quam testimonium est consecutus, quod esset justus, testimonium perhibente muneribus ejus Deo, et per illam defunctus adhuc loquitur*, et quæ deinceps sequuntur, usque ad illud, ✠ *quam temporalis peccati habere jucunditatem.* Hos ergo cum etiam ante Legem fides justificasset, constituit hæredes divinæ promissionis. Quid ergo adhuc fidei ex nostra historia recensens adduco testimonia? *Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Sampson, Jephte, David, Samuel, et prophetis*[a], et quæ sequuntur. Cum autem sint quatuor, in quibus verum consistit, sensus, intelligentia, scientia, opinio; natura quidem prima est intelligentia; nobis autem et respectu nostri sensus: ex sensu autem et intelligentia consistit scientiæ essentia. Intelligentiæ autem et sensus communis est evidentia. Sed sensus quidem est gradus ad scientiam. Fides autem progressa per sensilia, relinquit opinionem: contendit autem ad ea, quæ mendacio carent, et permanet in veritate. Si quis autem dicat scientiam esse demonstrativam ex ratione; is perpendat, quod scientiæ principia demonstrari nequeant: neque enim ea cognosci possunt ex arte, vel prudentia. Hæc enim versatur in iis, quæ contingit se aliter habere: illa autem est efficiens et propemodum contemplans. Fide ergo sola existimant se consequi principium universorum. Quævis enim scientia doceri potest: quod autem doceri potest, docetur ex eo, quod prius cognoscitur: non prius autem cognoscebatur a Græcis principium universorum. Neque enim a Thalete, qui

Ἡμεῖς δὲ, οἱ τὴν αἵρεσιν καὶ ψυχὴν δεδόσθαι τοῖς ἀνθρώποις αὐτοκρατορικὴν παρὰ τοῦ Κυρίου διὰ τῶν Γραφῶν παρειλῆφότες, ἀμεταπτώτῳ κριτηρίῳ τῇ πίστει ἐπαναπαυώμεθα, τὸ πνεῦμα πρόθυμον ἐνδειξάμενοι, ὅτι εἱλόμεθα τὴν ζωὴν, καὶ τῷ Θεῷ διὰ ἐκείνου (47) φωνῆς πεπιστεύκαμεν· καὶ ὁ τῷ Λόγῳ πιστεύσας οἶδε τὸ πρᾶγμα ἀληθές· ἀλήθεια γὰρ ὁ Λόγος. Ὁ δὲ ἀπιστήσας τῷ λέγοντι ἠπίστησε τῷ Θεῷ. *Πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι Θεοῦ, εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων τὸ βλεπόμενον* (48) *γεγονέναι*, φησὶν ὁ Ἀπόστολος· *πίστει πλείονα θυσίαν Ἄβελ παρὰ Κάϊν προσήνεγκε, δι' ἧς ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος, μαρτυροῦντος ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτῷ τοῦ Θεοῦ· καὶ δι' αὐτῆς, ἀποθανὼν, ἔτι λαλεῖ*, καὶ τὰ ἑξῆς, ἕως (49), *ἢ πρόσκαιρον ἔχει ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν.* Τούτους μὲν οὖν καὶ πρὸ Νόμου ἡ πίστις δικαιώσασα, κληρονόμους κατέστησε τῆς θείας ἐπαγγελίας. Τί οὖν ἔτι τὰ τῆς πίστεως ἐκ τῆς παρ' ἡμῖν ἱστορίας ἀναλεγόμενος, παρατίθεμαι μαρτύρια (50); *Ἐπιλείψει γάρ με διηγούμενον ὁ χρόνος περὶ Γεδεών, Βαράκ* (51), *Σαμψών, Ἰεφθάε, Δαβὶδ τε καὶ Σαμουὴλ, καὶ τῶν προφητῶν*, καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα. Τεττάρων δὲ ὄντων, ἐν οἷς τὸ ἀληθὲς, αἰσθήσεως, νοῦ, ἐπιστήμης, ὑπολήψεως· φύσει μὲν πρῶτος ὁ νοῦς, ἡμῖν δὲ καὶ πρὸς ἡμᾶς ἡ αἴσθησις· ἐκ δὲ αἰσθήσεως καὶ τοῦ νοῦ ἡ τῆς ἐπιστήμης συνίσταται οὐσία· κοινὸν δὲ νοῦ τε καὶ αἰσθήσεως τὸ ἐναργές. Ἀλλ' ἡ μὲν αἴσθησις ἐπιβάθρα τῆς ἐπιστήμης· ἡ πίστις δὲ, διὰ τῶν αἰσθητῶν (52) ὁδεύσασα, ἀπολείπει τὴν ὑπόληψιν· πρὸς δὲ τὰ ἀψευδῆ σπεύδει, καὶ εἰς τὴν ἀλήθειαν καταμένει. Εἰ δέ τις λέγοι τὴν ἐπιστήμην ἀποδεικτικὴν εἶναι μετὰ λόγου, ἀκουσάτω, ὅτι καὶ αἱ ἀρχαὶ ἀναπόδεικτοι· οὔτε γὰρ τέχνη, οὔτε μὴν φρονήσει γνωσταί. Ἡ μὲν γὰρ περὶ τὰ ἐνδεχόμενά ἐστιν ἄλλως ἔχειν· ἡ δὲ ποιητικὴ (53), μονονουχὶ δὲ καὶ θεωρητική. Πίστει οὖν ἐρείδεσθαι μόνῃ οἴονται τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς. Πᾶσα γὰρ ἐπιστήμη διδακτή ἐστι· τὸ δὲ διδακτὸν ἐκ προγινωσκομένου. Οὐ προεγινώσκετο δὲ ἡ τῶν ὅλων ἀρχὴ τοῖς Ἕλλησιν· οὔτ' οὖν Θαλῆ (54), οὔδωρ ἐπισταμένῳ τὴν πρώτην αἰτίαν, οὔτε τοῖς ἀλ-

✠ P. 455 ED. POTTER, 365 ED. PARIS.

[a] Hebr. xi, 3, 4, 25, 32.

(47) *Ἐκείνου.* Scilicet ζωῆς, *vitæ*: cui masculinam vocem adjungit, quia τὸν Λόγον intelligit, qui est ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή, ut ipse se vocat Joan. xiv, 6.

(48) *Τὸ βλεπόμενον.* Τὰ βλεπόμενα Hebr. xi. Mox, προσήνεγκε τῷ Θεῷ. Deus, ἔτι λαλεῖται. Ibid.

(49) *Καὶ τὰ ἑξῆς, ἕως.* Hæc verba Clementis sunt. Contrahit enim loci prolixioris citationem, et transilit a versu ejus capitis 4 usque ad 25, ab Abele nempe usque ad Moysem. Ibidem mox ex eodem capite legendum, ἢ πρόσκαιρον ἔχειν, *quam temp. habere.* SYLB.

(50) *Τί οὖν... μαρτύρια.* Hæc paraphrastice exponunt illa D. Pauli verba: Καὶ τί ἔτι λέγω; Hebr. xi, 32.

(51) *Βαράκ.* Βαράκ τε καὶ Σαμψὼν, καὶ Ἰεφθάε, Hebr.

(52) *Διὰ τῶν αἰσθητῶν.* Nam fides *per auditum* fit, ut ait Apostolus Rom. x, 17.

(53) *Ἡ δὲ π.* Petavius Prolegom. ad *Theolog. dogmata*, c. 7, ait: « Lege, ἡ δὲ ποιητικὴ μόνον, οὐχὶ δὲ καὶ θεωρητική. *Siquidem, prudentia circa contingentia versatur, quæ aliter habere possunt; ars autem effectrix solum est, non contemplatrix.* » Idem Lowthio placuit.

(54) *Θαλῆ.* Conf. *Protrept.* p. 42, *Strom.* i, p. 296 edit. Paris.

λοις τοῖς φυσικοῖς τοῖς ἐξῆς· ἐπεὶ καὶ Ἀναξαγόρας (55) πρῶτος ἐπέστησε τὸν νοῦν τοῖς πράγμασιν· ἀλλ' οὐδὲ οὗτος ἐτήρησε τὴν ἀξίαν τὴν ποιητικήν, δίνους τινὰς ἀνοήτους ἀναζωγραφῶν, σὺν τῇ τοῦ νοῦ ἀπραξίᾳ τε καὶ ἀνοίᾳ. Διὸ καὶ φησιν ὁ Λόγος· *Μὴ εἴπητε* (56) *ἑαυτοῖς διδάσκαλον ἐπὶ τῆς γῆς.* Ἡ μὲν γὰρ ἐπιστήμη ἕξις ἀποδεικτική· ἡ πίστις δὲ χάρις ἐξ ἀναποδείκτων εἰς τὸ καθόλου ἀναβιβάζουσα τὸ ἁπλοῦν, ὃ οὔτε σὺν ὕλῃ ἐστὶν, οὔτε ὕλη, οὔτε ὑπὸ ὕλης. Οἱ δὲ ἄπιστοι (57) ὡς ἔοικεν, ἐξ οὐρανοῦ καὶ τοῦ ἀοράτου πάντα ἕλκουσιν εἰς γῆν, ταῖς χερσὶν ἀτεχνῶς πέτρας καὶ δρῦς περιλαμβάνοντες, κατὰ τὸν Πλάτωνα· τῶν γὰρ τοιούτων ἁπτόμενοι πάντων, διϊσχυρίζονται τοῦτ' εἶναι μόνον, ὅπερ ἔχει προσβολὴν καὶ ἁφήν τινα· ταὐτὸν σῶμα καὶ οὐσίαν ὁριζόμενοι, πρὸς αὐτοὺς ἀμφισβητοῦντες, μάλα εὐλαβῶς ἄνωθεν ἐξ ἀοράτου πεδὴν ἀμύνονται νοητὰ ἅττα καὶ ἀσώματα εἴδη, βιαζόμενοι τὴν ἀληθινὴν οὐσίαν εἶναι. Ἰδοὺ ἐγὼ (58), *ποιῶ καινὰ*, ὁ Λόγος φησὶν, *ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, οὐδὲ οὖς ἤκουσεν, οὐδὲ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη*· καινῷ ὀφθαλμῷ, καινῇ ἀκοῇ, καινῇ καρδίᾳ, ὅσα ὁρατὰ καὶ ἀκουστὰ, καταληπτὰ διὰ τῆς πίστεως καὶ συνέσεως, πνευματικῶς λεγόντων, ἀκουόντων, πραττόντων τῶν τοῦ Κυρίου μαθητῶν. Ἔστι γὰρ δόκιμον (59) νόμισμα, καὶ ἄλλο κίβδηλον, ὅπερ οὐδὲν ἧττον ἀπατᾷ τοὺς ἰδιώτας, οὐ μὴν τοὺς ἀργυραμοιβούς· οἱ ἴσασι μαθόντες τό τε παρακεχαραγμένον καὶ τὸ δόκιμον χωρίζειν καὶ διακρίνειν· οὕτως ὁ ἀργυραμοιβὸς τῷ ἰδιώτῃ, τὸ νόμισμα τοῦτο μόνον (60) ὅτι κίβδηλόν ἐστι, φησὶ· τὸ δὲ πῶς, μόνος ὁ τοῦ τραπεζίτου γνώριμος, καὶ ὁ ἐπὶ τοῦτο ἀλειφόμενος, μανθάνει. Ἀριστοτέλης δὲ τὸ ἐπό-

A aquam statuit primam causam; neque ab aliis, qui deinceps consecuti sunt, physicis. Primus enim Anaxagoras mentem rebus præfecit. Sed nec ille dignitatem servavit causæ efficientis, nescio quas amentes describens revolutiones, cum mentis ab agendo cessatione et amentia. Quocirca Logos quoque dicit: *Ne dixeritis vobis magistrum super terram* *. Est enim scientia habitus demonstrativus: fides autem gratia, quæ ex iis, quæ demonstrari nequeunt, deducit ad id, quod est simplex, generale, et universum, quod neque est cum materia, neque materia, neque sub materia. Increduli autem, ut videtur, ex cœlo, et invisibili, omnia trahunt in terram, manibus petras et quercus plane apprehendentes, ut ait Plato. Omnia enim, quæ sunt ejusmodi, attingentes, nil aliud uspiam esse affirmant, nisi quod contingi et contrectari possit: idem statuentes esse corpus et essentiam, adversus se decertantes, pie admodum de parte superiori atque ex invisibili alicunde vindicant incorporeas quasdam, et quæ intelligentia sola percipiuntur, formas, urgentes veram esse essentiam. *Ecce facio nova* ait Verbum, *quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt* b: novo oculo, nova aure, novo corde, quæcunque videri et audiri possunt, sunt per fidem et intelligentiam comprehendenda, spiritualiter dicentibus, audientibus, agentibus Domini discipulis. Est enim inter nummos alius probus, alius adulterinus, qui nihilo secius rudes

B

C decipit, sed non argentarios, qui didicerint separare et discernere probum ab altero, qui est malæ notæ. Sic argentarius rudi solum indicat nummum esse

* P. 456 ED. POTTER. a Matth. xxiii, 9. b Isa. lxiv, 4, 49; I Cor. ii, 9.

(55) Ἀναξαγόρας. Diogenes Laertius in principio Anaxagoræ: Πρῶτος τῇ ὕλῃ νοῦν ἐπίστησεν, ἀρξάμενος οὕτω τοῦ συγγράμματος, ὃ ἔστιν ἡδέως καὶ μεγαλοφρόνως ἑρμηνευόμενον· « Πάντα χρήματα ἦν ὁμοῦ, εἶτα νοῦς ἐλθὼν αὐτὰ διεκόσμησε· » παρ' ὃ καὶ Νοῦς ἐπεκλήθη. *Primus hic materiæ mentem adjecit, in principio operis sui suavi et magnifica oratione sic scribens:* « *Omnia simul erant, deinde accessit mens, eaque composuit:* » *quamobrem et Mens cognominatus est.*

(56) *Μὴ εἴπ.* Exprimit sensum Matth. xxiii, 9.

(57) *Οἱ δὲ ἄπιστοι.* Theodoretus Θεραπευτ. Α', p. 477: Ὅπερ γὰρ ὀφθαλμὸς ἐν σώματι, τοῦτο ἄρα πίστις ἐν διανοίᾳ· μᾶλλον δὲ ὥσπερ ὀφθαλμὸς δεῖται φωτὸς ἐπιδεικνύοντος τὰ ὁρατὰ, οὕτω δὴ καὶ ὁ νοῦς δεῖται πίστεως ἐπιδεικνυούσης τὰ θεῖα, καὶ τὴν περὶ τούτων δόξαν φυλαττούσης βεβαίαν. Τῶν δέ γε τὰ νοητὰ θεωρεῖν οὐ βουλομένων ἀκούσατε ὅπως ὁ Πλάτων κατηγορεῖ· « Ἄθρει γὰρ δὴ, φησὶ, περισκοπῶν μή τις τῶν ἀμυήτων ἐπακούσῃ· εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ μηδὲν ἄλλο ἡγούμενοι εἶναι, ἢ οὗ ἂν ἁπτὸς ταῖς χερσὶ λαβέσθαι δύναιντο· πράξεις δὲ, καὶ γενέσεις, καὶ πᾶν τὸ ἀόρατον οὐκ ἀποδεχόμενοι ὡς ἐν οὐσίας μέρει. » *Nam quod est oculus in corpore, hoc est fides in mente. Aut potius sicut oculus luce indiget, per quam ipsi visibilia ostendantur; pari modo intellectus indiget fide, quæ divina ipsi ostendat, quaque stabilem de his conceptum perpetuumque conservet. Audite vero, et quo pacto Plato eos accusat, qui nolunt animo contemplari, quæ sunt intellectu solo perceptibilia:* « *Vide, inquit, circumspiciens, ne quis nondum initiatus hæc audiat: cujusmodi sunt qui nihil aliud esse usquam opinantur, nisi quod ipsi queant manibus tenaciter apprehendere; actiones vero et generationes, ac demum quidquid videri non potest, in substantiæ partem non admittunt.* »

(58) Δή. Abest ab Isa. Mox, καὶ οὗς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ κ. ἀν. οὐκ ἀνέβη. Ibid.

(59) *Ἔστι γὰρ δ.* In hanc sententiam multa disserit Theodoretus, e quibus postrema sunt hæc libri jam dicti p. 481: Οὐκοῦν, ὦ φιλότης, καινόν τι γρῆμα πάντων ἡ πίστις, καὶ τῶν μαθεῖν τινα τέχνην ἐρισμένων, καὶ τῶν πλεόντων, καὶ γεωργούντων, καὶ ἰατροῖς προσεδρευόντων· ἡ δὲ γνῶσις οὐ πάντων, ἀλλὰ μόνον τῶν τὰς τέχνας ἐπισταμένων. Αὐτίκα τοίνυν ἐὰν ἐθελήσομεν διαγνῶναι χρυσὸν ὄκιμόν τε καὶ ἄπεφθον, οὐχ ἡμεῖς τῇ βασάνῳ τοῦτον προσφέρομεν, ἀλλ' ἐπιστάμενον τὰ τοιαῦτα δοκιμάσαι καλοῦμεν· ὁ δὲ ἢ τῇ λίθῳ προσφέρων, ἢ τῷ πυρὶ, ἢ κίβδηλον, ἢ ὄκιμον ἀποφαίνει. *Fides itaque, o amici, communis quædam res est omnibus, et qui videlicet artem quampiam cupiant discere, et qui navigent, et qui agriculturæ inserviant, medicinæ operam dent: peritia vero non omnium, sed illorum duntaxat, qui illarum artium scientiam tenent. Itaque si, exempli causa, probum aurum et excoctum discere velimus, minime nos ipsi id probationi subjicimus, sed ipsum id explorare rogamus, qui harum rerum peritus sit; is vero aut indici admotum, aut igni, vel adulterinum esse, vel legitimum decernit.* Paulo post hæc addit: Οὐκοῦν οὐχ ἁπάντων ἡ ἐπιστήμη, ἀλλὰ τῶν διδασκαλίᾳ, καὶ χρόνῳ, καὶ πείρᾳ ταῦτα μεμαθηκότων· ἡ δέ γε πίστις ἁπάντων ἐστὶ τῶν μαθεῖν τι προθυμουμένων. *Non igitur omnium est scientia, sed eorum, qui doctrina, diuturnitate temporis et experientia sunt eam assecuti; at vero fides omnium est, qui quidquam discere cupiunt.*

(60) *Τοῦτο μ.* Simplicior ordo est, μόνον τοῦτό

adulterinum: qua vero ratione id indicat, solus discit argentarii discipulus, et qui ad id est exercitatus. Aristoteles autem, id, quod consequitur scientiam, judicium, quo verum esse hoc aut illud judicamus, dicit esse fidem. Est ergo fides scientia præstantior, et ejus criterium. Fidem autem imitatur conjectura, quæ est imbecilla opinio, sicut adulator amicum, et lupus canem. Quoniam autem videt faber, quod, quædam discendo fit artifex; et gubernator, quod cum artem perceperit, gubernare poterit; non satis esse reputat, velle fieri bonum et honestum: sed necesse est, eum alicui parendo discere: parere autem Logo, quem magistrum esse diximus, est illi credere, in nulla re ei repugnando. Quomodo enim fieri potest, ut adversus Deum in acie stemus? Est ergo cum fide cognitio, et vicissim cum cognitione fides, quadam divina consecutione mutuo connexa. Quinetiam Epicurus, qui veritati maxime prætulit ✠ voluptatem, mentis anticipationem existimat esse fidem. Anticipationem autem definit, adjectionem animi ad aliquid evidens, et ad evidentem rei intelligentiam: neminem autem posse nec quærere, nec dubitare, neque vero opinari, sed neque probare, aut arguere, absque anticipatione. Quomodo autem si non habeat quis anticipationem ejus, quod desiderat, didicerit id, de quo quæritur? Qui autem didicit, anticipationem jam facit comprehensionem. Si autem is, qui discit, non discit absque anticipatione, quæ possit ea, quæ dicuntur, suscipere, ipse quidem habet aures præditas facultate au-

✠ P. 437 ED. POTTER, 366 ED. PARIS.

Α μενον τῇ ἐπιστήμῃ κρῖμα ὡς ἀληθὲς τὸ δέ τι (61) πίστιν εἶναί φησι. Κυριώτερον οὖν τῆς ἐπιστήμης ἡ πίστις, καὶ ἔστιν αὐτῆς κριτήριον. Ὑποκρίνεται δὲ τὴν πίστιν ἡ εἰκασία (62), ἀσθενὴς οὖσα ὑπόληψις· καθάπερ ὁ κόλαξ τὸν φίλον, καὶ ὁ λύκος τὸν κύνα. Ἐπειδὴ δὲ ὁρῶν ὁ τέκτων, ὅτι μαθών (63) τινα, τεχνίτης γίνεται· καὶ ὁ κυβερνήτης, παιδευθεὶς τὴν τέχνην, κυβερνᾶν δυνήσεται, οὐκ ἀπαρκεῖν (64) λογιζόμενος τὸ βούλεσθαι καλὸν γενέσθαι ἀγαθόν, ἀνάγκη δὲ ἅρα πειθόμενον μαθεῖν· τὸ δὲ πείθεσθαι τῷ Λόγῳ, ὃν διδάσκαλον ἀνηγορεύσαμεν, αὐτῷ ἐκείνῳ πιστεῦσαί ἐστι, κατ' οὐδὲν ἀντιβαίνοντα· πῶς γὰρ οἷόν τε ἀνεπίστασθαι τῷ Θεῷ; Πιστὴ (65) τοίνυν ἡ γνῶσις· γνωστὴ δὲ ἡ πίστις θείᾳ τινὶ ἀκολουθίᾳ τε καὶ ἀνταπολουθίᾳ γίνεται. Ναὶ μὴν καὶ ὁ Ἐπίκουρος, ὁ μάλιστα τῆς ἀληθείας προτιμήσας τὴν ἡδονήν, πρόληψιν (66) εἶναι διανοίας τὴν πίστιν ὑπολαμβάνει· πρόληψιν δὲ ἀποδίδωσιν, ἐπιβολήν ἐπί τι ἐναργὲς, καὶ ἐπὶ τὴν ἐναργῆ τοῦ πράγματος ἔπίνοιαν· μὴ δύνασθαι δὲ μηδένα μήτε ζητῆσαι, μήτε ἀπορῆσαι, μηδὲ μὴν δοξάσαι, ἀλλ' οὐδὲ ἐλέγξαι χωρὶς προλήψεως. Πῶς δ' ἂν, μὴ ἔχων τις πρόληψιν οὗ ἅψεται, μάθοι περὶ οὗ ζητεῖ; Ὁ μαθὼν (67) δὲ ἕξει κατάληψιν ποιεῖ τὴν πρόληψιν. Εἰ δὲ ὁ μανθάνων οὐκ ἄνευ προλήψεως μανθάνει τῆς τῶν λεγομένων παραδεκτικῆς, αὐτὸς μὲν ὥτα ἔχει τὰ ἀκουστικὰ τῆς ἀληθείας· μακάριος δὲ ὁ λέγων εἰς ὦτα ἀκουόντων· ὥσπερ ἀμέλει μακάριος καὶ αὐτὸς, ὁ τῆς ὑπακοῆς (68). Τὸ δὲ κατακοῦσαι συνεῖναί ἐστιν. Εἰ τοίνυν ἡ πίστις οὐδὲν ἄλλο ἢ πρόληψίς ἐστι διανοίας περὶ τὰ

Β

C

(61) *Τὸ δέ τι.* Rectius τόδε τι, ut passim apud Aristotelem; atque ita etiam interpres, *hoc quidpiam*, inquit Sylburgius. Theodoretus, libri jam dicti pag. 479: Μηδεὶς τοίνυν, ὦ φίλοι, κατηγορείτω τῆς πίστεως· καὶ γὰρ δὴ τὴν πίστιν Ἀριστοτέλης κριτήριον ἐπιστήμης ἐκάλεσεν. *Nemo itaque vestrum, o amici, fidem accuset; quandoquidem Aristoteles fidem scientiæ criterium appellavit.*

(62) *Εἰκασία.* Quemadmodum ἡ εἰκασία est ἀσθενὴς ὑπόληψις, *opinio debilis*; sic fides est ὑπόληψις σφοδρά, *opinio vehemens*; secundum Aristotelem, *Topic.* lib. IV, c. 5.

(63) *Ὅτι μαθών.* Forte legendum καὶ μαθών, vel ὡς μαθών. Lowth. Sed non video cur recepta lectio sollicitari debeat.

(64) *Οὐκ ἀπαρκεῖν.* Conf. Hervetii Commentarius.

(65) *Πιστὴ.* Forte rectius πιστῇ, ut mox sequitur γνωστῇ, ut significet persuasionis effectum esse cognitionem, sicut fides e cognitione oritur. Sylburg. — Sed nil mutandum. Sensus est, fidem et cognitionem sibi mutuam operam præstare. Theodoretus, libri superius dicti pag. 479: Δεῖται μέντοι ἡ πίστις τῆς γνώσεως, καθάπερ αὖ ἡ γνῶσις τῆς πίστεως· οὔτε γὰρ πίστις ἄνευ γνώσεως, οὔτε γνῶσις εἰκὸς πίστεως γένοιτ' ἄν. Ἠγεῖται μέντοι τῆς γνώσεως ἡ πίστις, ἕπεται δὲ τῇ πίστει ἡ γνῶσις. *Indiget autem fides cognitione, sicut et cognitio vicissim fide. Neque enim esse potest fides sine cognitione, neque cognitio sine fide. Cognitionem quidem fides præcedit, subsequitur autem fidem cognitio.*

(66) *Πρόληψιν.* Cicero, lib. I *De natura deorum*, πρόληψιν vertit *anticipationem*. *Quæ enim*, inquit, *gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quamdam deorum?* Est autem Epicuri πρόληψις, *antecepta* in animo rei cujusvis notio, sine qua nec intelligi quidquam, nec quæri, nec disputari possit. Unde *anticipatio* hæc est *animi ad aliquid manifestum adjectio.* Nam qui de homine disputat, notionem hominis evidentem animo prius teneat, necesse est. Diogenes Laertius in Epicuro, lib. X, seg. 33: Τὴν πρόληψιν λέγουσιν οἱονεὶ κατάληψιν, ἢ δόξαν ὀρθὴν, ἢ ἔννοιαν, ἢ καθολικὴν νόησιν ἐναποκειμένην, τουτέστι μνήμην τοῦ πολλάκις ἔξωθεν φανέντος. Οἷον τό· Τοιοῦτον ἐστὶν ἄνθρωπος· ἅμα γὰρ τῷ ῥηθῆναι ἄνθρωπος, εὐθὺς κατὰ πρόληψιν καὶ ὁ τύπος αὐτοῦ νοεῖται, προηγουμένων τῶν αἰσθήσεων. Πᾶν οὖν πρᾶγμα ὀνόματι τῷ πρώτως ἐπιτεταγμένῳ ἐναργές ἐστι· καὶ οὐκ ἂν ἐζητήσαμεν τὸ ζητούμενον, εἰ μὴ πρότερον ἐγνώκειμεν αὐτό. *Cæterum anticipationem dicunt veluti comprehensionem, sive cogitationem, sive universalem intelligentiam insitam, hoc est, memoriam ejus rei, quæ sæpe extrinsecus apparuit; ut, exempli gratia: Tale quiddam homo est. Simul enim atque homo nominatur, continuo per anticipationem forma illius intelligitur, præcedentibus ac ducibus sensibus. Omnis enim res nomine principaliter impositio manifesta est. Neque enim profecto quæreremus, quod inquirimus, nisi prius illud novissemus*, etc.

(67) *Ὁ μαθών.* Theodoretus, libri jam dicti p. 479: Ὁ δέ γε Ἐπίκουρος πρόληψιν διανοίας αὐτὴν (πίστιν) εἶπε· τὴν δὲ πρόληψιν, προσλαβοῦσαν τὴν γνῶσιν, κατάληψιν γίνεσθαι. *Epicurus vero anticipationem mentis fidem esse asserit; anticipationem autem, accepta cognitione, in comprehensionem evadere.*

(68) *Μακάριος καὶ αὐτὸς, ὁ τῆς ὑπ.* Scribi etiam possit, omisso ὁ articulo, μακάριος καὶ αὐτὸς τῆς ὑπακοῆς, *beatus etiam est ille*, qui discit, *propter obedientiam.*

λεγόμενα, καὶ τοῦτο ὑπακοή τε εἴρηται, σύνεσίς τε παιθὼ (69), οὐ μὴν μαθήσεταί τις ἄνευ πίστεως· ἐπεὶ μηδὲ ἄνευ προκρίψεως. Ἀληθὲς δ' οὖν ὂν πάντως μᾶλλον ἀποδείκνυται τὸ ὑπὸ τοῦ προφήτου εἰρημένον· *Ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδὲ μὴ συνῆτε.* Τοῦτο καὶ Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος τὸ λόγιον παραφράσας, εἴρηκεν· *Ἐὰν μὴ ἔλπηται* (70) *ἀνέλπιστον οὐκ ἐξευρήσει, ἀνεξερεύνητον ἐὸν καὶ ἄπορον.* Ἀλλὰ καὶ Πλάτων ὁ φιλόσοφος ἐν τοῖς *Νόμοις* (71) *τὸν μέλλοντα μακάριόν τε καὶ εὐδαίμονα γενέσθαι, τῆς ἀληθείας ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς εἶναι μέτοχον χρῆναι* φησὶν, *ἵν' ὡς πλεῖστον χρόνον ἀληθὴς ὢν διαβιῴη· πιστὸς γάρ. Ὁ δὲ ἄπιστος, ᾧ φίλον ψεῦδος ἑκούσιον· ὅτῳ δὲ ἀκούσιον, ἄνους· ὧν οὐδέτερον ζηλωτόν* (72). *Ἀμείλος γὰρ πᾶς, ὅ τε ἄπιστος καὶ ἀμαθής.* Καὶ μή τι ταύτην σοφίαν *βασιλικὴν* ἐν *Εὐθυδήμῳ* ἐπικεκρυμμένως λέγει; Ἐν γοῦν τῷ *Πολιτικῷ* πρὸς λέξιν φησίν· *Ὥστε ἡ τοῦ* (73) *ἀληθινοῦ βασιλέως ἐπιστήμη βασιλικὴ· καὶ ὁ ταύτην κεκτημένος, ἐάν τε ἄρχων, ἐάν τε ἰδιώτης ὢν τυγχάνῃ, πάντως κατά γε τὴν τέχνην αὐτὴν βασιλικὸς ὀρθῶς προσαγορευθήσεται.* Αὐτίκα οἱ εἰς τὸν Χριστὸν πεπιστευκότες χρηστοί (74) τέ εἰσι καὶ λέγονται· ὡς οἱ (75) τῷ ὄντι βασιλικοὶ βασιλεῖ μεμελημένοι. Ὡς γὰρ οἱ σο-

A diendæ veritatis. Beatus est autem, qui dicit in aures audientium; sicut certe beatus quoque est is, qui est obedientiæ. Audire autem est intelligere. Si ergo fides nihil est aliud, quam anticipatio cognitionis circa ea, quæ dicuntur; et hoc **158** dictum est obedientia et intelligentia persuasio, tum sine fide nemo discet, quoniam nec sine anticipatione. Verum ergo omnino ostenditur, quod a propheta dictum est: *nisi credideritis, non intelligetis* *. Hoc eloquium Heraclitus quoque Ephesius circumlocutione quadam est interpretatus: *Nisi speret, id quod est insperatum, non inveniet, cum sit et inscrutabile, et nullus ad id pateat aditus.* Sed Plato quoque philosophus, in *Legibus*, *eum, qui beatus et felix est futurus*, dicit *oportere esse ab initio participem veritatis, ut in veritate plurimum vivat tempus: is fidelis enim. Infidelis* ✠ *autem est, cui voluntarium placet falsum. Cui autem involuntarium, cum sit amens, non est animal. Neutrum ergo est expetendum. Nam ab amicitia alienus est, quisquis est infidelis et ignarus.* Nunquid autem in *Euthydemo* occulte hanc esse dicit *regalem sapientiam?* In *Politico* quidem certe his verbis utitur: *Quare veri regis regalis est sapientia, et qui eam possederit, sive princeps, sive privatus fuerit, omnino ex hac*

✠ P. 458 ED. POTTER, 367 ED. PARIS.

* Isa. VII, 9.

(69) *Σύνεσίς τε παιθώ.* Scribendum σύνεσίς τε καὶ παιθώ, *intelligentia etiam, et persuasio.*

(70) *Ἐὰν μὴ ἔλπ.* Ita legitur hic locus in Florentina editione Clementis; apud Theodoretum autem: Εἰ μὴ ἐλπίζητε τὸ ἀνέλπιστον, οὐκ ἐξευρήσετε. Fortasse Clemens scripserat, ἐὰν μὴ ἔλπησθε, ἀνέλπιστον οὐκ ἐξευρήσετε. Utitur autem et alibi Heraclitus verbo ἔλπεσθαι potius quam τῷ ἐλπίζειν. Est enim illud magis Ionicum. Henricus Stephanus in *Poesi philosoph.* Interpres Theodoreti lib. I *Therapeutices Græc.* vertit: *Ni speretis, quod sperare non est, nequaquam invenietis, quod inscrutabile, dubium, inaccessumque est.* Pindari porro dictum, quod paulo post addit, habes et p. 30. COLLECT. Theodoreti locus sic se habet, libri jam dicti p. 478: Καὶ ὁ Ἡράκλειτος πάλιν παρεγγυᾷ ξεναγεῖσθαι ὑπὸ τῆς πίστεως, οὕτω λέγων· « Ἐὰν μὴ ἐλπίζητε, ἀνέλπιστον οὐχ εὑρήσετε, ἀνεξερεύνητον ἐὸν καὶ ἄπορον. » *Ipse etiam Heraclitus hortatur, ut fidei ductum sequamur, sic loquens:* « *Nisi speretis, insperatum non invenietis, cum inscrutabile sit et inaccessum.* »

σύνοικος ἐν τῷ Κυρίῳ (55) ἁριστής τε καὶ συνέστιος κατὰ τὸ πνεῦμα διαμένει· καθαρὸς μὲν τὴν σάρκα, καθαρὸς δὲ τὴν καρδίαν· ἡγιασμένος τὸν λόγον. Ὁ κόσμος τοῦτῳ, φησὶν, ἐσταύρωται, καὶ αὐτὸς τῷ κόσμῳ. Οὗτος, τὸν σταυρὸν τοῦ Σωτῆρος περιφέρων, ἕπεται Κυρίῳ μετ' ἴχνιον, ὥστε Θεὸς (56), ἅγιος ἁγίων γενόμενος. Πάσης τοίνυν ἀρετῆς μεμνημένος ὁ θεῖος νόμος, ἀλείφει μάλιστα τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τὴν ἐγκράτειαν, θεμέλιον ἀρετῶν κατατιθέμενος ταύτην· καὶ δὴ προπαιδεύει ἡμᾶς εἰς τὴν περιποίησιν τῆς ἐγκρατείας, ἀπὸ τῆς τῶν ζώων χρήσεως ἀπαγορεύων μεταλαμβάνειν τῶν ὅσα φύσει πίονα, καθάπερ τὸ τῶν συῶν γένος, εὐσαρκότατον τυγχάνον· τρυφητιῶσι γὰρ ἡ τοιαύτη χρῆσις χορηγεῖται. Λέγεται γοῦν, τινὰ τῶν φιλοσοφούντων (57) ἐτυμολογοῦντα τὴν ὖν, θῦν εἶναι φάναι, ὡς εἰς θύσιν καὶ σφαγὴν μόνον (58) ἐπιτήδειον· δεδόσθαι γὰρ τῇδε τῷ ζώῳ ψυχὴν πρὸς οὐδὲν ἕτερον ἢ ἕνεκα τοῦ τὰς σάρκας σφριγᾷν. Τῶν τε ἰχθύων ὁμοίως ἀπηγόρευσε μεταλαμβάνειν, στέλλων ἡμῶν τὰς ἐπιθυμίας, ἐκείνων οἷς μήτε πτερύγια μήτε λεπίδες εἰσὶν· εὐσαρκίᾳ γὰρ καὶ πιότητι τῶν ἄλλων ἰχθύων οὗτοι διαφέρουσιν. Ἐντεῦθεν οἶμαι καὶ τὰς τελετὰς οὐ μόνων τινῶν ζώων ἀπαγορεύειν ἅπτεσθαι, ἀλλ' ἔστιν ἃ καὶ τῶν καταθυομένων ὑπεξαιρεῖτο τῆς χρήσεως μέρη (59), δι' αἰτίας ἃς ἴσασιν οἱ μύσται. Εἰ δὴ γαστρὸς καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα κρατητέον, ὧν ἄνωθεν παρειλήφαμεν παρὰ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ νόμου τὴν ἐπιθυμίαν ἐκκόπτειν. Γένοιτο δ' ἂν τελείως τοῦτο, εἰ τοῦ ὑπεκκαύματος τῆς ἐπιθυμίας, τῆς ἡδονῆς λέγω, ἀνυποχρίτως κατεγνοίημεν. Φασὶ δὲ αὐτῆς εἶναι τὴν ἔννοιαν, κίνησιν λείαν (60) καὶ προσηνῆ μετά τινος αἰσθήσεως. Ταύτῃ δουλεύοντα τὸν Μενέλεων, μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν, φασὶν ὁρμήσαντα τὴν Ἑλένην ἀνελεῖν, ὡς κακῶν τοσούτων αἰτίαν γενομένην, ὅμως οὐ κατισχύσαι πρᾶξαι, ἡττηθέντα τῷ κάλλει, δι' οὗ ἐπὶ τὴν ἀνάμνησιν τῆς ἡδονῆς ἀφίκετο. Ὅθεν ἐπισκώπτοντες οἱ τραγῳδοποιοὶ, ἀνειδιστικῶς ἐπεβόησαν αὐτῷ·

martyr. Cum Domino cohabitans, eoque familiariter utens, in spiritu permanes; mundus quidem carne, mundus autem corde, sanctificatus sermone. *Mundus*, inquit, *ei crucifixus est, et ipse mundo* [a]. Is crucem Servatoris circumferens, Domini sequitur vestigia, tanquam Deus, effectus sanctus sanctorum. Omnis ergo virtutis cum meminerit lex divina, hominem maxime exercet ad continentiam, eam statuens fundamentum virtutum : atque adeo nos præerudit ad continentiam acquirendam, ex usu animantium, iis vesci prohibens, quæ sunt natura pinguia, quemadmodum genus suum, quod carnis habet plurimum. Delicatis enim ac luxuriosis suppeditatur talis usus. Dicitur itaque quidam philosophus suis afferens etymologiam, qui ὖς dicitur, ὖν dixisse quasi θῦν, ut qui ad θύσιν, hoc est *mactationem*, aptus esset solummodo : datam enim esse huic animali ad nihil aliud animam, quam ut carnes luxuriarent. Et similiter nostras cupiditates reprimens, prohibuit illis vesci piscibus, qui nec pinnas habent, nec squamas. **175** Carnium enim bonitate et pinguedine hi aliis piscibus antecellunt. Hinc existimo mysteria quoque non solum prohibere ✠ aliqua tangere animalia, sed etiam nonnullas eorum, quæ sacrificantur, eximere ab usu partes, propter eas, quas mystæ sciunt, causas. Si est itaque venter continendus, et ea, quæ sunt sub ventre, clarum est, quod jam olim a Domino accepimus, per legem exscindere debere nos cupiditatem. Id autem perfecte fiet, si cupiditatis fomitem, voluptatem, inquam, non ficte damnaverimus. Dicunt ejus hanc esse notionem, ut sit lenis et blandus motus cum aliquo sensu. Ei servientem Menelaum post Trojam captam dicunt, cum impetu ferretur ad occidendam Helenam, quod tot et tantorum fuisset causa malorum, id tamen non potuisse efficere victum pulchritudine, per quam in mentem venit recordatio pristinæ voluptatis. Unde ludificantes tragici, cum probro ac dedecore in eum exclamant :

*Σὺ* (61) *δ', ὡς ἐσεῖδες μαστὸν, ἐκβαλὼν ξίφος,*
*Φιλημ' ἔδεξω, προδότιν αἰκάλλων κύνα.*

*At tu papillam conspiciens gladium abjicis,*
*Et proditrici figis osculum cani.*

✠ P. 485 ED. POTTER, 406 ED. PARIS. [a] Galat. VI, 14.

(55) *Σύνοικος ἐν τῷ Κ.* Hæc sic scribere et distinguere malim : Σύνοικος ὢν τῷ Κυρίῳ, ἁριστής τε καὶ συνέστιος κατὰ τὸ πνεῦμα, διαμένει καθ. *Cum Domini sit cohabitator, et confabulator, et convictor quoad spiritum, permanet mundus carne*, etc. Illud ἁριστής, quod perperam ὁ ἀριστὴς est in Flor. edit., ex Homero sumptum est qui Minoem Cretensem vocavit Διὸς μεγάλου ἁριστῆν, *Jovis magni confabulatorem*. Συνέστιος κατὰ τὸ πνεῦμα contradistinguitur ei, qui est συνέστιος κατὰ τὸ σῶμα. Vir enim bonus, licet corpore distans, quoad spiritum cum Christo conjunctus est.

(56) Ὥστε Θεός. Sic superius dixit θεοποιεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον, *hominem Deum fieri*, *Protrept.* p. 71, ubi conf. adnotata.

(57) *Τινὰ τῶν φιλοσοφ.* Is Cleanthes est infra pag. 504. Sylburg.—Varro lib. II *De re rustica*, cap. 4 : « Sus Græce dicitur ὖς, olim thysus ab illo verbo, quod dicitur θύειν, quod est *immolare*. Ab suillo enim genere pecoris immolandi initium primum sumptum videtur : cujus vestigia, quod initiis Cereris porci immolantur. » P. Victorinus in Varronem, hunc citat Clementis locum, et Jos. Scaliger legit θῦς ὖς, quod Latine Varro scripsit thysus. Vide libro VII *Strom.*, p. 707, Cleanthis, Philemonis et Æsopi dicta in hanc sententiam. Collect. — Porro de præcepto quo Judæi suillæ carnis esu interdicebantur, conf. Lactantius lib. IV, cap. 17, p. 367 edit. Oxon.

(58) *Μόνον.* Μόνην mavult Rittershusius in Notis ad Porphyrii librum *De vita Pythagoræ*, p. 8.

(59) *Μέρη.* Scilicet adipem, et quasdam alias partes, quas comedere nefas habebatur.

(60) *Κίνησιν λείαν.* Aristippus definivit τὴν ἡδονὴν λείαν κίνησιν· τὸν πόνον τραχεῖαν κίνησιν. *Voluptatem, lenem motum; dolorem, asperum motum.* Cicero lib. *De finib.*, c. 65 : *Omnes jucundum totum, quo sensus hilarentur, Græce* ἡδονήν, *Latine voluptatem appellant.*

(61) *Σύ.* Eurip. des in *Andromach.*, v. 627, Eleum

Et rursus:

*Hebescit ensis ergo pulchritudine?*

Ego vero Antistheni assentior qui dicit: *Ego Venerem si acciperem, jaculis confoderem: quia hæc nobis honestas probasque mulieres multas corrupit.* Cupidinem vero *naturæ vitium* appellabat, *cui succumbentes miseri, ægritudinem deum vocant.* Per hæc enim ostenditur vinci imperitiores, propter ignorationem voluptatis, quæ non est admittenda, etsi dea dicatur, hoc est, etsi divinitus data sit ad usum liberorum procreationis. Et Xenophon voluptatem aperte vitium dicens, inquit: « O misera, quid vero tu bonum nosti, aut quid honestum consideras? quæ ne eorum quidem, quæ sunt jucunda, appetitum exspectas, sed priusquam esurias quidem, comedis priusquam autem sitias, bibis: et ut jucunde vescaris, obsoniorum conditores excogitas: ut autem suaviter bibas, magno sumptu vina comparas, et per æstatem nivis quærendæ causa circumcursas: ut autem ✠ jucunde dormias, non solum molles lectos, sed etiam, quæ lectis supponantur, fulcra paras. » Unde, ut dicebat Aristo, ad *totum tetrachordon, voluptatem*, inquam, *et dolorem, et metum, et cupiditatem, et multa exercitatione et pugna opus est.*

*Hi namque ad intima usque penetrant viscera,*
*Fluctusque in animo concitant mortalium.*

✠ P. 486 ED. POTTER, 406-407 ED. PARIS.

Introducit his verbis Menelaum alloquentem:

*Ἑλὼν δὲ Τροίαν (εἶμι γὰρ κἀνταῦθά σοι),*
*Οὐκ ἔκτανες γυναῖκα χειρίαν λαῶν·*
*Ἀλλ' ὡς ἐσεῖδες μαστόν, ἐκβαλὼν ξίφος,*
*φίλημ' ἔδέξω, προδότιν αἰκάλλων κύνα,*
*Ὅσσων πεφυκὼς Κύπριδος, ὦ κάκιστε σύ.*

*Capta autem Troja (nam et huc tua causa veniam)*
*Non interfecisti uxorem redactam in tuam potestatem:*
*Sed postquam vidisti ubera, objecto gladio,*
*Osculum accepisti, adulans canem proditricem,*
*Factus inferior Venere, o ignavissime tu.*

(62) Ἆρ'. Non minus aptum ἄρ', *igitur*, inquit Salmurg. Sed ἆρ' interrogat. retinet Euripides *Orest.* v. 1287.

(63) Ἐκκεκώφηνται. Alii scribunt ἐκκεκώφηται, ut etiam ἐκκεκώφωνται et ἐκκεκώφωται.

(64) Ἀντισθένη. Theodoretus *De curat. aff. Græc.*, lib. III: *Antisthenes quidem, Socratis familiaris Diogenisque præceptor, qui temperantiam dicitur fecisse quam maximi, hæc de Venere olim dixit: Ego, si Venerem capere mihi liceat, jaculis, nihil moratus, transfigam; quando hæc nobis honestas probasque mulieres una corrupit. Idem Antisthenes Cupidinem naturæ vitium appellabat, cui vitio miseri homines succumbentes, pessimam ægritudinem deum vocant.* Stobæus, tit. 29, ait, cum dixisse, *voluptates esse venandas, quæ labores sequuntur, non quæ præeeduut.* COLLECT.

(65) Τὴν Ἀφρόδ. Ἐγὼ δὲ τὴν Ἀφροδίτην κατατοξ. Theodoret., qui hæc, pro more suo, e Clemente nostro sumpsit, Θεραπευτ. γ', p. 519.

(66) Ὦ τλῆμ. Verba sunt hæc Virtutis ad Vitium apud Xenophontem lib. II *Memorabil.*, pag. 759 edit. Francofurt.

(67) Τί δὲ σὺ ἀγ. Xenophon plenius: Τί δὲ σὺ ἀγαθὸν ἴσθι, ἢ τί ἡδὺ οἶσθα, μηδὲν τούτων ἕνεκα πράττειν ἐθέλουσα; *Quid boni habes, aut quam delectationem nosti, cum nihil horum causa facere velis?*

(68) Ἀναμένεις. Post hoc verbum addit Xenophon: Ἀλλὰ πρὶν ἐπιθυμῆσαι, πάντων ἐμπίπλασαι. *Sed prius, quam appetas, omnibus repleris.*

(69) Οἴνους. Melius Xenoph., οἰνους τε.

(70) Καταχοιμηθῇς. Καθυπνώσῃς, Xenoph.

(71) Οὐ μόνον τὰς κ.τ.λ. Xenophon plenius et melius: Οὐ μόνον τὰς στρωμνὰς μαλακὰς, ἀλλὰ καὶ τὰς κλίνας, καὶ τὰ ὑπόθρα ταῖς κλίναις παρασκευάζεις. *Non tantum stragula mollia, sed etiam lectulos, lectulorumque fulcra paras.*

(72) Πρὸς ὅλον. H. Grotius in *Excerptis e trag.*, p. 457, hæc ad metri leges redacta Agathoni tribuit:

. . . . *Πρὸς τὸ τετράχορδον δ' ὅλον,*
*Τὴν ἡδονὴν, ἐπιθυμίαν, λύπην, φόβον,*
*Ἀσκήσεώς γε καὶ μάχης πολλῆς δέει·*
*Οὗτοι γάρ, οὗτοι καὶ διὰ σπλάγχνων ἔσω*
*Χωροῦσι, καὶ κυκῶσιν ἀνθρώπων κέαρ.*

. . . . *Nos in quadrijuges,*
*Metum, dolorem, cupiditatem, gaudia,*
*Meditatione maxima et pugna est opus:*
*Hi namque sunt, hi, nostra qui sub viscera*
*Intrant, et imo corde qui fluctus cient.*

Dein hæc adnotat: « Ascribitur hæc sententia in Clemente Aristoni. Ego Agathoni ex conjectura ascripsi, quod Aristonem inter tragicos non invenirem. Priores duo versus confusi ibidem exstant. » Sed Gatakerus *Advers.* c. 9, postquam integrum Clementis locum attulisset, hæc dicit: Hæc omnia Agathoni in *Excerptis* ascribit vir clarissimus Hugo Grotius, quod Aristonem inter tragicos nullum inveniret. Itaque ad metri leges reducere conatur. Haud est difficile multa sermone soluto scripta ad iambi etiam puri leges traducere: quod et alibi virum clarissimum fecisse deprehendimus. Cæterum mihi priora illa Aristonis philosophi omnino videntur; novissima tantum distycho comprehensa esse poetæ, et tragici forsan, sed incerti.

Καὶ γὰρ (73) τῶν σεμνῶν οἰομένων εἶναι τοὺς θυμοὺς ἡ ἡδονὴ κηρίνους ποιεῖ, κατὰ Πλάτωνα· ὅτι ἑκάστη ἡδονή (74) τε καὶ λύπη προσπασσαλεῖ τῷ σώματι ψυχὴν τοῦ γε μὴ ἀφορίζοντος καὶ ἀποσταυροῦντος ἑαυτὸν τῶν παθῶν (75). Ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν τὴν ἑαυτοῦ, φησὶν ὁ Κύριος, σώσει αὐτήν· ἤτοι ῥιψοκινδύνως ὑπὲρ τοῦ Σωτῆρος αὐτὴν ἐπιδιδοὺς, ὡς αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν πεποίηκεν, ἢ ἀπολέσας αὐτὴν ἐκ τῆς πρὸς τὸν συνήθη βίον κοινωνίας. Ἐὰν γὰρ ἀπολῦσαι, καὶ ἀποστῆσαι, καὶ ἀφορίσαι (τοῦτο γὰρ ὁ σταυρὸς σημαίνει) τὴν ψυχὴν ἐθελήσῃς τῆς ἐν τούτῳ τῷ ζῆν τέρψεώς τε καὶ ἡδονῆς, ἕξεις αὐτὴν ἐν τῇ ἐλπίδι τῇ προσδοκωμένῃ, εὑρημένην καὶ ἀναπεπαυμένην. Εἴη (76) δ' ἂν τοῦτο μελέτη θανάτου, εἰ μόναις ταῖς κατὰ φύσιν μεμετρημέναις ὀρέξεσι, μηδὲν ὑπεροριζούσαις τῶν κατὰ φύσιν, ἐπὶ τὸ μᾶλλον ἢ παρὰ φύσιν, ἔνθα τὸ ἁμαρτητικὸν φύεται, ἀρκεῖσθαι βουλοίμεθα. Ἐνδύσασθαι οὖν δεῖ τὴν παναπλίαν τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς στῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου· ἐπεὶ τὰ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων, λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ, ὁ θεῖος φησὶν Ἀπόστολος. Ἀνδρὸς δὴ χρεία, ὅστις θαυμαστῶς καὶ ἀσυγχύτως τοῖς πράγμασι χρήσεται, ἀφ' ὧν τὰ πάθη ὁρμᾶται· οἷον πλούτῳ καὶ πενίᾳ, καὶ δόξῃ καὶ ἀδοξίᾳ, ὑγείᾳ καὶ νόσῳ, ζωῇ καὶ θανάτῳ, πόνῳ καὶ ἡδονῇ. Ἵνα γὰρ ἀδιαφόρως τοῖς διαφόροις χρήσωμαι, πολλῆς ἡμῖν δεῖ διαφορᾶς, ἅτε προκεκακωμένοις ἀσθενείᾳ πολλῇ, καὶ προδιαστροφῇ κακῆς ἀγωγῆς τε καὶ τροφῆς, μετὰ ἀμαθίας προαπολελαυκόσιν. Ὁ μὲν οὖν ἁπλοῦς λόγος τῆς καθ' ἡμᾶς φιλοσοφίας τὰ πάθη πάντα ἐναπερείσματα τῆς ψυχῆς φησὶν εἶναι, τῆς μαλθακῆς καὶ εἰκούσης, καὶ οἷον ἐναποσφραγίσματα τῶν πνευματικῶν δυνάμεων, πρὸς ἃς ἡ πάλη ἡμῖν. Ἔργον γάρ, οἶμαι, ταῖς κακούργοις δυνάμεσιν ἐνεργεῖν τι τῆς ἰδίας ἕξεως παρ' ἕκαστα πειρᾶσθαι, εἰς τὸ καταγωνίσασθαι καὶ ἐξιδιοποιήσασθαι τοὺς ἀπειπαμένους (77) αὐτάς. Ἕπεται δ' εἰκότως τοὺς μὲν καταπαλαίεσθαι, ὅσοι δὲ ἀθλητικώτερον τὸν ἀγῶνα μεταχειρίζονται, πάμμαχον ἀγωνισάμενοι, καὶ μέχρι τοῦ στεφάνου χωρήσασαι (78) αἱ προειρημέναι δυνά-

*Eorum enim, qui graves existimantur, animos voluptas facit cereos*, ex sententia Platonis: quoniam *unaquæque voluptas, et unusquisque dolor corpori affigit animam* ejus, qui non se separat ab affectibus, eosque cruci affigit. *Qui perdiderit animam suam*, inquit Dominus, *servabit ipsam* [a]: scilicet aut eam lubenter pro Domino periculis exponens, sicut ille se nostri gratia exposuit: aut eam perdens ex ea, quæ est ei cum hac vita, consuetudine. Si enim solvere, abducere, et segregare (id enim crux significat) animam volueris ab ea, quæ est in hac vita, voluptate et delectatione, habebis eam, in ea, quæ exspectatur, spe inventam et conquiescentem. Hoc enim fuerit meditatio mortis, si solis iis, quæ sunt secundum naturam dimensæ, appetitionibus, et quæ ea quæ sunt secundum naturam, non excedunt, declinando ad id, quod exsuperat, vel quod est præter naturam, in quo peccandi enascitur occasio, contenti esse velimus. *Oportet ergo nos Dei induere armaturam, ad hoc ut possimus resistere insidiis diaboli* [b]: *quoniam arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed Deo potentia, ad destructionem munitionum, cogitationes destruentes, et omnem altitudinem se extollentem adversus Dei cognitionem, et captivantes omnem intellectum ad obediendum fidei* [c], ait divinus Apostolus. Viro utique opus est, qui admirabiliter et inconfuse iis rebus sit usurus, a quibus oriuntur affectus: quemadmodum ✠ divitiis et paupertate, gloria et ignominia, sanitate et morbo, vita et morte, labore et voluptate. Ut enim indifferenter utamur differentibus, magna nobis opus est differentia, ut qui multa imbecillitate prius malo affecti simus, et in mala educatione et institutione prius versati cum ignoratione. Simplex ergo ratio nostræ philosophiæ, dicit omnes affectus esse impressiones mollis et cedentis animæ, et veluti obsignationes potestatum spiritualium, adversus quas nobis est colluctatio. Malefi carum enim, ut puto, potestatum est opus, proprii habitus aliquid conari singulis rebus imprimere, ut nos, qui iis abrenuntiavimus, in certamine superent, et suos efficiant. Est ergo jure consequens, ut aliqui quidem in lucta prosternantur. Quicunque autem certamen magis athletice aggrediuntur, omni contentione decertan-

✠ P. 487 ED. POTTER, 407-408 ED. PARIS. [a] Matth. x, 39; Marc. viii, 35. [b] Ephes. vi, 11. [c] II Cor. x, 4, 5.

Qualia multa laudat Clemens, tacito etiam auctoris nomine. Et Agathonis quidem tragici nomine citat Jo. Pricæus noster *Adnotat. ad Jac.* cap. iv, v. 1. Quanquam et Aristonis nomine quædam adducit iambica Theophilus *ad Autolyc.* lib. iii, sed quæ Aristophanis comici suspicetur esse Grotius. Verum istud inter conjectanea locum habet. »

(73) *Καὶ γάρ.* Platonis locus est in *Phædone*, Basil. edit. p. 53. SYLBURG.

(74) *Ἑκάστη ἡδονή.* Plato in *Phædone*, p. 65 edit. Francofurt. qua in hoc opere semper usi sumus, ait: Ἡ τοῦ ὡς ἀληθῶς φιλοσόφου ψυχὴ οὕτως ἀπέχεται τῶν ἡδονῶν, καὶ ἐπιθυμιῶν, καὶ λυπῶν, καὶ φόβων, καθ' ὅσον δύναται. *Veri philosophi animus a voluptatibus, cupiditatibus, doloribus, et timoribus, pro viribus abstinet.* Dein paulo post hæc addit: Ἑκάστη ἡδονὴ καὶ λύπη, ὥσπερ ἧλον ἔχουσα, προσηλοῖ αὐτὴν (ψυχὴν) πρὸς σῶμα, καὶ προσπερονᾷ· *Omnis voluptas atque dolor, quasi clavum tenens, animam corpori affigit atque connectit.*

(75) *Ἀποσταυροῦντος ἑαυτὸν τῶν παθῶν.* Legendum videtur ἀποσταυροῦντος ἑαυτῷ τὰ πάθη, Vid. p. 403. LOWTH. — Sed nil muto.

(76) *Εἴη.* Plato in *Phædone*, p. 6, cum dixisset animam a corporis communione ac voluptatibus quam maxime abstrahendam esse, hæc adjicit: Τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶ ἢ ὀρθῶς φιλοσοφοῦσα, καὶ τῷ ὄντι τεθνάναι μελετῶσα ῥᾳδίως· ἢ οὐ τοῦτ' ἂν εἴη μελέτη θανάτου; *Quod quidem nihil aliud est, quam recte philosophari, mortem revera facile meditari. Annon hoc est meditatio mortis?*

(77) *Ἀπειπαμένους.* Nempe in voto baptismali.

(78) *Ἀγωνισάμεναι . . . χωρήσασαι.* Lege ἀγωνισάμενοι . . . χωρήσαντες. LOWTH. — Sed, retenta

tes, ad coronam usque perveniunt; prædictæ autem potestates in multo sudore et cruore tunc deficiunt, victores admirantes. Eorum enim, quæ moventur, alia quidem ex appetitione moventur et imaginatione, sicut animalia; alia autem per translationem, sicut inanimata; ex inanimis autem plantas quoque quidam dicunt moveri transeundo ad augmentum, si quis eis esse plantas inanimas concesserit. Et habitum quidem lapides; naturam plantæ; appetitionem vero et imaginationem, et ea præterea duo, quæ prius dicta sunt, bruta quoque participant. Ratiocinandi autem potestas, quæ est propria humanæ animæ, non debet similiter impelli atque animantia ratione carentia, sed imaginatione percepta discernere, et non ab eis abduci. Hæc ergo, **176** de quibus diximus, potestates, pulchritudines et glorias, et adulteria et voluptates, et tales ejusmodi inescantes imagines, iis, quæ facile seduci possunt, animabus protendunt, quemadmodum qui pecora abigunt, eis frondes porrigunt. Deinde cum eos astu circumvenerint, qui non possunt veram voluptatem a falsa discernere, fluxamque ac caducam injuriæque obnoxiam a sancta pulchritudine, ducunt in servitutem. Unaquæque autem deceptio assidue premens animam, in ea imprimit imaginem: et imprudens insciensque anima affectus circumfert imaginem, quæ ex inescatione et nostra assensione oritur. Basilidis ✠ autem sectatores affectus consueverunt vocare προσαρτήματα, id est, appendices: et ea esse quoad essentiam spiritus appensos animæ rationi prædictæ, per quamdam conturbationem et confusionem primigeniam: et alias rursus spirituum adulterinas et diversi generis naturas iis adnasci, utpote lupi, simiæ, leonis, ursi, quorum proprietates animæ subinde occurrentes, ejus cupiditates animantibus dicunt assimilare. Quarum enim ferunt proprietates, earum opera factaque imitantur. Et non solum cum rationis expertium animantium appetitionibus et imaginibus accommodantur, sed etiam plantarum æmulantur motus et pulchritudines, propterea quod plantarum quoque adjunctas habeant

μεις ἐν πολλῷ τῷ λύθρῳ, τότε δὴ ἀπαυδῶσι, θαυμάζουσαι τοὺς νικηφόρους. Τῶν γὰρ κινουμένων ἃ μὲν καθ' ὁρμὴν καὶ φαντασίαν κινεῖται, ὡς τὰ ζῶα· τὰ δὲ κατὰ μετάθεσιν, ὡς τὰ ἄψυχα. Κινεῖσθαι δὲ καὶ τῶν ἀψύχων τὰ φυτὰ μεταβατικῶς φασιν εἰς αὔξησιν, εἴ τις αὐτοῖς ἄψυχα εἶναι συγχωρήσει τὰ φυτά. Ἕξεως (79) μὲν οὖν οἱ λίθοι, φύσεως δὲ τὰ φυτὰ, ὁρμῆς τε καὶ φαντασίας, τῶν τε αὖ δυεῖν τῶν προειρημένων (80), καὶ τὰ ἄλογα μετέχει ζῶα. Ἡ λογικὴ δὲ δύναμις, ἰδία οὖσα τῆς ἀνθρωπείας ψυχῆς, οὐχ ὡσαύτως τοῖς ἀλόγοις ζώοις ὁρμᾷν ὀφείλει, ἀλλὰ καὶ διακρίνειν τὰς φαντασίας, καὶ μὴ συναποφέρεσθαι αὐταῖς. Αἱ τοίνυν δυνάμεις, περὶ ὧν εἰρήκαμεν, κάλλη, καὶ δόξας, καὶ μοιχείας, καὶ ἡδονὰς, καὶ τοιαύτας τινὰς φαντασίας δελεαστικὰς περιτείνουσι ταῖς εὐεπιφόροις ψυχαῖς, καθάπερ οἱ ἀπειλαύνοντες τὰ θρέμματα, θαλλοὺς προσιέντες· εἶτα κατασοφισάμενοι τοὺς μὴ διακρίνειν δυνηθέντας τὴν ἀληθῆ ἀπὸ ψεύδους (81) ἡδονὴν, καὶ τὸ ἐπικηρόν τε καὶ ἐφύβριστον ἀπὸ τοῦ ἁγίου κάλλους, ἄγουσιν δουλωσάμενοι. Ἑκάστη δὲ ἀπάτη συνεχῶς ἐναπερειδομένη τῇ ψυχῇ, τὴν φαντασίαν ἐν αὐτῇ τυποῦται· καὶ δὴ τὴν εἰκόνα ἔλαθεν περιφέρουσα τοῦ πάθους ἡ ψυχὴ τῆς αἰτίας, ἀπό τε τοῦ δελέατος, καὶ τῆς ἡμῶν συγκαταθέσεως γινομένης. Οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Βασιλείδην προσαρτήματα τὰ πάθη καλεῖν εἰώθασιν· πνεύματά τινα ταῦτα κατ' οὐσίαν ὑπάρχειν προσηρτημένα τῇ λογικῇ ψυχῇ, κατά τινα τάραχον καὶ σύγχυσιν ἀρχικήν· ἄλλας τε αὖ πνευμάτων νόθους καὶ ἑτερογενεῖς φύσεις προσπεφύεσθαι ταύταις, οἷον λύκου, πιθήκου, λέοντος, τράγου· ὧν τὰ ἰδιώματα περὶ τὴν ψυχὴν φανταζόμενα, τὰς ἐπιθυμίας τῆς ψυχῆς τοῖς ζώοις ἐμφερῶς ἐξομοιοῦν λέγουσιν. Ὧν γὰρ ἰδιώματα φέρουσι, τούτων τὰ ἔργα μιμοῦνται· καὶ οὐ μόνον ταῖς ὁρμαῖς καὶ φαντασίαις τῶν ἀλόγων ζώων προσοικειοῦνται, ἀλλὰ καὶ φυτῶν κινήματα καὶ κάλλη ζηλοῦσι, διὰ τὸ καὶ φυτῶν ἰδιώματα προσηρτημένα φέρειν. Ἔχει δὲ καὶ ἕξεως ἰδιώματα, οἷον ἀδάμαντος σκληρίαν. Ἀλλὰ μὲν πρὸς τὸ δόγμα τοῦτο διαλεξόμεθα ὕστερον, ὁπηνίκα περὶ ψυχῆς διαλαμβάνομεν· νῦν δὲ τοῦτο μόνον παρασημειωτέον, ὡς Δουρείου τινὸς ἵππου (82), κατὰ

✠ P. 488 ED. POTTER, 408-409 ED. PARIS.

veteri lectione, hoc modo poterint hæc explicari: *Quicunque vero athletice ac fortiter certamen ineunt, hos prædicti spiritus omni genere pugnæ adorti, et ad ipsam usque coronam, non sine multo sudore ac cruore, persequentes, tandem deficiunt, et victores admirantur.*

(79) Ἕξεως. Philo *Legis allegoriarum* lib. III, p. 1091: Ἡ μὲν ἕξις κοινὴ καὶ τῶν ἀψύχων ἐστὶ λίθων καὶ ξύλων, ἧς μετέχει καὶ τὰ ἐν ἡμῖν ἐοικότα λίθοις ὀστέα· ἡ δὲ φύσις διατείνει καὶ ἐπὶ τὰ φυτά· καὶ ἐν ἡμῖν δέ ἐστιν ἐοικότα φυτοῖς, ὄνυχές τε καὶ τρίχες. Ἔστι δὲ ἡ φύσις ἕξις ἐπὶ κινουμένη. Ψυχὴ δέ ἐστι φύσις προσειληφυῖα φαντασίαν καὶ ὁρμήν· αὕτη κοινὴ καὶ τῶν ἀλόγων ἐστίν. Ἔχει δὲ καὶ ἡμέτερος νοῦς ἀνάλογόν τι ἀλόγῳ ψυχῇ. Πάλιν ἡ διανοητικὴ δύναμις ἰδία τοῦ νοῦ ἐστι, καὶ ἡ λογική. *Habitus quidem communis est et inanimatis, lapidibus et lignis, cujus participant, quæ in nobis similia sunt lapidibus, ossa: natura autem extendit sese ad plantas; et in nobis similia sunt plantis, ungues et capilli. Est vero natura, habitus jam motus. Anima autem est natura, quæ assumit imaginationem et impetum; ipsa communis et irrationalium est. Habet autem et mens nostra analogum quid irrationali animæ.* Idem latius persequitur lib. *Quod Deus sit immut.*, pag. 299. Conf. etiam ejusdem lib. *Quod mundus sit incorruptibilis.*

(80) Δυεῖν τῶν πρ. Nempe ἕξεως et φύσεως.

(81) Τὴν ἀληθῆ ἀπὸ ψεύδους. Concinnius, τὴν ἀληθῆ ἀπὸ τῆς ψευδοῦς· ut mox, τὸ ἐφύβριστον ἀπὸ τοῦ ἁγίου. Sylburg.

(82) Δουρείου τινὸς ἵππου. *Durei cujusdam equi speciem præfert.* Dici potest de homine multifariis et diversis inter se vitiis obnoxio. Dureo equo ligneo ab Epeo fabricato multos Græcorum proceres fuisse inclusos, notum est. Hen. Junius cent. 3, proverb. 77. Hominem ergo quemvis intelligit qualem describebat Basilides, ὁ κατὰ Βασιλείδην ἄνθρωπος: Suidas, Δούρειος ὁ ξύλινος. Ἵππος τῶν Ἑλλήνων dicitur, et δουράτειος, et δούριος. Epiphanius hæresi 21, Simonianorum: Διὰ καὶ τὸν παρ' Ὁμήρῳ Δούριον ἵππον μεμηχανημένον, ὃν νο-

τὸν ποιητικὸν μῦθον, εἰκόνα σώζει ὁ κατὰ Βασιλείδην ἄνθρωπος, ἐν ἑνὶ σώματι τοσούτων πνευμάτων διαφόρων στρατὸν ἐγκεκολπισμένος. Αὐτὸς γοῦν ὁ τοῦ Βασιλείδου υἱὸς Ἰσίδωρος (83) ἐν τῷ *Περὶ προσφυοῦς ψυχῆς*, συναισθόμενος τοῦ δόγματος, οἷον ἑαυτοῦ κατηγορῶν, γράφει κατὰ λέξιν· « Ἐὰν γάρ τινι πείσμα δῷς, ὅτι μὴ ἔστιν ἡ ψυχὴ μονομερής, τῇ δὲ τῶν προσαρτημάτων βίᾳ τὰ τῶν χειρόνων γίνεται πάθη, πρόφασιν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἕξουσιν οἱ μοχθηροὶ τῶν ἀνθρώπων λέγειν· Ἐβιάσθην, ἀπηνέχθην, ἄκων ἔδρασα, μὴ βουλόμενος ἐνήργησα· τῆς τῶν κακῶν ἐπιθυμίας αὐτὸς ἡγησάμενος, καὶ οὐ μαχεσάμενος ταῖς τῶν προσαρτημάτων βίαις. Δεῖ δὲ, τῷ λογιστικῷ κρείττονας γενομένους, τῆς ἐλάττονος ἐν ἡμῖν κτίσεως φανῆναι κρατοῦντας. » Δύο γὰρ δὴ ψυχὰς ὑποτίθεται καὶ οὗτος ἐν ἡμῖν, καθάπερ οἱ Πυθαγόρειοι, περὶ ὧν ὕστερον ἐπισκεψόμεθα. Ἀλλὰ καὶ Οὐαλεντῖνος, πρός τινας ἐπιστέλλων, αὐταῖς λέξεσι γράφει περὶ τῶν προσαρτημάτων· « Εἷς δέ ἐστιν ἀγαθὸς, οὗ παῤῥησία (84) ἡ διὰ τοῦ Υἱοῦ φανέρωσις, καὶ δι' αὐτοῦ μόνου δύναιτο ἂν ἡ καρδία καθαρὰ γενέσθαι, παντὸς πονηροῦ πνεύματος ἐξωθουμένου τῆς καρδίας· πολλὰ γὰρ ἐνοικοῦντα αὐτῇ πνεύματα οὐκ ἐᾷ καθαρεύειν· ἕκαστον δὲ αὐτῶν, τὰ ἴδια ἐκτελεῖ ἔργα, πολλαχῶς ἐνυβριζόντων ἐπιθυμίαις οὐ προσηκούσαις. Καί μοι δοκεῖ ὅμοιόν τι πάσχειν τῷ πανδοχείῳ ἡ καρδία· καὶ γὰρ ἐκεῖνο κατατιτρᾶται τε καὶ ῥύπτεται, καὶ πολλάκις κόπρου πίμπλαται, ἀνθρώπων ἀτελῶς ἐμμενόντων, καὶ μηδεμίαν πρόνοιαν ποιουμένων τοῦ χωρίου, καθάπερ ἀλλοτρίου καθεστῶτος. Τὸν τρόπον τοῦτον καὶ ἡ καρδία μέχρι μὴ προνοίας τυγχάνει, ἀκάθαρτος οὖσα, πολλῶν οὖσα δαιμόνων οἰκητήριον (85)· ἐπειδὰν δὲ ἐπισκέψηται αὐτὴν ὁ μόνος ἀγαθὸς Πατὴρ, ἁγίαστα καὶ φωτὶ διαλάμπει· καὶ οὕτω μακαρίζεται (86) ὁ ἔχων τὴν τοιαύτην καρδίαν, ὅτι

A proprietates: habent autem etiam habitus proprietates, utpote duritiem adamantis. Sed adversus hoc dogma quidem postea disseremus, quando de anima tractabimus. nunc autem hoc solum adnotandum est, quod Durii equi, ut est in poeticis fabulis, imaginem servat homo ex sententia Basilidis, ut qui in uno corpore tot diversorum spirituum exercitum habeat inclusum. Ipse itaque filius Basilidis Isidorus, in lib. *De adnata anima*, ejusdem dogmatis particeps, scribit his verbis, veluti seipsum accusans: « Si enim alicui persuaseris non esse animam unius partis, vi autem appendicum fieri deteriorum affectus, non levem prætextum habebunt homines scelerati, dicendi: Coactus sum, abductus sum, coactus feci, non volens operatus sum: cum ipse dux fuerit malorum cupiditatis, et cum appendicum violentia non depugnarit. Oportet autem, ope partis rationalis factos superiores, minorem, quæ est in nobis creaturam, superasse apparere. » Is enim duas quoque in nobis ponit animas, sicut Pythagorei, quas postea considerabimus. Quin etiam Valentinus scribens ad aliquos, his verbis utitur de appendicibus: « Est ✠ autem unus bonus, cujus fiducia est ea, quæ fit per Filium manifestatio, et per eum solum potest cor fieri mundum, ejecto ex corde omni maligno spiritu. Multi enim in eo habitantes spiritus, id mundum esse non sinunt. Unusquisque autem eorum propria efficit opera, sæpe non convenientibus insultans cupiditatibus. Ac mihi quidem videtur cor non esse absimile diversorio: illud enim perforatur et effoditur, et stercore sæpe repletur, cum homines se petulanter gerant, et locum nihil omnino curent, ut qui sit alienus. Eodem modo cor quoque: cum, quandiu nulla ejus providentia geritur, sit immundum et multorum dæmonum habita-

✠ P. 489 ED. POTTER, 409-410 ED. PARIS.

μίζουσιν Ἕλληνες ἐπίτριτος γεγενῆσθαι, ἔλεγε πάλιν ὁ γόης, ὅτι ἀγνοίᾳ ἐστὶ τῶν ἐθνῶν. Cæterum eadem ratione Athenæus lib. IX ex Diphilo dixit: Δούρειον ἐπάγω χῆνα τῷ φυσήματι. *Durcum anserem adduco magna inflatum mole*; aut. *Vobis fero anserem tumore Durium*; quod scilicet farcimine distentus esset. Macrobius lib. III *Saturnal.*, cap. 13, refert Cincium in oratione, qua suasit legem Fanniam de moderandis sumptibus, objecisse suo sæculo, quod porcum Trojanum mensis inferrent, hoc est differtum variis animantium generibus. Vide *Proverbia Chil.* IV, cent. 10, 70. COLLECT.

(83) Ἰσίδωρος. Theodoretus *Hæretic. fabul.* lib. I, cap. 4: Ἰσίδωρος, ὁ τοῦ Βασιλείδου υἱὸς, μετά τινος ἐπιθήκης τὴν τοῦ πατρὸς μυθολογίαν ἐκράτυνε. *Isidorus, Basilidæ filius, fabulosa patris dicta cum aliquo etiam additamento confirmavit.*

(84) *Εἷς δέ ἐστιν ἀγαθὸς· οὗ παῤῥησία.* Clarissimus Grabius in *Spicilegio* sæc. II in Valentini verba, hæc adnotavit: « Hæc iterum emendatione aliqua egent, et pro illis, οὗ παῤῥησίᾳ ἡ διὰ τοῦ Υἱοῦ φανέρωσις (ut in omnibus editionibus leguntur) ponenda, οὗ παρουσίᾳ, etc., *cujus præsentiam nobis exhibuit ea, quæ per Filium facta est, manifestatio.* Patet ex sequentibus: Ἐπειδὰν δὲ ἐπισκέψηται αὐτὴν ὁ μόνος ἀγαθὸς Πατὴρ, etc. Quod autem προσαρτήματα attinet, de quibus Valentinus hæc scripsisse dicitur, ea declaranda sunt ex præcedentibus pag. 408 edit. Paris., Clementis verbis: Οἱ ἀμφὶ τὸν Βασιλείδην προσαρτήματα τὰ πάθη καλεῖν εἰώθασιν· πνεύματά τινα ταῦτα κατ' οὐσίαν ὑπάρχειν προσηρτημένα τῇ λογικῇ ψυχῇ κατά τινα τάραχον καὶ σύγχυσιν ἀρχικήν. Ἄλλας τε αὖ πνευμάτων νόθους καὶ ἑτερογενεῖς φύσεις προσπεφύεσθαι ταύταις, οἷον λύκου, πιθήκου, λέοντος, τράγου· ὧν τὰ ἰδιώματα περὶ τὴν ψυχὴν φανταζόμενα, ἐπιθυμίας τῆς ψυχῆς τοῖς ζώοις ἐμφερῶς ἐξομοιοῦν λέγουσι. *Basilidis autem sectatores perturbationes animæ vocare solent προσαρτήματα* (id est, *appendices*), *eaque esse quosdam spiritus, secundum essentiam adhærentes animæ rationali per quamdam conturbationem et confusionem in principio factam. Et alias rursus adulterinas ac diversi generis spirituum naturas iis adnasci, utpote lupi, simiæ, leonis, ursi: quarum proprietatibus animæ per phantasiam obversantibus, cupiditates animæ animantibus plane similes reddi dicunt.* Ridiculam hanc opinionem breviter in sequentibus perstringit Clemens, et ubi Isidori atque Valentini verba adduxit, orthodoxam sententiam ex Barnabæ epistola declarat, ubi etiam cor infidelium οἶκος δαιμόνων dicitur quidem, sed de vi atque operationibus, non natura vel substantiis dæmonum intelligitur. »

(85) *Δαιμόνων· οἰκητήριον.* Conf. *Recognitiones* S. Clementis sub finem lib. II, et lib. IV, cap. 15 et seq.

(86) *Μακαρίζεται.* Respicit Matth. V, 8. Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται.

culum: postquam autem id inviserit, qui solus est bonus Pater, sanctificatum est, et luce resplendet: et sic qui tali corde est præditus, beatur, quoniam Deum videbit. » Quænam est ergo causa, quod non ab initio talis animæ cura ac providentia geratur, dicant nobis. Aut enim non est digna, et quodammodo sicut ex pœnitentia accedit ad eam providentia, vel natura, ut ipse vult, servatur? et necesse est eam, cum ab initio ejus cura geratur propter cognationem, immundis spiritibus nullum daje aditum, nisi ei vis afferatur, et imbecilla probetur. Si enim dederit, eam pœnitentia ductam, eligere quæ sunt meliora, invitus dicet id, quod decernit, quæ est apud nos, veritas: nempe ex obediente mutatione, non autem ex natura, esse salutem. Quemadmodum enim exhalationes, cum e terra, tum e paludibus ortæ, in caliginem et nimbos conglobantur: ita etiam carnalium cupiditatum vapores malam animæ inurunt habitudinem, voluptatis species ante animam undique spargentes. Intelligentiæ itaque luci tenebras offundunt, attrahente anima vapores concupiscentiæ, et condensante affectuum globos, ex perpetuo voluptatum usu. Gleba e terra sublata non est aurum, sed coquitur et percolatur, deinde pura evadens, aurum vocatur, quod est terra purificata. *Petite* enim, *et dabitur vobis* *, iis, qui ex seipsis possunt ea, quæ sunt optima, eligere, dicitur. Quomodo autem nos diaboli operationes, et spiritus immundos in peccatoris animam seminare dicamus, non mihi pluribus verbis opus est, si adduxero testem Barnabam apostolicum (erat autem is ex septuaginta, et Pauli adjutor) ✠ his verbis sic dicentem: « Antequam nos Deo crederemus, erat nostrum cordis habitaculum interitui obnoxium et imbecillum, vere templum manu ædificatum: quia erat quidem plenum cultu idolorum **177**, et erat domus dæmonum, quod faceret quæcunque Deo sunt contraria. » Operationes ergo dæmonibus convenientes dicit peccatores efficere: non autem ait ipsos spiritus habitare in anima infidelis. Et ideo subjungit: « Attendite ut templum Domini gloriose ædificetur. Discite vos accepisse remissionem pec-

δψεται τὸν Θεόν. » Τίς οὖν ἡ αἰτία τοῦ μὴ προνοεῖσθαι ἐξ ἀρχῆς τὴν τοιαύτην ψυχήν, εἰπάτωσαν ἡμῖν. Ἤτοι (87) γὰρ οὐκ ἔστιν ἀξία (καὶ πῶς ὥσπερ ἐκ μετανοίας ἡ πρόνοια πρόσεισιν αὐτῇ;) ἢ φύσις σωζομένη, ὡς αὐτὸς βούλεται, τυγχάνει· καὶ ἀνάγκη ταύτην, ἐξ ἀρχῆς διὰ συγγένειαν προνουμένην, μηδεμίαν παρείσδυσιν τοῖς ἀκαθάρτοις παρέχειν πνεύμασιν, ἐκτὸς εἰ μὴ βιασθείη, καὶ ἀσθενὴς ἐλεγχθείη. Ἐὰν γὰρ δῷ μετανοήσασαν αὐτὴν ἑλέσθαι τὰ κρείττω, τοῦτ' ἐκεῖνος ἄκων ἐρεῖ, ὅπερ ἡ παρ' ἡμῖν ἀλήθεια δογματίζει, ἐκ μεταβολῆς πειθηνίου, ἀλλ' οὐκ ἐκ φύσεως, τὴν σωτηρίαν. Ὥσπερ γὰρ αἱ ἀναθυμιάσεις, αἵ τε γῆθεν αἵ τε ἀπὸ τελμάτων, εἰς ὁμίχλας συνίστανται καὶ νεφελώδεις συστροφάς· οὕτως αἱ τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν ἀναδόσεις κακεξίαν προστρίβονται ψυχῇ, κατασκεδαννύουσαι τὰ εἴδωλα τῆς ἡδονῆς ἐπίπροσθεν τῆς ψυχῆς. Ἐπισκοτοῦσι γοῦν τῷ φωτὶ τῷ νοερῷ, ἐπισπωμένης τῆς ψυχῆς τὰς ἐκ τῆς ἐπιθυμίας ἀναδόσεις, καὶ παχυνούσης τὰς συστροφὰς τῶν παθῶν, ἐνδελεχείᾳ ἡδονῶν. Χρυσὸς δὲ ἀπὸ γῆς οὐκ αἴρεται βῶλος (88), ἀλλ' ἀφεψόμενος διυλίζεται· ἔπειτα καθαρὸς γενόμενος, χρυσὸς ἀκούει, γῆ κεκαθαρμένη. Αἰτεῖσθε (89) γάρ, *καὶ δοθήσεται ὑμῖν*, τοῖς ἐξ ἑαυτῶν ἑλέσθαι τὰ κάλλιστα δυναμένοις λέγεται. Ὅπως δ' ἡμεῖς τοῦ διαβόλου τὰς ἐνεργείας καὶ τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα εἰς τὴν τοῦ ἁμαρτωλοῦ ψυχὴν ἐπισπείρειν φαμέν, οὗ μοι δεῖ πλειόνων λόγων, παραθεμένῳ μάρτυν τὸν ἀποστολικὸν Βαρνάβαν (ὁ δὲ, τῶν ἑβδομήκοντα (90) ἦν, καὶ συνεργὸς τοῦ Παύλου), κατὰ λέξιν ὧδέ πως λέγοντα (91)· « Πρὸ τοῦ ἡμᾶς πιστεῦσαι τῷ Θεῷ, ἦν ἡμῶν τὸ οἰκητήριον (92) τῆς καρδίας καὶ ἀσθενὲς, ἀληθῶς (93) οἰκοδομητὸς ναὸς διὰ χειρός· ὅτι ἦν πλήρης μὲν εἰδωλολατρείας, καὶ ἦν οἶκος δαιμόνων (94), διὰ τὸ ποιεῖν ὅσα ἦν ἐναντία τῷ Θεῷ. » Τὰς ἐνεργείας οὖν τὰς τοῖς δαιμονίοις καταλλήλους ἐπιτελεῖν φησὶ τοὺς ἁμαρτωλούς· οὐχὶ ὅτι αὐτὰ τὰ πνεύματα ἐν τῇ τοῦ ἀπίστου κατοικεῖν ψυχῇ λέγει. Διὰ τοῦτο καὶ ἐπιφέρει (95), « Προσέχετε ἵνα ὁ ναὸς τοῦ Κυρίου ἐνδόξως (96) οἰκοδομηθῇ πως· μάθετε λαβόντες τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν· καὶ ἐλπίσαντες ἐπὶ τὸ ὄνομα, γενώμεθα καινοὶ, πάλιν ἐξ ἀρχῆς κτιζόμενοι. Οὐ γὰρ οἱ δαίμονες (97) ἡμῶν ἀπε-

* Matth. VII, 7. ✠ P. 490 ED. POTTER, 410-411 ED. PARIS.

(87) *Ἤτοι.* Hæc sententia sic scribenda et explicanda videtur: Ἤτοι γὰρ οὐκ ἔστιν ἀξία, καὶ πως ὥσπερ ἐκ μετανοίας ἡ πρόνοια πρόσεισιν αὐτῇ· ἢ φύσει σωζομένη, ὡς αὐτὸς βούλεται, τυγχάνει: *Aut enim talis anima non est digna, et quodammodo acta velati pœnitentia accedit ad eam providentia: aut natura, ut ille vult, servatur.* Putavit enim hæreticus ille, sui suorumque animas natura esse ad salutem comparatas. Quod cum superius, tum etiam paulo infra latius explicatum est.

(88) *Χρυσὸς δὲ.... βῶλος.* Non inconvenienter legeris: Χρυσοῦ δὲ ἀπὸ γῆς οὐκ *αἴρεται* βῶλος, *auri gleba.* SYLBURG.

(89) *Αἰτεῖσθε.* Sic *Strom.* I, p. 346 edit. Paris.

(90) *Τῶν ἑβδομήκοντα.* Conf. quæ adnotavit Cotelerius ad *Recognitionum* S. Clementis lib. I, cap. 7.

(91) *Ὧδέ πως λέγοντα.* Quæ sequuntur, occurrunt in Epist. S. Barnabæ cap. 16.

(92) *Οἰκητήριον.* Κατοικητήριον, Barnab

(93) *Ἀληθῶς.* Barnabas, melius ὡς ἀληθῶς.

(94) *Ὅτι ἦν πλ... δαιμόνων.* Ex hoc loco corrigenda sunt illa Barnabæ: Ὅτι ἦν πλήρης μὲν εἰδωλολατρείας οἶκος, εἰδωλολατρεία ἦν οἶκος δαιμονίων.

(95) *Ἐπιφέρει.* Nempe, hac sententia interjacente: Οἰκοδομηθήσεται δὲ ἐπὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου· *ædificabitur autem in nomine Domini.*

(96) *Ἐνδέξως.* Ἔνδοξος, Barnab. Porro hæc sententia S. Barnabæ auctoritate hoc modo scribenda et explicanda est: Προσέχετε, ἵνα ὁ ναὸς τοῦ Κυρίου ἐνδόξως (vel ἔνδοξος) οἰκοδομηθῇ. Πῶς; Μάθετε· Λαβόντες τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ ἐλπίσαντες ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου, γενώμεθα καινοὶ, πάλιν ἐξ ἀρχῆς κτιζόμενοι. *Attendite, ut templum Domini magnifice ædificetur. Quomodo? Discite: Accepta remissione peccatorum, et spe habita in nomen Domini, facti sumus novi, iterum ab integro creati.*

(97) *Οὐ γὰρ οἱ δ . . . πρὶν ἢ πιστεῦσαι.* Perperam Menardus, in suis ad S. Barnabam notis,

λαύνονται, ἀλλ' αἱ ἁμαρτίαι, φησὶν (98), ἀφίενται, ὃς ὁμοίως ἐκείνοις ἐπιτελοῦμεν πρὶν ἢ πιστεῦσαι. Εἰκότως οὖν ἀντέθηκε τὰ ἐπιφερόμενα· « Διὸ ἐν τῷ κατοικητηρίῳ (99) ἡμῶν ἀληθῶς ὁ Θεός· κατοικεῖ ἐν ἡμῖν πως ὁ Λόγος αὐτοῦ τῆς πίστεως, ἡ κλῆσις αὐτοῦ τῆς ἐπαγγελίας, ἡ σοφία τῶν δικαιωμάτων, αἱ ἐντολαὶ τῆς διδαχῆς. » Οἶδα ἐγὼ αἱρέσει τινὶ ἐντυχών· καὶ ὁ ταύτης προϊστάμενος διὰ τῆς χρήσεως ἔφασκε τῆς ἡδονῆς ἡδονῇ μάχεσθαι, αὐτομολῶν πρὸς ἡδονὴν διὰ προσποιητοῦ μάχης ὁ γενναῖος οὗτος γνωστικός· ἔφασκε γὰρ δὴ αὐτὸν καὶ γνωστικὸν εἶναι· ἐπεὶ οὐδὲν μέγα ἔλεγεν τὸ ἀπέχεσθαι ἡδονῆς μὴ πεπειραμένον, ἐν αὐτῇ δὲ γενόμενον, μὴ κρατεῖσθαι· ὅθεν γυμνάζεσθαι δι' αὐτῆς ἐν αὐτῇ. Ἐλάνθανε δὲ ἑαυτὸν κατασοφιζόμενος ὁ ἄθλιος τῇ φιληδόνῳ τέχνῃ. Ταύτῃ δῆλον οὖν τῇ δόξῃ καὶ Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος προσέβαλε, τοῦ τὴν ἀλήθειαν αὐχοῦντος σοφιστοῦ· ὀνειδιζόμενος οὖν ἐπὶ τῷ συνεχῶς ὁμιλεῖν τῇ ἑταίρᾳ τῇ Κορινθίᾳ (1), Ἔχω γάρ, ἔλεγεν, *Λαΐδα, καὶ οὐκ ἔχομαι ὑπ' αὐτῆς.* Τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ φάσκοντες ἑαυτοὺς Νικολάῳ (2) ἕπεσθαι, ἀπομνημόνευμά τι τἀνδρὸς φέροντες ἐκ παρατροπῆς (3), τὸ δεῖν παραχρῆσθαι τῇ σαρκί (4). Ἀλλ' ὁ μὲν γενναῖος κολούειν δεῖν ἔφησε τάς τε ἡδονὰς τάς τε ἐπιθυμίας, καὶ τῇ ἀσκήσει ταύτῃ καταμαραίνειν τὰς τῆς σαρκὸς ὁρμάς τε καὶ ἐπιθέσεις. Οἱ δὲ, εἰς ἡδονὴν τράγων δίκην ἐκχυθέντες, οἷον ἐφυβρίζοντες τῷ σώματι, καθηδυπαθοῦσιν· οὐκ εἰδότες, ὅτι τὸ μὲν ῥακοῦται, φύσει ῥευστὸν ὄν, ἡ ψυχὴ δὲ αὐτῶν ἐν βορβόρῳ κακίας κατορύσσεται, δόγμα ἡδονῆς αὐτῆς, οὐχὶ δὲ ἀνδρὸς ἀποστολικοῦ, μεταδιωκόντων. Τίνι γὰρ οὗτοι Σαρδαναπάλου διαφέρουσιν; οὗ τὸν βίον δηλοῖ τὸ ἐπίγραμμα·

A catorum, et postquam speravimus in illud nomen, efficiamur novi, creati rursus ab initio. » Non enim dæmones a nobis expelluntur, sed peccata, inquit, remittuntur, quæ similiter atque illi faciebamus, priusquam cre leremus. Merito ergo contra opposuit ea, quæ subjunguntur: « Quare in nostro habitaculo vere Deus inhabitat: in nobis est quodammodo Verbum ejus fidei, vocatio ejus promissionis, sapientia justificationum, mandata doctrinæ. » Scio me in quamdam incidisse hæresim: cujus princeps dicebat se per usum voluptatis pugnare cum voluptate, adeoque per simulatam pugnam ad voluptatem transfugit præclarus hic gnosticus. Se enim dicebat esse gnosticum: dicebat enim, nil magnum facere, si quis abstineret a voluptate, qui eam non B esset expertus; sed eum, qui in ea versatus, non vinceretur: ideoque per eam dicebat se in ea exerceri. Seipsum autem miser imprudens decipiebat arte voluptaria. In eandem ergo, ut patet, venit sententiam Aristippus quoque Cyrenæus cum sophista, qui se jactat tenere veritatem. Cui cum probro daretur, quod cum meretrice Corinthia assidue versaretur: *Habeo*, inquiebat, *Laidem, sed ab ipsa non habeor.* Tales autem sunt etiam, qui dicunt se sequi Nicolaum, adducentes quoddam ejus viri adagium, sed ✠ ab eis detortum, nempe oportere carne abuti. Sed ille quidem vir præclarus significabat oportere voluptates arcere et cupiditates, et hac exercitatione marcidas flaccidasque reddere carnis appetitiones et insultus. Hi autem instar hircorum effusi in voluptatem, quodammodo corpus C contumelia afficientes, in luxu et deliciis vitam agunt; nescientes quod id quidem, cum sit natura fluxum, deteritur; ipsorum autem infossa est anima in cœno vitii, ut qui decretum ipsius voluptatis, non autem viri apostolici, sequantur. Quid hi enim differunt a Sardanapalo? cujus vitam significat epigramma:

| | |
|---|---|
| *Ταῦτ' ἔχω* (5) *ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφυβρισα, καὶ* [*μετ' ἔρωτος* | *Hæc habeo quæ edi, quæque exsaturata libido* |
| *Τέρπν' ἔπαθον· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα,* [*λέλειπται.* | *Hausit, at illa jacent multa et præclara re-* [*licta.* |

✠ P. 491 ED. POTTER, 411-412 ED. PARIS.

hæc ipsius Barnabæ verba esse asseruit, quæ nec in Græco ejus textu, nec in veteri Latina versione exstant; et præterea hæreticos respiciunt, qui post Barnabæ tempora exorti sunt.

(98) *Φησίν.* Scilicet in iis, quæ modo citata sunt, ubi nos λαβεῖν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, *peccatorum remissionem accipere*, dixit.

(99) Διὸ ἐν τῷ κ. Hæc ipsius Barnabæ auctoritate sic distinguenda et explicanda sunt: Διὸ ἐν τῷ κατοικητηρίῳ ἡμῶν ἀληθῶς ὁ Θεός· κατοικεῖ ἐν ἡμῖν. Πῶς; Ὁ λόγος αὐτ. *Quare in domicilio nostro vere Deus exsistit: habitat in nobis. Quomodo? Verbum ejus fidei*, voc. Idem Lowthio visum est.

(1) *Τῇ Κορινθίᾳ.* Nempe Laide. Diogenes Laertius in *Aristippo*, lib. II, segm. 75: Ἐχρῆτο καὶ Λαΐδι τῇ ἑταίρᾳ, καθά φησι καὶ Σωτίων ἐν δευτέρᾳ τῶν Διαδοχῶν. Πρός οὖν τοὺς μεμφομένους ἔφη· Ἔχω Λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι. Ἐπεὶ καὶ τὸ κρατεῖν, καὶ μὴ ἡττᾶσθαι ἡδονῶν ἄριστον, οὐ τὸ μὴ χρῆσθαι. *Utebatur et Laide meretrice, ut refert Sotion in secundo Successionum libro. Qua ex re cum sugillaretur a plurimis, habere se Laidem respondit, non haberi a Laide. Nam vincere, nec cedere voluptatibus præclarum esse, non earum usum sibi interdicere.* Conf. Lactantius lib. III, c. 15. Theodoretus serm. *De curand. Græc. affect.*, pag. 671. Cicero epist. ad Pætum, Athenæus lib. XII, Plutarchus in *Erotico*, Hesychius Milesius, etc.

D (2) *Νικολάῳ.* Nicolai et Nicolaitarum historiam uberius pertractat auctor, *Strom.* III, p. 436.

(3) Ἐκ παρατροπῆς. Hinc intelligi poterit, cur ψευδωνύμους Νικολαΐτας dixerint auctor *Constitutionum apost.* lib. VI, c. 8, et Ignatius interpolatæ *Epistolæ ad Trallianos* cap. 11, scilicet quia hi hæretici *falso* se Nicolai discipulos esse jactabant, φάσκοντες ἑαυτοὺς Νικολάῳ ἕπεσθαι, cum tamen ille sobrie admodum pieque vixerit. Porro quos defensores, quos etiam accusatores habuit Nicolaus, accurate exposuit Cl. Cotelerius in suis ad *Constit. apost.* locum jam dictum notis.

(4) *Παραχρῆσθαι τῇ σαρκί.* Pejore sensu hanc phrasin adhibet auctor *Constitutionum apostol.*, lib. VI, cap. 10: Ἄλλοι δὲ ἀναλῶν ἐκπερνεύειν, καὶ παραχρᾶσθαι τῇ σαρκὶ ἐδίδασκον, καὶ διὰ πάσης ἀνοσιουργίας ἰέναι. *Alii sine verecundia scortari, et carne abuti docebant, et per omne nequiter factum volutari.* Suidas: Παραχρῆται, πολὺ, σφοδρῶς συνουσιάζει, ἀκολάστως μίγνυται. Εἴρηται δὲ καὶ περὶ ἑκάστου

(5) *Ταῦτ' ἔχω.* Sardanapali epitaphium et latius,

καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις, ὅσα αἰσχρῶς μὲν εἴρηται, ἐπαξίως δὲ τῶν φιληδόνων. Διό μοι δοκεῖ θείως ὁ νόμος ἀναγκαίως (10) τὸν φόβον ἐπαρτῆν, ἵν' εὐλαβείᾳ καὶ προσοχῇ τὴν ἀμεριμνίαν ὁ φιλόσοφος κτήσηται τε καὶ τηρήσῃ, ἀδιάπτωτός τε καὶ ἀναμάρτητος ἐν πᾶσι διαμένων. Οὐ γὰρ ἄλλως εἰρήνη καὶ ἐλευθερία περιγίνεται ἢ διὰ τῆς ἀπαύστου καὶ ἀναπαυδήτου πρὸς τὰς τῶν παθῶν ἡμῶν ἀντιμαχήσεις (11). Οὗτοι γὰρ οἱ ἀνταγωνισταὶ παχεῖς καὶ Ὀλυμπικοί, σφηκῶν, ὡς εἰπεῖν, εἰσὶ δριμύτεροι (12), καὶ μάλιστα ἡ ἡδονή, οὐ μόνον μεθ' ἡμέραν, ἀλλὰ καὶ νύκτωρ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἐνυπνίοις μετὰ γοητείας δελεαστικῶς ἐπιβουλεύουσα καὶ δάκνουσα. Πῶς οὖν ἔτι δίκαιοι κατατρέχειν τοῦ Νόμου Ἕλληνες, φόβῳ καὶ αὐτοὶ τὴν ἡδονὴν δουλοῦσθαι διδάσκοντες; Ὅ γοῦν Σωκράτης (13) *φυλάσσεσθαι κελεύει τὰ δραπέτευτα μὴ πειρῶντας ἐσθίειν, καὶ μὴ διψῶντας πίνειν, καὶ τὰ βλέμματα καὶ τὰ φιλήματα τῶν καλῶν, ὡς χαλεπώτερον σκορπίων καὶ φαλάγγων* (14) *ἰὸν ἐντίεναι πεφυκότα.* Καὶ Ἀντισθένης (15) δὲ *μαίνῃναι μᾶλλον ἢ ἡσθῆναι* αἱρεῖται. Ὅ τε Θηβαῖος Κράτης·

*Τῶν* (16) δέ, φησι, *κράτει, ψυχῆς ἦθει ἀγαλλο-*
[*μένη,*
*Οὔθ' ὑπὸ χρυσίων δουλουμένη οὔθ' ὑπ' ἐρώτων*
*Τηξικάθων· οὐδ' ἔτι συνέμποροί εἰσι φιλύδρι.*

Καὶ τὸ ὅλον ἐπιλέγει·

*Ἡδονῇ* (17) *ἀνδραποδώδει ἀδούλωτοι καὶ ἀχρα-*
[*τοι* (18),
*Ἀθάνατον βασιλείαν ἐλευθερίαν τ' ἀγαπῶσιν.*

Οὗτος ἐν ἄλλοις εὐθυρρημόνως γράφει· *Τῆς εἰς τὰ Ἀφροδίσια ἀκατασχέτου ὁρμῆς κατάπλασμα* (19)

A et quæ deinceps sequuntur: quæ turpiter quidem dicta sunt, sed pro meritis eorum qui sunt dediti voluptati. Divinitus itaque mihi videtur lex voluisse, ut metus impenderet necessario, ut sollicitudinis vacuitate per cautionem et attentionem comparata et conservata, philosophus, a lapsu alienus, et peccato non affinis, in omnibus permaneret. Pax enim et libertas non aliter accedit, quam per perpetuam et indefatigabilem adversus animi nostri motus repugnantiam. Sunt enim hi adversarii crassi et Olympici, et vespis, ut ita dicam, acriores: et maxime voluptas, quæ non solum interdiu, sed etiam noctu in ipsis insomniis, nos cum præstigiis incescando, insidiatur et mordet. Quomodo ergo possunt adhuc Græci jure legem insectari, B cum ipsi quoque voluptatem doceant servire metui? Socrates itaque jubet *cavere ab illecebris, quæ suadent ut non esurientes comedamus, et bibamus non sitientes; et pulchrorum obtutibus et osculis, ut quæ soleant scorpiis et araneis gravius venenum immittere.* Antisthenes autem vult *potius insanire, quam voluptate* affici. Et Crates Thebanus ait:

*Hæc vincas, rectis exsultans moribus, atque*
*Te auro haud addicens, cupidis nec amoribus*
[*unquam*
*Servam: nec serratores sunt amplius ulli.*

Et tandem infert:

✠ *Mancipat at quem non turpis tangitane voluptas,*
C *Regnum immortale, et libertas huic quoque amatur.*

Hic autem alibi expresse scribit, *ferum venereorum effrenati desiderii cataplasma esse fumem: sin*

✠ P. 493 ED. POTTER, 413 ED. PARIS.

cum tragœdias scripsisse, notant veteres. Et quidem septem enumerant. In istis autem ipsa spurcitas et ἀσπρολογία auctorem καὶ τὸ ἀναιδὲς τοῦ κυνισμοῦ evincit. Voluptatem, quam alius contentus fuisset κατάπτυστον dixisse, ipse διεσκαθωμένην vocat, ab *excrementis*, sive reliquis humanis. Heinsius.

(10) Θεῖος ὁ νόμος ἀναγκ. Rectius forte ὁ θεῖος νόμος ἀναγκ. Sylburg.

(11) Ἀντιμαχήσεις. Structuræ lex postulat ἀντιμαχήσεως, genit. casu. Sylburg.

(12) Δριμύτεροι. *Acriores.* Isti enim obesi adversarii et Olympici vespis, ut ita dicam, acerbiores D sunt, ac præcipue voluptas. *Vespa acerbior*, proverbium de præferoce et crudeli dicitur: vespæ namque, insecti exigui, ictus acerbi sunt, et haud temere sine febri sunt, testante Plinio; quippe cujus ter novenis punctis interire hominem prodidere nonnulli. H. Junius cent. 6, proverb. 64; Plin. lib. xi, cap. 22. Præcipue gustata serpente infestior est morsus vesparum, Ælianus, lib. xv, c. 9 *De animalibus*, aut cum in cadavere viperæ aculeum imbuerunt, lib. v, c. 16. Collect.

(13) Σωκράτης. Socratis præceptum hoc adnotatur etiam a Plutarcho pag. 76 et 510. H. Sylburg. Item a Theodoreto Θεραπευτ. ιϐ', pag. 672. Unam ejus partem superius retulit Clemens, *Pædag.* lib. i, cap. 1, alteram vero, *Pædag.* lib. iii, cap. 11.

(14) Φαλάγγων. Pro φαλαγγίων ut etiam Theod. Sylburg. in *Indice Græco.*—Φαλάγγια superius dixit Clemens *Pædag.* lib. iii, cap. 11, quem locum conf.

(15) Ἀντισθένης. Theodoretus Θεραπευτ. ιϐ'. p. 670: Καὶ Ἀντισθένης ὁ Κυνικὸς, Σωκρατικός γε καὶ οὗτος, τοῦ ἡδέσθαι τὸ μαίνεσθαι κρεῖττον εἶρηκεν εἶναι. *Et Antisthenes Cynicus, qui Socratis quoque auditor fuit, potius esse insanire, quam delectari, dixit.* Diogenes Laertius lib. vi, segm. 3: Ἔλεγέ τε συνεχὲς· Μανείην μᾶλλον ἢ ἡσθείην. *Dicebat ante alia identidem: Insaniam potius quam delecter.* Conf. Sextus Empiricus *adv. Mathemat.* lib. x.

(16) Τῶν. Primus versus, si pentameter est, recte habet. Sequenti, rectius χρυσείων, penultima diphthongo. Tertius, si hexameter est, ita interpolari potest, οὐδ' εἴ τι συνέμπορόν ἐστι φιλύδρι. Sylburg.

(17) Ἡδονῇ. Hos etiam versus e Clemente transtulit Theodoretus in Θεραπευτ. p. 671.

(18) Ἄκραατοι. C. mavult ἄκαμπτοι. Sylburg.—Ἀκαμπτοι, Theodoret. Verumtamen ἀκναπτοι tolerari possit. Hesychius: Ἄκναπτος, ἀκατάκλαστος.

(19) Κατάπλασμα. Κατάκαυμα, Theodoret., loco jam dicto hæc etiam recitans: idque comm. apud Sylburgium adnotat magis convenire Cratetis verbis, prout metrice referuntur a Diogene Laertio in Cratete, lib. vi, seg. 86:

Ἔρωτα καύει λιμός· εἰ δὲ μή, χρόνος·
Ἐὰν δὲ μὴ τούτοις δύνῃ χρῆσθαι, βρόχος.

*Amorem sedat fames: sin minus, tempus;*
*Eis vero si uti non vales, laqueus.*

Eosdem versus recitavit Suidas in v. Κράτης. Ii vero *Anthol.* lib. i, cap. 27. et apud Stobæum

*Ὃς οὔτε τοὐκεικὲς, οὔτε τὴν χάριν*
*Ἰδεῖ· μόνον (25) δ' ἐστέργε τὴν ἁπλῶς δίκην.*

Καὶ γὰρ εἰ μηδέπω ποιεῖν τὰ μὴ προσταττόμενα (26) ὑπὸ τοῦ νόμου οἷοί τέ ἐστε, ἀλλά τοι συνορῶντες ὡς ὑποδείγματα ἡμῖν ἔκκειται κάλλιστα ἐν αὐτῷ, τρέφειν καὶ αὔξειν τὸν ἔρωτα τῆς ἐλευθερίας (27) δυνάμεθα· καὶ τῇδε ὠφελοίμεθ' (28) ἂν κατὰ δύναμιν προθυμότερον, τὰ μὲν προκαλούμενοι, τὰ δὲ μιμούμενοι, τὰ δὲ καὶ δυσωπούμενοι. Οὔτε γὰρ οἱ παλαιοὶ δίκαιοι κατὰ νόμον βιώσαντες, *ἀπὸ δρυὸς ἦσαν παλαιφάτου, οὐδ' ἀπὸ πέτρης*· τῷ γοῦν βουληθῆναι γνησίως φιλοσοφεῖν, ὅλους αὐτοὺς (29) φέροντες ἀνέθεσαν τῷ Θεῷ, καὶ εἰς πίστιν ἐλογίσθησαν. Καλῶς ὁ Σήνων ἐπὶ τῶν Ἰνδῶν (30) ἔλεγεν, ἕνα Ἰνδὸν παροπτώμενον ἐθέλειν (31) ἰδεῖν, ἢ πάσας τὰς περὶ πόνου ἀποδείξεις μαθεῖν. Ἡμῖν δὲ ἄφθονοι μαρτύρων πηγαὶ ἐκάστης ἡμέρας, ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν θεωρούμεναι, παροπτωμένων, ἀνασχινδαλευομένων (32), τὰς κεφαλὰς ἀποτεμνομένων. Τούτους πάντας ὁ παρὰ τοῦ νόμου φόβος εἰς Χριστὸν παιδαγωγήσας, συνήσκησε τὸ εὐλαβὲς καὶ δι' αἱμάτων ἐνδείκνυσθαι. *Ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν· ἐν μέσῳ δὲ θεοὺς διακρινεῖ.* Τίνας τούτου;; Τοὺς ἡδονῆς κρείττονας, τοὺς τῶν παθῶν διαφέροντας, τοὺς ἕκαστον ὧν πράσσουσιν ἐπισταμένους, τοὺς Γνωστικούς, τοὺς τοῦ κόσμου μείζονας. Καὶ πάλιν, *Ἐγὼ* (33) *εἶπα, θεοί ἐστε καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες*, τίσι λέγει ὁ Κύριος;; Τοῖς παραιτουμένοις, ὡς οἷόν τε, πᾶν τὸ ἀνθρώπινον. Καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει· *Ὑμεῖς γὰρ οὐκ ἔτι ἐστὲ* (34) *ἐν σαρκί, ἀλλ' ἐν πνεύματι.* Καὶ πάλιν λέγει· *Ἐν σαρκὶ ὄντες* (35), *οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα· τάχ ξ γὰρ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύνανται, οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ. Ἰδοὺ δὲ* (36), *ὡς ἄνθρωποι ἀκοσθήσεσθε*, διελέγχων ἡμᾶς τὸ Πνεῦμα εἴρηκεν. Χρὴ τοίνυν συνασκεῖν αὐτοὺς εἰς εὐλάβειαν τῶν ὑποπιπτόντων τοῖς πάθεσι, φυγαδεύοντας κατὰ τοὺς ὄντως φιλοσόφους τὰ πασχητιῶντα τῶν βρωμάτων καὶ τὴν παρὰ τὴν κοίτην ἐκ-

*Qui haud novit æquum, sed neque ullam gratiam :*
*Sed jus severum respicit, nec amplius.*

liberorum susceptio; ex peripateticorum vero, bonum. Ut semel autem dicam, illi lingua tenus sua deducentes dogmata, voluptatibus servierunt, alii quidem pellicibus, alii vero meretricibus, plurimi autem utentes adolescentulis. Sapiens autem illa quaternio, in horto cum meretrice, factis voluptatem colebat. Non ergo eam gravissimam effugerint exsecrationem, qui cum sibi aliqua non conferre judicent, alios ea hortentur facere, vel contra. Hoc breviter Scriptura significavit, dicens: *Quod odio habes, alii ne feceris* ✠. Cæterum qui matrimonium approbant, Nos, inquiunt, fecit natura aptos ad matrimonium, ut liquet ex compositione corporum masculorum et feminarum: et frequenter illud acclamant: *Crescite et multiplicamini* ᵇ. Etsi autem hæc quoque ita se habeant, ipsis tamen turpe videtur, quod homo, quem Deus est architectatus, sit animantibus brutis intemperantior, quæ cum multis et temere non congrediuntur, sed cum uno, et quod sit ejusdem generis: cujusmodi sunt columbæ, et palumbes, et genus turturum, et quæ sunt his similia. « Præterea, inquiunt, qui caret liberis, est ea perfectione defectus, quæ est secundum naturam, ut qui suum successorem in suum locum non substituerit. ✠ Perfectus enim est, qui ex seipso fecit similem: vel potius quando illum idem fecisse viderit, hoc est, quando in eamdem pervenerit naturam filius, cujus est, qui eum genuit. » Est ergo omnino uxor ducenda, et patriæ causa, et liberorum successionis, et mundi, quantum est in nobis, perfectionis. Nam istius etiam matrimonii miserentur poetæ, quod sit *semiperfectum* et careat liberis; beatum autem prædicant id, quod floret et *germinat undequaque*. Morbi autem corporis maxime indicant necessarium esse matrimonium. Uxoris enim cura et assidua ejus perseverantia videtur aliorum necessariorum et amicorum tantum superare tolerantiam, quanto ea mutua doloris consensione et misericordia antecellit, et vult omnium maxime lubenter adesse et præsentia sua succurrere. Et revera ex Scripturæ sententia est necessaria *adjutrix* ᶜ. Menander itaque comicus, cum matrimonium esset insectatus, alia etiam utilia opponens, respondet ei, qui dixerat:

*.... πρὸς τὸ πρᾶγμ' ἔχω κακῶς·*
*Ἐπαριστερῶς γὰρ αὐτὸ λαμβάνεις....*

*Affectus in rem sum male:*
*Nam tu sinistre, nec bene, hanc quidem capis.*

✠ P. 504 ED. POTTER. ᵃ Tob. IV, 16. ᵇ Genes. I, 28. ᶜ Genes. II, 18.

(97) *Τῆς ἑταίρας*. Præcipue Leontium innuere videtur, quæ Epicuro et Epicureis *in horto* sese prostituit. Athenæus lib. XIII, cap. 6: Οὗτος οὖν Ἐπίκουρος οὐ Λεόντιον εἶχεν ἐρωμένην, τὴν ἐπὶ ἑταιρείᾳ διαβόητον γενομένην; Ἢ δὲ οὐχ ὅτε φιλοσοφεῖν ἤρξατο, ἐπαύσατο ἑταιροῦσα, πᾶσί τε τοῖς Ἐπικουρείοις συνῆν ἐν τοῖς κήποις· Ἐπικούρῳ δὲ καὶ ἀναφανδόν, ὥστ' ἐκεῖνον, πολλὴν φροντίδα ποιούμενον αὐτῆς, τοῦτ' ἐμφανίζειν διὰ τῶν πρὸς Ἕρμαχον ἐπιστολῶν. *Hujus Epicuri annon famosa meretrix Leontium unica fuit? Illa autem philosophiæ operam navare cum cœpisset, non ideo scortari destitit, sed Epicureis omnibus in hortis se prostituit, et palam quidem Epicuro, adeo ut de illa multum fuerit sollicitus Epicurus: quod suis ad Hermachum litteris declaravit.* Conf. Diogenes Laertius lib. X, seg. 4 et seq.

(98) *Ὃ μισεῖς*. Tob. IV, 16: Καὶ ὃ μισεῖς, μηδενὶ ποιήσῃς. *Constitutionum apostol.* lib. I, cap. 1: Ὃ σὺ μισεῖς ὑφ' ἑτέρου σοὶ γενέσθαι, σὺ ἄλλῳ οὐ ποίει. Ubi conf. quæ adnotavit Cotelerius. Conf. etiam *Const. apost.* lib. III, cap. 15; lib. VII, cap. 2; *Recognitionum* S. Clementis lib. VIII, cap. 56.

(99) *Ἀναίδην*. Ἀνέδην hic et aliquoties infra scribendum monuit Heinsius.

(1) *Ἡμιτελῆ*. Homerus de Protesilao ait, *Iliad.* Β, v. 700:

*Τοῦδε καὶ ἡμιθρυπὴς ἄλοχος Φυλάκῃ ἐλέλειπτο,*
*Καὶ δόμος ἡμιτελής· τὸν δ' ἔκτανε Δάρδανος ἀνὴρ.*

*Hujus ambas lacerata genas uxor in Phylace relicta [erat,*
*Et domus semiperfecta: hunc etenim interfecerat [Dardanus vir.*

Ubi scholiastes vetus ait: Ἡμιτελὴς, ἤτοι ἄτεκνος. Deus,

(2) *Βοηθός*. Deus uxorem appellat βοηθὸν κατ' αὐτόν, Genes. II, 18. Mox, ἄλλα καὶ τὰ χρ. legit interpres.

Deinde subjungit :

*Gravia fuerunt et molesta quæ tibi,*
*Vides in ipso, sed bona haud contra vides;*

**182** et quæ deinceps sequuntur. Fert autem opem quoque matrimonium iis, qui ætate processerunt, ut quod exhibeat uxorem curam gerentem, et alat, qui ex ea suscepti sunt, liberos, ut in senectute parentes suos nutriant :

*Nam liberi sunt fama defuncta viro,*
*Et ex profundo retia, ut suber, trahunt,*

*fila servantes lino* ex tragici Sophoclis sententia. Non permittunt autem legislatores maximos magistratus gerere iis, qui uxorem non duxerint. Jam vero Laconum ✠ legislator, non solum pœnam imposuit ei qui uxorem non duxisset, sed etiam ei qui unam tantum, et ei qui duxisset serius, et ei qui solus viveret. Præclarus autem Plato jubet uxoris quoque alimentum publico pendere ærario eum, qui uxorem non duxisset, et sumptus convenientes dare magistratibus. Si enim, ductis uxoribus, liberis vero et imaginibus eisdem prorsus conservatis. » Eadem dicit Gatakerus etiam nostras in *Cinna* pag. 391.

✠ P. 505 ED. POTTER, 423 ED. PARIS.

Dein, cum hujus vocis alios sensus attulisset, hæc adjicit : Βέλτιον δὲ εἰρῆσθαι ἡμιτελῆ διὰ τὸ μὴ γεγεννηκότα παῖδας πλουσαι. Homero ἀμφιθαλής est, cui uterque parens vivit. *Iliad.* X, v. 496 :

*Τὸν δὲ καὶ ἀμφιθαλὴς ἐκ δαιτύος ἐστυφέλιξε.*
*Hunc et aliquis utroque parente viro florens e convivio exturbat.*

Ubi scholiastes vetus ait : Ἀμφιθαλὴς, κατὰ ἀμφοτέρους τοὺς γονέας βάλλων· ὅ ἐστιν, ἔχων τοὺς γονεῖς ἀμφοτέρους. Consentiunt Eustathius, Hesychius, Suidas, *Etymologici magni* auctor.

(3) *Τὰ δυσχερῆ*. In libello sententiarum comicarum hoc ita distycho exprimitur ab H. Stephano :

*Tu nuptiarum tædia et molestias*
*Scis intueri, non tueris commoda.* COLLECT.

(4) *Παῖδες*. Versus illi sic disponentur melius :

*Παῖδες δέ γ' ἀνδρὶ ὑπ' ἀλαὶ ἔστι κληδόνες*
*Γεγᾶσι, φελλοὶ δ' ὡς ἄγουσι δίκτυον,*
*Τὸν ἐκ βυθοῦ κλωστῆρα σώζοντες λίνῳ.*

Sed notandum legi eos, ut H. observavit, non apud Sophoclem, sed apud Æschylum in *Choephoris*, p. 247, hoc modo :

*Παῖδες γὰρ ἀνδρὶ κληδόνες σωτήριοι*
*Θανόντι· φελλοὶ δ' ὡς ἄγουσι δίκτυον,*
*Τὸν ἐκ βυθοῦ κλωστῆρα σώζοντες λίνου.*

STEBURG. — Quos versus sic vertit Grotius in *Excerpt. e Trag.* p. 54 :

*Nomen superstes mortuis sunt liberi,*
*Velutque suber, rete quo defenditur,*
*Submersa plane fila ne in fundum ruant.*

Hi porro in Æschyli *Choephoris* occurrunt v. 503. Quo loco Stanleius nostras hoc modo eos correxit :

*Παῖδες γὰρ ἀνδρὶ κατθανόντι κληδόνες*
*Γεγᾶσι· φελλοὶ δ' ὡς ἄγουσι δίκτυον,*
*Τὸν ἐκ βυθοῦ κλωστῆρα σώζοντες λίνου.*

« Nec, inquit, est necesse, ut Clementem memoria lapsum suspicemur pro Æschylo Sophoclem substituisse. Notum est enim, Clemente ipso indicante, tragicos a se invicem multa sufluratos, vocibus leviuscule, imo quandoque nihil, immutatis, notioni-

A Εἶτ' ἐπιφέρει·

*Τὰ δυσχερῆ (3) τε καὶ τὰ λυπήσαντά σε*
*Ὁρᾷς ἐν αὐτῷ· τὰ δ' ἀγάθ' οὐκ ἐπιβλέπεις·*

καὶ τὰ ἑξῆς. Βοηθεῖ δὲ ὁ γάμος καὶ ἐπὶ τῶν προβεβηκότων τῷ χρόνῳ, παριστὰς τὴν γαμετὴν ἐπιμελουμένην, καὶ τοὺς ἐκ ταύτης παῖδας γηροβοσκοὺς ἐκτρέφων. Παῖδες (4) δὲ ἀνδρὶ,

*Κατ' ἀλαὶ ἔστι κληδόνες γεγάασι·*
*Φελλοὶ δ' ὡς ἄγουσι δίκτυον τὸν ἐκ βυθοῦ,*

*καὶ κλωστῆρα σώζοντες λίνῳ*, κατὰ τὸν τραγικὸν Σοφοκλέα. Οἵ τε νομοθέται οὐκ ἐπιτρέπουσι τὰς μεγίστας ἀρχὰς τοῖς μὴ γαμήσασι μετεῖναι. Αὐτίκα ὁ τῶν Λακώνων (5) νομοθέτης οὐκ ἀγαμίου μόνον ἐπιτίμιον ἔστησεν, ἀλλὰ μονογαμίου (6), καὶ ὀψιγαμίου, καὶ μονοδιαιτησίας. Ὁ δὲ γενναῖος Πλάτων (7), καὶ τροφὴν γυναικὸς ἀποτίνειν εἰς τὸ δημόσιον κελεύει τὸν μὴ γήμαντα, καὶ τὰς καθηκούσας δαπάνας ἀποδιδόναι τοῖς ἄρχουσιν· εἰ γὰρ μὴ γήμαντες, οὐ παιδοποιήσονται, τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀνδρῶν σπάνιν

B

(5) *Λακώνων νομ.* De Laconica lege meminit et Plutarchus *Lycurgo* pag. 15. H. SYLBURG. — Joannes Meursius *Miscellan. Lacon.* lib. II, cap. 3, hæc sic vertit et exp. : « *Laconum legislator, non tantum cœlibatus pœnam statuit, sed et unici matrimonii, item seri, tum et vitæ solitariæ.* Ubi μονοδιαιτησίαν, *vitam solitariam*, non aliam dicit, quam viduitatem post exactum matrimonium. » Pollux lib. III, cap. 3, sect. 5 : Ἦσαν δὲ ἀγαμίαι δίκαι πολλαχοῦ, καὶ ὀψιγαμίου, καὶ κακογαμίου ἐν Λακεδαίμονι. *Erant vero cœlibatus actiones multis locis : etiam seri matrimonii, atque mali, Lacedæmone.* Plura hac de re videsis apud Meursium loco jam dicto, et Nic. Cragium *De republ. Lacedæm.* lib. III, cap. 1 et seq.

C

(6) *Μονογαμίου*. Nic. Cragius *De repub. Lacedæm.* lib. III, principio cap. 10, hæc dicit : « Quod Spartanis non licuerit nisi unam habere uxorem, ex iis liquet, quæ sunt apud Herodot. lib. V. Nam cum retulisset historicus, quo pacto Anaxandrides priori uxori alteram superinduxisset, ait tandem, hoc Spartanum non fuisse. Verba ejus hæc sunt : Μετὰ δὲ, γυναῖκας ἔχων δύο, δεξὰς ἑστίας οἴκεε, ποιέων οὐδαμὰ Σπαρτιατικά. Quod itaque apud Clementem est, fuisse apud Spartanos ἐπιτίμιον μονογαμίου, ejus loco existimo legendum κακογαμίου, ne magno

D auctori theologus adversari videatur. Sicut et hæc tria conjunguntur apud Pollucem, ἀγαμίου, κακογαμίου, et ὀψιγαμίου. Idque eo magis, quia apud Clementem additur etiam ἐπιτίμιον fuisse μονοδιαιτησίας, qua vetita vita solitaria. Nisi forte illud velimus intelligere, pœnam constitutam ei qui, mortua priore uxore, alteram non duxisset. Sed prior sententia probabilior.

(7) *Πλάτων*. Plato, *De legibus* lib. VI, p. 870 : Ἂν δ' ἄρα τις μὴ πείθηται ἑκών, ἀλλότριον δὲ αὐτὸν καὶ ἀκοινώνητον ἐν τῇ πόλει ἔχῃ, καὶ ἄγαμος ὢν γένηται πεντεκαιτριακοντούτης, ζημιούσθω κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον· ὁ μέγιστον μὲν τίμημα κεκτημένος ἑκατὸν δραχμαῖς· ὁ δὲ δεύτερον ἑβδομήκοντα· τρίτον δὲ ἑξήκοντα· ὁ δὲ τέταρτον τριάκοντα. Τοῦτο δ' ἔστω τῆς Ἥρας ἱερόν. Ὁ δὲ μὴ ἐκτίνων κατ' ἐνιαυτὸν δεκαπλάσιον ὀφειλέτω. Πραττέσθω δὲ ὁ ταμίας τῆς θεοῦ· μὴ ἐκπράξας δὲ, αὐτὸς ὀφειλέτω. *Si quis autem sponte non pareat, et alienus ab hoc consortio*

ποιήσουσιν, καὶ καταλύσουσι τὰς τε πᾶσις, καὶ τὸν κόσμον τὸν ἐκ τούτων· τὸ δὲ τοιοῦτον ἀσεβὲς, θείαν γένεσιν καταλυόντων· ἦδη δὲ ἀνανδρον καὶ ἀσθενὲς (8), τὴν μετὰ γυναικὸς καὶ τέκνων φεύγειν συμβίωσιν· οὗ γὰρ ἡ ἀποβολὴ κακόν ἐστι, τούτου πάντως ἡ κτῆσις ἀγαθόν· ἔχει δ' οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν. Ἀλλὰ μὴν ἡ τῶν τέκνων ἀποβολὴ τῶν ἀνωτάτω κακῶν ἐστι, φασίν· ἡ οὖν τῶν τέκνων κτῆσις ἀγαθόν· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ὁ γάμος.

A heros non susceperint, quatenus in iis quidem situm est, hominum raritatem invehent, et civitates dissolvent, et, qui ex eis constat, mundum. Illi autem impie agunt, ut qui divinitus institutam generationem destruant. Quinetiam ignavi est et imbecilli animi, fugere conjunctionem vitæ et consuetudinem cum uxore et liberis. Cujus enim est amissio malum, ejus omnino possessio bonum est; ita autem se habet etiam in reliquis. Atqui liberorum amissio, inquiunt, est ex supremis malis; liberorum ergo possessio, bonum est; quod si ita est, etiam matrimonium.

Ἄνευ δὲ πατρὸς, φησὶ, τέκνον οὐκ εἴη ποτ' ἄν·
Ἄνευ δὲ μητρὸς οὐδὲ συλλαβὴ τέκνου·
Πατέρα δὲ γάμος (9) ποιεῖ, ὡς μητέρα ἀνήρ.

*Namque absque patre liberos nemo tulit;*
*Nec absque matre filii conceptio:*
*Patrem autem nuptiæ efficiunt, ut vir matrem.*

Εὐχὴν οὖν μέγιστην καὶ Ὅμηρος τίθεται, *ἄνδρα τε καὶ οἶκον*, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς, μετὰ ὁμοφροσύνης (10) δὲ τῆς ἐσθλῆς. Ὁ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων γάμος ἐφ' ἡδυπαθείᾳ ὁμονοεῖ, ὁ δὲ τῶν φιλοσοφούντων ἐπὶ τὴν κατὰ Λόγον ὁμόνοιαν ἄγει, ὁ μὴ τὸ εἶδος (11), ἀλλὰ τὸ ἦθος ἐπιτρέπων ταῖς γυναιξὶ κοσμεῖσθαι, μηδ' ὡς ἐρωμέναις χρῆσθαι ταῖς γαμεταῖς προστάττων τοῖς ἀνδράσι, σκοπὸν πεποιημένοις τὴν τῶν σωμάτων ὕβριν· ἀλλ' εἰς βοήθειαν παντὸς τοῦ βίου καὶ τὴν ἀρίστην σωφροσύνην περιποιεῖσθαι τὸν γάμον. Πυρῶν γὰρ, οἶμαι, καὶ κριθῶν τε αὖ κατὰ τοὺς οἰκείους καιροὺς καταβαλλομένων σπερμάτων, τιμιώτερός ἐστιν ὁ σπειρόμενος ἄνθρωπος, ᾧ πάντα φύεται· κἀκεῖνά γε καὶ νήφοντες καταβάλλουσι τὰ σπέρματα οἱ γεωργοί. Ἢν οὖν, εἴ τι ῥυπαρὸν καὶ μεμολυσμένον ἐπιτήδευμα, ἀφαγνιστέον τοῦ γάμου, ὡς μὴ ἐνεδισθείημεν τὴν τῶν ἀλόγων ζώων σύνοδον, τῆς ἀνθρωπίνης συζυγίας συνάδουσαν τῇ φύσει μᾶλλον, κατὰ τὸν ὁμολογούμενον θορυνθορόν. Τὰ γοῦν ἔνια αὐτῶν, ᾧ κελεύεται καιρῷ, εὐθέως ἀπαλλάττεται, καταλιπόντα τὴν δημιουργίαν τῇ διοικήσει (12). Τοῖς τραγῳδοποιοῖς (13) δὲ ἡ Πολυξένη, καίτοι ἀποσφαττομένη ἀναγέγραπται, ἀλλὰ καὶ θνήσκουσα

B Maximum itaque votum statuit Homerus, *virum et familiam*, sed non absolute, verum *cum bona consensione*. Nam aliorum quidem matrimonium in voluptate consentit et delectatione; eorum autem, qui philosophantur, matrimonium deducit ad eum, qui est secundum Logon seu rationem, consensum; qui non formam, sed mores permittit ornare mulieribus; præcipitque maritis, ne utantur uxoribus tanquam amicis, unum sibi proponentes scopum, ut corpori probrum afferant, sed ad totius vitæ auxilium, et optimam temperantiam, matrimonium usurpent. Frumenti enim et hordei, ut arbitror, seminibus, quæ convenientibus temporibus ✠ terræ committuntur, præstantior est qui matrimonio seminatur, homo, in cujus usum omnia a natura

C producuntur. Atque illa quidem semina agricolæ sobrii deponunt. Si quod sit ergo sordidum et spurcum studium, id est a matrimonio expurgandum, ne nobis probro dari possit, quod brutorum animantium congressus magis naturæ conveniat, quam humana conjunctio, in ipso calore Veneris. Nonnulla certe eorum, quo tempore jubentur, statim abstinent, relinquentia opificium Providentiæ.

✠ P. 506 ed. POTTER, 424 ED. PARIS.

*vivat in civitate, et sine connubio quinque et triginta egerit annos, singulis annis, si de maximo censu est, drachmis centum mulctetur; si de secundo, septuaginta; si de tertio, sexaginta; si de quarto, triginta. Quæ quidem pecunia deæ Junoni consecranda est. Si quis autem singulis annis non persolverit, decuplum debeat. Cujus pecuniæ exactor sit deæ ipsius quæstor; ac nisi exegerit, ipse debeat.* Ejusdem operis lib. IV, p. 855 : Μὴ πειθόμενος δ' αὖ, μηδὲ γαμῶν, ἔτη τριάκοντα γεγονὼς καὶ πέντε, ζημιούσθω μὲν κατ' ἐνιαυτὸν τόσῳ καὶ τόσῳ. *Qui non paruerit, et quinque ac triginta annos natus uxorem non duxerit, tanta in annos singulos mulctetur pecunia*, etc.

(8) Ἀνανδρον καὶ ἀσθ. H. ms., καὶ ἄνανδρον καὶ ἀσθ. Sylburg.

(9) *Πατέρα δέ γ.* Metrum talem potius lectionem postulat :

*Πατέρα δὲ ποιεῖ τέκνα, μητέρ' ὡς ἀνήρ.*

Sylburg. Hic senarius mutilus est. Libet sic fulcire :

*Πατέρα δὲ γάμος ἐμποιεῖ, ὡς μητέρα ἀνήρ.*

Ut sit apostrophe comica ad alium, nisi quid docti contra. Fed. Morellus P. R. Collect. — Conf. Gatakeri *Advers.* cap. 10.

(10) *Μετὰ ὁμοφροσ.* Si hemistichium velis, legendum erit, μεθ' ὁμοφροσύνης δέ τε ἐσθλῆς· cui affinis locus infra ex eodem fonte, p. 214. Sylburg. Vide quæ adnotata sunt in p. 509. Cui simile illud Euripidis *Medeæ*:

D

*Ὅπερ μεγίστη γίνεται σωτηρία,*
*Ὅταν γυνὴ πρὸς ἄνδρα μὴ διχοστατῇ.*

*Felicitatem quam supremam existimo,*
*Concors marito mulier ubi degit suo.*
Collect.

(11) *Μὴ τὸ εἶδος.* Respicit 1 Tim. II, 9, vel II Pet. II, 3.

(12) *Τῇ διοικήσει.* Vox ista apud Clementem significat naturæ aut Providentiæ dispositionem aut administrationem. Vid. p. 431, 452. Lowth.

(13) *Τοῖς τραγῳδ.* Conf. Euripid. *Hecuba*, et Philo p. 604. H. Sylburg.

A tragicis autem scriptum est, Polyxenam, etsi interficeretur, moriendo tamen *magnam* adhibuisse *diligentiam, ut honeste caderet.*

*Illa legens, mares quæ haud licuit cernere.*

Fuit autem illi quoque calamitas matrimonium. Succumbere itaque et cedere vitiis et animi perturbationibus, est extrema servitus; sicut ea certe vincere, sola est libertas. Divina itaque Scriptura eos, qui præcepta transilierunt, dicit esse *renundatos alienigenis*, hoc est, peccatis, quæ a natura sunt aliena, donec conversi agant pœnitentiam. Conservandum est ergo matrimonium, tanquam sacra aliqua status, mundum ab iis, quæ polluunt : et a somnis quidem expergiscamur cum Domino, eamus autem dormitum cum gratiarum actione, et oremus,

*Cum somno indulges, lux et cum fulserit alma,*

tota nostra vita Dominum testantes; pietatem quidem ac religionem anima possidentes, temperantiam autem etiam usque ad corpus deducentes. Deo enim revera gratum est, a lingua ad opera traducere moderationem. Ad impudentiam autem via est turpis sermo : et utriusque finis est turpium rerum perpetratio. Quod autem consulit Scriptura uxorem ducere, et nec a conjugio unquam permittit discedere, legem aperte constituit : *Non dimittes uxorem, præterquam propter fornicationem* [a]. Adulterium autem existimat conjungi matrimonio, dum vivit alter ex separatis. Suspicione autem et criminatione liberam reddit uxorem, ut non ornetur ac comatur plus quam sit decorum, sed assidue attendat precibus et orationibus; utique e domo sæpe non exeat, a sui autem aspectu, quoad fieri potest, excludat eos, qui ad eam non attinent, ducatque domus custodiam tempestivis nugis conducibiliorem. *Qui autem dimissam accipit uxorem, mœchatur*, inquit : ✠ *si quis enim dimiserit uxorem, mœchatur ipsam* [b], hoc est, cogit eam mœchari. Non solum autem qui dimisit, est ejus causa, sed etiam qui eam suscepit, præbens mulieri peccandi occasionem; si enim non suscipiat, reverteretur ad virum. Quid vero lex [c]? Ut reprimat ad vitia propensionem, jubet de medio tolli eam, quæ adulterata, et adulterii fuerit convicta; sin autem fuerit e familia sacerdotis, jubet eam igni tradi [d]. Obruitur autem adulter quoque lapidibus, sed non in eodem loco, ne mors quidem sit eis communis. Nequaquam igitur lex cum Evangelio pugnat, sed ei consentit. Quidni enim, cum utrumque unus suppeditavit Dominus? Quæ enim est fornicata, vivit quidem peccato, sed mortua est

Ἀλλὰ τραγικοῖς γεγραπται, Πολυξένην, εἰ καὶ ἀναιρεθείη, ἀποθνήσκουσαν μεγάλην προθυμίαν πεποιῆσθαι τοῦ εὐσχημόνως πεσεῖν,

Κρύπτουσ' (14), ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρρένων χρεών.

Ἦν δὲ κἀκείνῃ γάμος ἡ συμφορά. Τὸ ὑποπεσεῖν οὖν καὶ παραχωρῆσαι τοῖς πάθεσιν ἐσχάτη δουλεία· ὥσπερ ἀμέλει τὸ κρατεῖν τούτων ἐλευθερία μόνη. Ἢ γοῦν θεία Γραφὴ τοὺς παραβάντας τὰς ἐντολὰς πεπρᾶσθαι λέγει τοῖς ἀλλογενέσι, τουτέστιν ἁμαρτίαις ἀνοικείαις τῇ φύσει, ἄχρις ἂν ἐπιστρέψαντες μετανοήσωσι. Καθαρὸν οὖν τὸν γάμον, ὥσπερ τι ἱερὸν ἄγαλμα, τῶν μιαινόντων φυλακτέον· ἀνεγειρομένοις μὲν ἐκ τῶν ὕπνων μετὰ Κυρίου, ἀπιοῦσι δὲ εἰς ὕπνον μετ' εὐχαριστίας, καὶ εὐχομένοις,

Ἡμὲν ὅτ' εὐνάζῃ, καὶ ὅτ' ἂν φάος ἱερὸν ἔλθῃ,

μαρτυρουμένοις τὸν Κύριον παρ' ὅλον ἡμῶν τὸν βίον· τὸ μὲν θεοσεβεῖν τῇ ψυχῇ κεκτημένοις, τὸ σῶφρον δὲ μέχρι καὶ τοῦ σώματος ἄγουσιν. Θεοφιλὲς γὰρ τῷ ὄντι ἀπὸ τῆς γλώττης ἐπὶ τὰ ἔργα τὸ κόσμιον διαχειραγωγεῖν· ὁδὸς δὲ ἐφ' ἀναισχυντίαν ἡ αἰσχρολογία· καὶ τέλος ἀμφοῖν ἡ αἰσχρολογία (15). Ὅτι δὲ γαμεῖν ἡ Γραφὴ συμβουλεύει οὐδὲ ἀφίστασθαί ποτε τῆς συζυγίας ἐπιτρέπει, ἀντικρυς νομοθετεῖ· *Οὐκ ἀπολύσεις γυναῖκα, πλὴν εἰ μὴ ἐπὶ λόγῳ πορνείας*· μοιχείαν δὲ ἡγεῖται τὸ ἐπιγῆμαι ζῶντος θατέρου τῶν κεχωρισμένων. Ἀνύποπτον δὲ εἰς διαβολὴν δείκνυσι γυναῖκα (16) τὸ μὴ καλλωπίζεσθαι, μηδὲ μὴν κοσμεῖσθαι πέρα τοῦ πρέποντος, εὐχαῖς (17) καὶ δεήσεσι προσανέχουσαν ἐκτενῶς· τὰς μὲν ἐξόδους τῆς οἰκίας φυλαττομένην τὰς πολλάς, ἀποκλείουσαν δ' ὡς οἷόν θ' ἑαυτὴν τῆς πρὸς τοὺς οὐ προσήκοντας προσόψεως, προὐργιαίτερον τιθεμένην τῆς ἀκαίρου φλυαρίας τὴν οἰκουρίαν. Ὁ δὲ ἀπολελυμένην λαμβάνων γυναῖκα μοιχᾶται, φησίν· ἐὰν γάρ τις ἀπολύσῃ γυναῖκα, μοιχᾶται αὐτήν, τουτέστιν, ἀναγκάζει μοιχευθῆναι. Οὐ μόνον δὲ ὁ ἀπολύσας αἴτιος γίνεται τούτου, ἀλλὰ καὶ ὁ παραδεξάμενος αὐτήν, ἀφορμὴν παρέχων τοῦ ἁμαρτῆσαι τῇ γυναικί· εἰ γὰρ μὴ δέχοιτο, ἀναχάμψει πρὸς τὸν ἄνδρα. Τί οὖν ὁ νόμος; Πρὸς ἀναστολὴν τῆς εὐεπιφορίας τῶν παθῶν ἀναιρεῖσθαι προστάττει τὴν μοιχευθεῖσαν, καὶ ἐπὶ τούτῳ ἐλεγχθεῖσαν· ἐὰν δὲ ἱέρεια ᾖ, πυρὶ παραδίδοσθαι προστάττει. Λιθοβολεῖται δὲ καὶ ὁ μοιχός· ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ, ἵνα μηδὲ ὁ θάνατος αὐτοῖς κοινὸν ᾖ. Οὐ δὴ μάχεται τῷ Εὐαγγελίῳ ὁ νόμος· συνᾴδει δὲ αὐτῷ. Πῶς γὰρ οὐχί, ἑνὸς ὄντος ἀμφοῖν χορηγοῦ τοῦ Κυρίου; Ἢ γάρ τοι πορνεύσασα ζῇ μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀπέθανε δὲ ταῖς ἐνο-

✠ P. 507 ED. POTTER 424-425 ED. PARIS. [a] Matth. v, 32, xix, 9; Marc, x, 11, 12; Luc. xvi, 18. [b] Ibid. [c] Levit. xx, 10; Deut. xxii, 22. [d] Levit. xxix, 9.

(14) *Κρύπτουσ'*. Euripides *Hecub.* v. 569-570 :
*Πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν,*
*Κρύπτουσ' ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων χρεών.*
*Magnam sollicitudinem habuit, decenter ut caderet,*
*Et occultaret, quæ occultare oculos virorum con-*
[*reni.*

(15) *Αἰσχρολογία*. Sensus requirit αἰσχρουργία, vel contracte αἰσχρουργία· quod vidit etiam interpres. STRUNG.

(16) *Γυναῖκα*. Respicere videtur I Tim. II, 9, 10.

(17) *Εὐχαῖς*. Respicere videtur I Tim. V, 5 : Προσμένει ταῖς δεήσεσι καὶ ταῖς προσευχαῖς νυκτὸς καὶ ἡμέρας.

λαΐς· ἡ δὲ μετανοήσασα, οἷον ἀναγεννηθεῖσα κατὰ τὴν ἐπιστροφὴν τοῦ βίου, παλιγγενεσίαν ἔχει ζωῆς· τεθνηκυίας μὲν τῆς πόρνης τῆς παλαιᾶς, εἰς βίον δὲ παρελθούσης αὖθις τῆς κατὰ τὴν μετάνοιαν γεννηθείσης. Μαρτυρεῖ τοῖς εἰρημένοις διὰ Ἰεζεκιὴλ τὸ Πνεῦμα, λέγον· *Οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι* (18). Αὐτίκα λιθόλευστοι γίνονται, ὡς ἂν διὰ σκληροκαρδίαν ἀποθανόντες τῷ νόμῳ, ᾧ μὴ ἐπείσθησαν· τῇ δὲ ἱερείᾳ ἐπιτείνεται τὰ τῆς κολάσεως, ὅτι ᾧ *πλεῖον ἐδόθη, οὗτος καὶ πλεῖον* (19) *ἀπαιτηθήσεται*. Περιγεγράφθω καὶ ὁ δεύτερος ἡμῖν ἐνθάδε *Στρωματεὺς*, διὰ τὸ μῆκός τε καὶ πλῆθος κεφαλαίων (20).

A mandatis : quæ autem ducta est pœnitentia, ut quæ sit iterum generata per vitæ conversionem, habet vitæ regenerationem ; mortua quidem vetere fornicatrice, in vitam autem rursus ingressa ea, quæ genita **183** est per pœnitentiam. Iis, quæ dicta sunt, fert Spiritus testimonium, dicens per Ezechielem : *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur* [a]. Jam vero obruuntur lapidibus, ut qui propter duritiem cordis sint legi mortui, cui non paruerunt. Sacerdotis autem uxori augetur supplicium, quia *cui plus datum est, plus ab eo exigetur* [b]. Terminetur hic quoque secunda *Stromatum*, seu *Miscellaneorum*, disputatio, propter prolixitatem capitum et multitudinem.

[a] Ezech. xxxiii, 11. [b] Luc. xii, 48.

(18) *Τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπ.* Τοῦ ἀσεβοῦς, ὡς ἀποστρέψῃ. Ezech.

(19) *Πλεῖον.* Respicit Luc. xii, 48 : Παντὶ δὲ, ᾧ ἐδόθη πολὺ, πολὺ ζητηθήσεται παρ' αὐτοῦ.

(20) *Κεφαλαίων.* Capitum quidem mentio hic ; sed ea non distincta sunt ut in *Pædagogo*, propter varias scilicet materiæ interruptiones. Sylburg.

# ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΤΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ ΣΤΡΩΜΑΤΕΩΝ ΤΩΝ ΕΙΣ ΟΚΤΩ ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ

# CLEMENTIS ALEXANDRINI STROMATUM LIBER TERTIUS.

## CAPUT PRIMUM.

*Basilidis sententiam de continentia et nuptiis refutat.*

Οἱ μὲν οὖν ἀμφὶ τὸν Οὐαλεντῖνον, ἄνωθεν ἐκ τῶν θείων προβολῶν (21) τὰς συζυγίας (22) καταγόντες, εὐαρεστοῦνται γάμῳ· οἱ δὲ ἀπὸ Βασιλεί-

✠ Ac Valentiniani quidem, qui desuper ex divinis emissionibus deduxere conjugationes, acceptum habent matrimonium : Basilidis autem sectatores,

✠ P. 508 ED. POTTER, 426 ED. PARIS.

(21) *Προβολῶν.* Περιβόλων, vulg. edit.; προβόλων, Victor. Sylburg, quod Lowthio placuit. Sed vera lectio est προβολῶν, a προβολή· qua voce usi sunt Valentiniani ad significandam Æonum e suis causis « emissionem. » Clemens infra, *Strom.* v, p. 609 edit. Paris. : Δέδωκε δὲ ἀφορμὰς τοῖς τὰς προβολὰς εἰσάγουσι, τάχα καὶ σύζυγον νοῆσαι τοῦ Θεοῦ. « Occasionem dedit iis, qui emissiones introducunt, ipsius forte Dei conjugem etiam comminisci. » Epiphanius lib. I, hæres. 32, p. 213, de his rebus agens, ait : Μονάς τε καὶ τὸ Ἓν προήκαντο τὰς λοιπὰς προβολὰς τῶν Αἰώνων. « Monas et Unum emiserunt reliquas emissiones Æonum. »

(22) *Συζυγίας.* « Conjugia » quædam in suo Pleromate comminenti sunt Valentiniani, ex quibus nati sunt Æones. Irenæus lib. I, cap. 12, p. 31 edit. Oxon. : Διὸ καὶ ἐκ παντὸς τρόπου δεῖν αὐτοὺς ἀεὶ τὸ τῆς συζυγίας μελετᾷν μυστήριον· καὶ τοῦτο πείθουσι.

« Cum interrogassent, inquiunt, apostoli, num sit melius uxorem non ducere, dicunt respondisse Dominum : ✠ « Non omnes capiunt verbum hoc. Sunt enim eunuchi alii a nativitate, alii vero a necessitate [a]. » Hoc dictum autem sic interpretantur : « Quidam ex quo nati sunt, naturaliter feminam aversantur, qui quidem hoc naturali utentes temperamento, recte faciunt, si uxorem non ducant. Illi, inquiunt, eunuchi sunt ex nativitate. Qui autem sunt a necessitate, ii sunt theatrici exercitatores, qui, gloriæ studio retracti, se continent. Quinetiam qui casu aliquo excisi sunt, eunuchi facti sunt per necessitatem. Qui itaque eunuchi fiunt per necessitatem, non fiunt eunuchi secundum logon, seu rationem. Qui autem regni sempiterni gratia seipsos castrarunt, id ad declinandas, inquiunt, conjugii molestias fecerunt, quod procurandæ rei familiaris onus ac sollicitudinem timerent. Et illud : « Melius est nubere quam uri [b], » dicentem Apostolum aiunt velle : Ne animam tuam in ignem injicias, noctu et interdiu resistens, et timens ne a continentia excidas. Nam cum in resistendo occupata fuerit anima,

Ἐρωτηθέντες, φασί, τῶν ἀποστόλων μήποτε ἄμεινόν ἐστι τὸ μὴ γαμεῖν, ἀποκρίνασθαι λέγουσι τὸν Κύριον· Οὐ πάντες (24) χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον· εἰσὶ γὰρ εὐνοῦχοι, οἱ μὲν ἐκ γενετῆς. οἱ δὲ ἐξ ἀνάγκης (25). » Ἐξηγοῦνται δὲ τὸ ῥητὸν ὧδέ πως· « Φυσικήν τινες ἔχουσι πρὸς γυναῖκα ἀποστροφὴν ἐκ γενετῆς, οἵτινες, τῇ φυσικῇ ταύτῃ συγκράσει χρώμενοι, καλῶς ποιοῦσι μὴ γαμοῦντες. Οὗτοι, φασίν, εἰσὶν οἱ ἐκ γενετῆς εὐνοῦχοι. Οἱ δὲ ἐξ ἀνάγκης, ἐκεῖνοι οἱ θεατρικοὶ ἀσκηταὶ (26), οἵτινες διὰ τὴν ἀνθολκὴν τῆς εὐδοξίας κρατοῦσιν ἑαυτῶν· οἱ δὲ ἐκτετμημένοι κατὰ συμφορὰν (27) εὐνοῦχοι γεγόνασι κατὰ ἀνάγκην. Οἱ τοίνυν κατὰ ἀνάγκην οὐ κατὰ λόγον εὐνοῦχοι γίνονται· οἱ δὲ ἕνεκα τῆς αἰωνίου βασιλείας εὐνουχίσαντες ἑαυτούς, διὰ τὰ ἐκ τοῦ γαμοῦ, φασί, συμβαίνοντα, τὸν ἐπιλογισμὸν (28) τοῦτον λαμβάνουσιν, τὴν περὶ τὸν πορισμὸν τῶν ἐπιτηδείων ἀσχολίαν δεδιότες. Καὶ τὸ, « Ἄμεινον (29) γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι, » μὴ εἰς πῦρ ἐμβάλῃς τὴν ψυχήν σου, λέγειν τὸν Ἀπόστολον, νυκτὸς καὶ ἡμέρας (30) ἀντέχων, καὶ φοβούμενος μὴ τῆς ἐγκρατείας ἀποπέσῃς· πρὸς γὰρ τὸ ἀντέχειν γενομένη ψυχὴ, μερίζεται τῆς ἐλπίδος. »

✠ P. 509 ED. POTTER, 426-427 ED. PARIS. [a] Matth. xix, 11, 12. [b] I Cor. vii, 9.

τοὺς ἀνοήτους, αὐταῖς λέξεσι λέγοντας οὕτως· Ὃς ἂν ἐν κόσμῳ γενόμενος, γυναῖκα οὐκ ἐφίλησεν, ὥστε αὐτὴν κρατηθῆναι, οὐκ ἔστιν ἐξ ἀληθείας, καὶ οὐ χωρήσει εἰς ἀλήθειαν. « Quapropter ex omni modo oportere eos semper syzygiæ meditari mysterium; et hoc suadent insensibilibus, in sermonibus dicentes sic : Quicunque in sæculo est, et uxorem non amat, ut ei conjungatur, non est in veritate, et non transiet in veritatem. »

(23) *Βασιλείου*. Sic scribendum, vel Βασιλείδους, ut supra Ποσειδώνιος, et paulo infra Βασιλειδιανῶν, et Ἀλεξανδρείας, etc., pro Βασιλίδου, Ποσιδωνίου, Βασιλιδιανῶν, Ἀλεξανδρίας.

(24) *Οὐ χάντες*. Similia iis quæ dicit Christus Matth. xix, 11, 12. Porro hæc, paucis mutatis, occurrunt in Epiphanii lib. I, hæres. 32.

(25) *Εὐνοῦχοι, οἱ μὲν ἐκ γενετῆς, οἱ δὲ ἐξ ἀνάγκης*. Duo eunuchorum genera memorat, quorum alii ex nativitate, alii casu aliquo contra voluntatem facti sunt eunuchi; tertium genus memorat Matthæus, loco jam dicto, eorum οἵτινες εὐνούχησαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· « qui seipsos castraverunt propter regnum cœlorum. » Et paulo infra Clemens, id Christi effatum ex sententia Basilidianorum explicans, hoc tertium genus memorat, οἱ ἕνεκα τῆς αἰωνίου βασιλείας εὐνουχίσαντες ἑαυτούς· « qui sempiterni regni gratia se castrarunt. » Denique, Epiphanius etiam, hæc enarrans, eos tertio loco refert, qui se castraruntἑκουσίως κατὰ τὴν βασιλείαν οὐρανῶν, « sponte propter regnum cœlorum. » Ex quibus probabile fit, hujusmodi periochen, οἱ δὲ ἕνεκα τῆς αἰωνίου βασιλείας, « alii autem propter sempiternum regnum, » ex codicibus Clementis casu aliquo excidisse.

(26) *Θεατρικοὶ ἀσκηταί*. Veneris usus ut vires, sic etiam vocem corrumpere putabatur. Conf. Juvenalis sat. 11, v. 156. Hinc athletæ et cantores ea abstinebant. Quemadmodum Amœbeus citharœdus dicitur γυναῖκα ὡραιοτάτην ἔχων, μὴ ὁμιλεῖν αὐτῇ· « cum venustissimam uxorem haberet, non coivisse cum ea, » ut referunt Ælianus *Variæ historiæ* lib. III, cap. 30, et Clemens noster infra pag. 417 edit. Paris. Hinc Diogenis dictum, quod memorat Stobæus serm. 5 : Δεινὸν ἔλεγεν ὁ Διογένης, εἰ οἱ μὲν ἀθληταὶ καὶ οἱ κιθαρῳδοὶ γαστρὸς καὶ ἡδονῶν χρατοῦσιν, οἱ μὲν τῆς φωνῆς χάριν, οἱ δὲ τοῦ σώματος, σωφροσύνης δὲ ἕνεκα οὐδεὶς τούτων καταφρονήσει. « Indignum esse aiebat Diogenes, athletas ventri et voluptatibus temperare; hos vocis, illos corporis, gratia : propter temperantiam vero neminem ista contemnere.

(27) *Οἱ δὲ ἐκτετμημένοι κατὰ συμφοράν*. « Qui autem excisi sunt casu aliquo sinistro, eunuchi facti sunt ex necessitate. » Hæc omnia ex Clemente transtulit Epiphanius in librum suum », hæresi 32, pag. 96 Basil. edit., ubi hoc deest membrum. Illud quoque quod sequitur : « Propter ea quæ ex matrimonio eveniunt, » et alia usque ad finem periodi, manca sunt apud Epiphanium, qui ex hoc loco restituendus est. Item illud, « apprehende ergo, » Græce est, ἀντέχου τοίνυν μαχίμης γυναικός, rectius quam apud Epiphanium, ἀνέχου μαχίμης, « sustine pugnacem uxorem. » Nec melius, opinor, vertit Cornarius : « Cum autem, inquit, gratiarum actio et benignitas Dei in petitionem tuam inciderit; » quam Hervetus : « Quando tua eucharistia inciderit in petitionem. » Græce utrobique erat : Ὅταν δὲ, φησὶν, ἡ εὐχαριστία σου εἰς αἴτησιν ὑποπέσοι. Sequitur apud Clem.: Καὶ στῇς τὸ λοιπὸν οὐ κατορθῶσαι, ἀλλὰ μὴ σφαλῇναι, γάμησον, ubi corrigit Hervetus καὶ τῆς vertitque, et « de cætero petas non recte et perfecte agere, sed non labi, duc uxorem. » Apud Epiphanium : Καὶ στῇς τὸ λοιπὸν, οὐ κατορθώσας μὴ σφαλῇναι, γάμησον. « Et steteris de cætero non peragens cum virtute, ut ne offendaris, nuptias contrahe. » Forte ita vertere potes : « Et steteris in posterum, non ut recte agas, sed non offendas, uxorem duc. » Collect.

(28) *Τὸν ἐπιλογ.* Deficit hoc loco Epiphanius, qui hanc sententiam hoc modo exhibet : τὸν ἐπιλογισμὸν τῶν ἐπιτηδείων ἀσχολίαν δεδιότες· his nempe verbis propter vocesὁμοιοτελεύτους, ut per librariorum negligentiam sæpe alias fit, omissis, τοῦτον λαμβάνουσιν τὴν περὶ τὸν πορισμόν. Proinde hæc ei ex Clemente restituenda sunt.

(29) *Ἄμειναν*. Βέλτιον, Epiph. Utrumque interpretamentum est τοῦ κρεῖττον, quod exstat I Cor. vii, 9.

(30) *Νυκτὸς καὶ ἡμ.* Ἡμέρας καὶ νυκτός, inverso ordine, Epiphan., ubi mox γινομένη pro γενομένη.

« Ἀντέχου (31) τοίνυν, » φησὶ κατὰ λέξιν ὁ Ἰσίδωρος ἐν τοῖς « Ἠθικοῖς, » μαχίμης γυναικὸς, ἵνα μὴ ἀποσπασθῇς τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, τό τε πῦρ ἀποσπερματίσας, εὐσυνειδήτως (32) προσεύχῃ (33). Ὅταν δὲ ἡ εὐχαριστία σου, φησὶν, εἰς αἴτησιν ὑποπέσῃ (34), καὶ στῇς τὸ λοιπὸν οὐ κατορθῶσαι, ἀλλὰ μὴ σφαλῆναι, γάμησον. Ἀλλὰ νέος τίς ἐστιν, ἢ πένης, ἢ κατωφερὴς, καὶ οὐ θέλει γῆμαι κατὰ τὸν λόγον· οὗτος τοῦ ἀδελφοῦ μὴ χωριζέσθω· λεγέτω, ὅτι Εἰσελήλυθα ἐγὼ εἰς τὰ ἅγια· οὐδὲν δύναμαι παθεῖν. Ἐὰν δὲ ὑπόνοιαν ἔχῃ, εἰπάτω· Ἀδελφὲ, ἐπίθες μοι τὴν (35) χεῖρα, ἵνα μὴ ἁμαρτήσω· καὶ λήψεται βοήθειαν, καὶ νοητὴν καὶ αἰσθητήν· θελησάτω (36) μόνον ἀπαρτῆσαι (37) τὸ καλὸν, καὶ ἐπιτεύξεται. Ἐνίοτε δὲ τῷ μὲν στόματι λέγομεν, Οὐ θέλομεν ἁμαρτῆσαι· ἡ δὲ διάνοια ἔγκει-

A a spe est divisa. » —« Apprehende ergo, » inquit his verbis Isidorus in *Moralibus*, ✠ robustam mulierem, ne a Dei gratia avellaris; et cum ignem in semine excreveris, cum bona ores conscientia. Quando autem, inquit, tua gratiarum actio delapsa fuerit in petitionem, et deinceps steteris, ut tamen labi ac titubare non desinas, duc uxorem. Sin est aliquis juvenis, vel pauper, vel infirmus, et non ei libet logo, seu rationi, convenienter uxorem ducere, is a fratre ne discedat; dicat: Ingressus sum in sancta, nihil possum pati. Quod si eum suspicio aliqua subeat, dicat: Frater, impone mihi manum, ne peccem; et confestim tum in mente, tum in corpore opem experietur. Velit modo quod bonum est perficere, et assequetur. Nonnunquam autem

✠ P. 510 ED. POTTER.

(31) Ἀντέχου. Ἀνέχου, « sustine, » habet Epiphan. Porro in Isidori verba hæc adnotavit cl. Gralius *Spicilegii* sæc. II, pag. 66, 67: « Ista emendatione et explicatione egent, qua allata, patebit hæc verba bonum habere sensum. Ac priora quidem, Ἀντέχου (sive, ut apud Epiphanium legimus ἀνέχου) μαχίμης γυναικός, pessime vertit, imo pervertit, Hervetus, Clementis interpres: « Apprehende ergo robustam mulierem; » pro quo repone: « Patienter sustine contentiosam mulierem; » sicut et Petavius apud Epiphanium: « Patienter igitur tibi contumacis uxoris mores sustinendi sunt, ne gratiam Dei amittas. » Unde sequitur: « Cumque una cum semine libidinis flammam ejeceris » (per legitimum matrimonii usum, tanquam fornicationis remedium), « tum te, optima fretus conscientia, ad orandum converte. » Quid vero sibi volunt hæc: « Quando autem tua gratiarum actio in petitionem inciderit, » sive « delapsa fuerit? » Videtur Isidorus respexisse duplicem Christianorum statum, perfectorum et infirmorum: ex quibus illi, in bono fundati ac immobiles, non tam preces, quam gratias, Deo fundunt pro concesso justitiæ habitu; hi vero, minus stabiles, a periculo lapsus sibi metuunt, ac idcirco precibus magis indigent, quibus auxilium divinæ gratiæ postulent. Idem igitur est, ac si dixerat: « Quando autem in istam delapsus fueris conditionem, ut ores potius, quam gratias agas, » etc. Quem sensum aperte confirmant immediate sequentia, apud Clementem corrupta, ac proinde ex Epiphanio corrigenda hoc modo: Καὶ στῇς τὸ λοιπὸν οὐ κατορθώσας τὸ μὴ σφαλῆναι, γάμησον. « Et steteris, non tamen quoad reliquum vitæ tempus a periculo lapsus immunis sis, duc uxorem. » Vel, ut Petavius vertit apud Epiphanium: « Neque id tamen obtinueris, ut labi prorsus ac titubare desinas, ad nuptias confugito. » Quod consilium sane bonum est, simile illi apostolico, I Cor. VII, 9: « Quod si non se continent, nubant; melius est enim nubere, quam uri. » Pergit vero Isidorus docens, quid sit faciendum, ubi aliquis uxorem ducere nequeat, vel quod adhuc sit nimium juvenis vel pauper, vel κατωφερὴς sive καταφερὴς (utroque enim modo scribitur) id est, ἀσθενής, « infirmus, » ut Epiphanius explicationis gratia addit, quanquam alibi « pronum ad Venerem » significet: si igitur ob has circumstantias conjugium inire nolit κατὰ τὸν λόγον, id est, « ut verbum Dei suadet, » vel etiam « ut ratio exigit, » ne scilicet in isto statu uxorem ducat, tum, inquit Isidorus, « iste homo propterea a conventu fratrum ne segregetur. Dicat vero: Ingressus in sancta, nil patiar; » id est, si ecclesiam, ubi fratres ad sacra conveniunt, frequentavero, nil patiar mali. « Si vero habeat suspicionem, » de seipso scilicet, ne in peccatum incidat; « dicat: Frater, impone mihi manum, ut non peccem; »

B intelligens per « fratrem, » sive quemcunque fidelium, sive potius sacerdotem, cui proprie oratio cum manus impositione competit. Cætera sunt facillima intellectu: unde ad alia pergo, ubi tribus verbis monuero, quoad ultima Isidori verba editionem Epiphanii ex Clemente corrigendam, et pro φυσικὸν δὲ τὸ τῶν ἀφροδισίων. Ἀναγκαίως δὲ ταύτας παρεθέμην τὰς φωνὰς, etc., legendum esse, φυσικὸν δὲ τὸ τῶν ἀφροδισίων, οὐκ ἀναγκαῖον δέ. Ταύτας παρεθέμην φωνὰς, etc. Nam ita apud Clementem recte sunt distincta. »

(32) *Εὐσυνειδήτως*. Nonnulli hanc vocem ad præcedens ἀποσπερματίσας referunt.

(33) *Προσεύχῃ*. Scribendum προσεύχου, imperat. modo, quod habet Epiphan.

(34) Ὑποπέσῃ. Ὑποπέσοι, Epiphan.

(35) *Τὴν*. Abest ab Epiphan., ubi mox, inverso C ordine, καὶ αἰσθητὴν καὶ νοητήν.

(36) *Θελησάτω*. Epiphanius, μόνον ἀπαρτῆσαι. « Velit solum perficere bonum, et assequetur. » Ibidem legitur λέγομεν οὐ θέλομεν, rectius hic, λέγομεν· corrige itaque in interprete: « Aliquando ore quidem dicimus, nolumus pecare. » Deinde ibidem corrige ex Clemente: Φυσικὸν δὲ τὸ τῶν ἀφροδισίων, οὐκ ἀναγκαῖον δέ. Ταύτας παρεθέμην, etc. « Naturale autem est venereis rebus uti, necessarium vero minime. Has apposui voces, » etc. Paulo post emenda illa Epiphanii, πάντων γε σωθησομένων φυσικῶν, sic ut habet Clemens, πάντως γε σωθησομένων φύσει· et lege in interpretatione: « Docuerunt propter perfectionem, cum omnino natura salvi futuri sint, et si peccent propter naturaliter insitam electionem, cum alioqui neque eadem ipsis facere permittant h. d. p. » Valentiniani se natura salvos fieri dicebant. Tertullianus in lib. adversus eosdem, c. 29: « Quæ nunc quoque si plenam atque D perfectam notitiam apprehenderint istarum næmarum, naturificatæ jam spiritalis conditionis germinatæ (vel potius « germanitate ») certam obtinebunt, imo omnino debitam. » Irenæus lib. I, c. 1: « Quapropter et nobis quidem necessariam esse bonam conversationem respondent; aliter enim impossibile esse salvari. Semetipsos autem non per operationem, sed eo quod sunt naturaliter spiritales, omnino salvari dicunt. Quemadmodum enim aurum in cœno positum non amittit decorem suum, sed suam naturam custodit, cum cœnum nihil nocere auro possit; sic et semetipsos dicunt, licet in quibuscunque materialibus operibus sint, nihil semetipsos noceri, neque amittere spiritalem substantiam. » Vide lib. II, 390, 20. COLLECT.

(37) Ἀπαρτῆσαι. Hervetus legit ἁπαντῆσαι, « potere. » Sed verior lectio videtur, ἀπαρτῖσαι, « perficere, absolvere: » quam præbet Epiphanius. Eadem Sylburgio placuit.

ore tenus dicimus : Nolumus peccare; animus autem noster propendet in peccatum. Qui est ejusmodi, propter metum, quod vult, non facit, ne ei constituatur supplicium. At hominum generi quædam necessaria sunt ac naturalia duntaxat. Quod indumentis egeat, necessarium simul est et naturale : est autem venerea voluptas naturalis, sed non necessaria. » Has voces adduxi ad reprehendendum Basilidianos, qui non recte vivunt, ut qui vel peccandi potestatem habeant propter perfectionem, vel omnino quidem natura salvi futuri sint, etsi nunc peccent, quod naturæ dignitate sunt electi. Neque vero primi dogmatum architecti eorumdem perpetrandorum potestatem illis faciunt. Ne ergo Christi nomen suscipientes, et iis, qui sunt in gentibus intemperantissimi, incontinentius viventes, nomini ✠ maledictum inurant. « Qui enim sunt ejusmodi, pseudapostoli, operarii dolosi, » usque ad illud : « Quorum finis erit secundum opera eorum [a]. Est ergo continentia, corporis despicientia secundum confessionem in Deum; non solum enim in rebus venereis, sed etiam in aliis, quæ anima perperam concupiscit, non contenta necessariis, versatur continentia. Est autem et in lingua, et in acquirendo, et in utendo, et in concupiscendo continentia. Non docet autem ea solummodo esse temperantes, siquidem præbet nobis temperantiam, ut quæ sit divina potestas et gratia. Dicendum est ergo, quidnam nostris videatur de eo, quod est propositum. Nos quidem castitatem, et eos, quibus hoc a Deo datum est, beatos dicimus : monogamiam autem, et quæ consistit in uno solum matrimonio, honestatem admiramur; dicentes tamen oportere aliorum misereri, et « alterum alterius onera portare [b], » ne « quis, cum » recte « stare videatur [c], » ipse quoque « cadat. » De secundis autem nuptiis : « Si uraris, » inquit Apostolus, « jungere matrimonio [d]. »

ται ἐπὶ (38) τὸ ἁμαρτάνειν. Ὁ τοιοῦτος διὰ φόβον οὐ ποιεῖ ὃ θέλει, ἵνα μὴ ἡ κόλασις αὐτῷ ἐλλογισθῇ. Ἡ δὲ ἀνθρωπότης ἔχει τινὰ ἀναγκαῖα καὶ φυσικὰ μόνα· ἔχει τὸ περιβάλλεσθαι ἀναγκαῖον (39) καὶ φυσικόν· φυσικὸν δὲ τὸ τῶν ἀφροδισίων, οὐκ ἀναγκαῖον δέ. » Ταύτας παρεθέμην τὰς φωνὰς εἰς ἔλεγχον τῶν μὴ βιούντων ὀρθῶς Βασιλειδιανῶν (40), ὡς ἤτοι ἐχόντων ἐξουσίαν καὶ τοῦ ἁμαρτεῖν (41) διὰ τὴν τελειότητα, ἢ πάντως (42) γε σωθησομένων (43) φύσει (44), κἂν νῦν ἁμάρτωσι, διὰ τὴν ἐμφυτον ἐκλογήν· ἐπεὶ μηδὲ ταῦτα αὐτοῖς πράττειν συγχωροῦσιν οἱ προπάτορες τῶν δογμάτων (45). Μὴ τοίνυν ὑποδυόμενοι τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἐν ἔθνεσιν ἀκρατεστάτων ἀκολαστότερον βιοῦντες, βλασφημίαν τῷ ὀνόματι προστριβέσθων· « Οἱ γὰρ τοιοῦτοι ψευδαπόστολοι, ἐργάται δόλιοι, » ἕως, « Ὧν τὸ τέλος ἔσται κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. » Ἐγκράτεια τοίνυν σώματος ὑπεροψία, κατὰ τὴν πρὸς Θεὸν ὁμολογίαν· οὐ μόνον γὰρ περὶ τὰ ἀφροδίσια, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰ ἄλλα, ἃ ἐπιθυμεῖ ἡ ψυχὴ κακῶς, οὐκ ἀρκουμένη τοῖς ἀναγκαίοις, ἡ ἐγκράτεια ἀναστρέφεται. Ἔστι δὲ καὶ περὶ τὴν γλῶσσαν, καὶ περὶ τὴν κτῆσιν, καὶ περὶ τὴν χρῆσιν, καὶ περὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἐγκράτεια. Οὐ διδάσκει δ' αὐτὴ σωφρονεῖν μόνον, ἥ γε παρέχει σωφροσύνην ἡμῖν, δύναμις οὖσα καὶ θεία χάρις. Τίνα οὖν τοῖς ἡμετέροις δοκεῖ περὶ τοῦ προκειμένου, λεκτέον. Ἡμεῖς εὐνουχίαν μὲν, καὶ οἷς τοῦτο δεδώρηται ὑπὸ Θεοῦ, μακαρίζομεν· μονογαμίαν δὲ καὶ τὴν περὶ τὸν ἕνα γάμον σεμνότητα θαυμάζομεν· συμπάσχειν δὲ δεῖν λέγοντες, καὶ ἀλλήλων (46) τὰ βάρη βαστάζειν· μή ποτέ τις δοκῶν καλῶς ἑστάναι, καὶ αὐτὸς πέσῃ. Περὶ δὲ τοῦ δευτέρου γάμου, « Εἰ πυροῖ, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, γάμησον. »

## CAPUT II.

### *Carpocratis et Epiphanis sententiam de feminarum communitate refutat.*

Qui autem a Carpocrate descendunt et Epiphane, censent oportere uxores esse communes; a quibus contra nomen Christi maximum emanavit

Οἱ δὲ ἀπὸ Καρποκράτους καὶ Ἐπιφάνους ἀναγόμενοι κοινὰς εἶναι τὰς γυναῖκας ἀξιοῦσιν· ἐξ ὧν ἡ μεγίστη κατὰ τοῦ ὀνόματος (47) ἐρρύη βλασφημία.

✠ P. 511 ED. POTTER, 428 ED. PARIS. [a] II Cor. xi, 13, 15. [b] Galat. vi, 2. [c] I Cor. x, 12. [d] I Cor. vii, 9.

(38) *Ἐπί.* Εἰς, Epiphan.

(39) *Ἀναγκαῖον.* Τὸ ἀναγκ., Epiphan.

(40) *Βασιλειδιανῶν.* Sic scripsi cum Epiphanio pro vulg. Βασιλιδιανῶν. Hoc loco hæc addit Epiphanius : Καὶ Καρποκρατιανῶν καὶ τῶν ἀπὸ Οὐαλεντίνου, καὶ τοῦ Ἐπιφάνους καλουμένου· ᾧ δὲ συνήφθη Σεκοῦνδος ὁ προτεταγμένος· ἐξ ἀλλήλων γὰρ ἕκαστος, ἤτοι οὗτος ἐκείνῳ μεταδοὺς, ἢ ἐκεῖνος τούτῳ, τὰ δεινὰ ἀπεμπολήσαντες, καὶ εἴς τι πρὸς ἀλλήλους διαφερόμενοι, ὅμως ἐν μιᾷ αἱρέσει ἑαυτοὺς κατέθεντο, ὥστε καὶ ἔχειν ἐξουσίαν ἐδογμάτισαν. « Et Carpocratianos, et Valentini, Epiphanisque discipulos; ad quem Secundus prius a nobis commemoratus adjungitur. Etenim illi a se invicem propagati; sive iste alteri, sive alter isti, tanquam malas merces, ita pestiferam doctrinam communicaverunt. Ac licet aliqua in re dissideant, in eadem tamen hæsere secta, ut vel peccare sibi propter perfectionem licere dicerent. »

(41) *Τοῦ ἁμαρτεῖν.* Τὸ ἁμαρτάνειν, Epiphan. perperam, nisi εἰς aut similis particula addatur.

(42) *Ἢ πάντως.* Epiphan., ἢ πάντων.

(43) *Σωθησομένων.* De Valentinianis hæc refert Irenæus lib. I, cap. 10, p. 30 : Τὸ πνευματικὸν θέλουσιν οἱ αὐτοὶ εἶναι ἀδύνατον φθορὰν καταδέξασθαι, κἂν ὁποίαις συγκαταλίγωνται πράξεσιν. « Idem spiritale existimant non posse corruptelam percipere, licet in qualibuscunque fuerint factis. »

(44) *Φύσει.* Melius videtur, quam φυσικῶν, quod habet Epiphanius. Ubi mox, τὰ αὐτὰ pro ταῦτα.

(45) *Δογμάτων.* Hactenus Clementem secutus est Epiphanius.

(46) *Ἀλλήλων.* Respicit Gal. vi, 2 : Ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε. I Cor. x, 12 : Ὥστε ὁ δοκῶν ἑστάναι βλεπέτω μὴ πέσῃ. I Cor. vii, 9 : Εἰ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν· κρεῖσσον γάρ ἐστι γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι.

(47) *Κατὰ τοῦ ὀνόματος.* Nomen Christianum intelligit. Similia refert Eusebius, de Carpocratis

Ἐπιφάνης (48) οὗτος, οὗ καὶ τὰ συγγράμματα κομίζεται, υἱὸς ἦν Καρποκράτους, καὶ μητρὸς Ἀλεξανδρείας τοὔνομα (49)· τὰ μὲν πρὸς πατρὸς Ἀλεξανδρεὺς (50), ἀπὸ δὲ μητρὸς Κεφαλληνεύς. Ἔζησε δὲ τὰ πάντα ἔτη ἑπταεκαίδεκα, καὶ Θεὸς ἐν Σάμῃ τῆς Κεφαλληνίας τετίμηται· ἔνθα αὐτῷ ἱερὸν ῥυτῶν λίθων, βωμοί, τεμένη, μουσεῖον ᾠκοδόμηταί τε καὶ καθιέρωται· καὶ συνιόντες εἰς τὸ ἱερὸν οἱ Κεφαλλῆνες (51) κατὰ νουμηνίαν, γενέθλιον ἀποθέωσιν θύουσιν Ἐπιφάνει· σπένδουσί τε καὶ εὐωχοῦνται, καὶ ὕμνοι λέγονται (52). Ἐπαιδεύθη μὲν οὖν παρὰ τῷ πατρὶ τήν τε ἐγκύκλιον παιδείαν καὶ τὰ Πλάτωνος (53)· καθηγήσατο δὲ τῆς μοναδικῆς γνώσεως (54)· ἀφ' οὗ καὶ ἡ τῶν Καρποκρατιανῶν αἵρεσις. Λέγει τοίνυν οὗτος ἐν τῷ *Περὶ δικαιοσύνης*· « Τὴν δικαιοσύνην τοῦ Θεοῦ κοινωνίαν τινὰ εἶναι μετ' ἰσότητος. Ἴσος γέ τοι πανταχόθεν ἐκταθεὶς οὐρανὸς, κύκλῳ τὴν γῆν περιέχει πᾶσαν· καὶ πάντας ἡ νὺξ ἐπίσης ἐπιδείκνυται τοὺς ἀστέρας· τόν τε τῆς ἡμέρας αἴτιον καὶ πατέρα τοῦ φωτὸς ἥλιον ὁ Θεὸς ἐξέχεεν ἄνωθεν ἴσον ἀπὸ γῆς ἅπασι τοῖς βλέπειν δυναμένοις· (οἱ δὲ κοινῇ πάντες βλέπουσιν·) ἐπεὶ μὴ διακρίνει πλούσιον, ἢ πένητα, ἢ δήμου ἄρχοντα, ἄφρονά τε καὶ τοὺς

A probrum. Hic autem Epiphanes, cujus etiam scripta feruntur, filius erat Carpocratis, et matris Alexandriæ nomine, ex patre quidem Alexandrinus, ex matre vero Cephalleneus. Vixit autem solum septemdecim annis, et Samæ, quæ est **184** urbs Cephalleniæ, ut deus est honore affectus. Quo in loco templum ex ingentibus lapidibus, altaria, delubra, museum, ædificatum est et consecratum; et cum est nova luna, convenientes Cephallenei, diem natalem, quo in deos relatus est Epiphanes, sacrificant, libantque, et convivantur, et hymnos canunt. A patre autem didicit et orbem disciplinarum, et Platonis ✠ philosophiam. Fuit autem princeps monadicæ cognitionis. A quo etiam profluxit hæresis eorum, qui nunc sunt, Carpocratianorum. Is ergo dicit in libro *De justitia*, « Justitiam Dei esse quamdam cum æqualitate communionem. Æquale quidem certe cœlum undequaque extensum totam terram cingit. Et nox ex æquo stellas omnes ostendit; et diei auctorem et lucis patrem, solem, Deus ex alto æqualem effudit omnibus, qui possunt videre (illi autem omnes communiter respiciunt), quoniam non discernit divitem vel pau-

✠ P. 512 ED. POTTER, 428-429 ED. PARIS.

secta agens, *Historiæ eccles.* lib. IV, cap. 7 : Τοῖς δὲ ἀπίστοις ἔθνεσι πολλὴν παρέχειν κατὰ τοῦ θείου λόγου δυσφημίας περιουσίαν, τῆς ἐξ αὐτῶν ψήμης εἰς τὴν τοῦ παντὸς Χριστιανῶν ἔθνους διαβολὴν καταχεομένης. Ταύτῃ δ' οὖν ἐπιπλεῖστον συνίβαινε τὴν περὶ ἡμῶν παρὰ τοῖς τό τε ἀπίστοις ὑπόνοιαν δυσσεβῆ καὶ ἀτοπωτάτην διαβέβοσθαι· ὡς δὲ ἀθεμίτοις πρὸς μητέρας καὶ ἀδελφὰς μίξεσιν ἀνοσίας τε τροφαῖς χρωμένων. « Deinde gentibus a fide nostra alienis amplam obtrectandi et calumniandi Evangelii materiam subministravit : dum ab illis primum orta infamia ad totius Christiani nominis opprobrium diffunderetur. Atque hinc factum est, ut absurda quædam et impia de nobis opinio apud infideles tunc temporis spargeretur, quasi nefario concubitu cum sororibus et matribus misceri, et exsecrandis dapibus vesci soleremus. » De iisdem hæc conqueritur Irenæus lib. I, cap. 34, p. 100 : « Qui et ipsi ad detractionem divini nominis, quemadmodum et gentes, a Satana præmissi sunt, uti secundum alium et alium modum, quæ sunt illorum, audientes homines, et putantes omnes nos tales esse, averiant autres suos a præconio veritatis. Conf. Justinus M. *Dialogo cum Tryphone*; Athenagoras *Legationis* pag. 15 edit. Oxon.; Minucius Felix *Octavio*; Tertullianus *Apolog.* et *Ad uxor.* lib. II, cap. 4; Origenes *Adv. Celsum*; Epiphanius *Adv. hæres.* lib. I; item Clemens mox p. 450 edit. Paris.

(48) *Ἐπιφάνης.* Hæc paulum mutata Epiphanius transtulit in suum *Adv. hæres.* lib. I, hæres. 32, p. 210.

(49) *Τοὔνομα.* Epiphan., οὕτω καλουμένης, quod interpretamentum est. Uterque voluit Carpocratis matrem, non patria, sed nomine, Ἀλεξάνδρειαν fuisse.

(50) *Πρὸς πατρὸς Ἀλεξανδρεύς.* Theodoretus in lib. *De hæresibus* Carpocratem, Epiphanis patrem, Alexandrinum fuisse testatur. Quamobrem corrigendus est Epiphanii locus, hæresi 32 : Ἀπὸ Κεφαλληνίας μὲν τὸ πρὸς πατρὸς γένος ὤν, « e Cephallenia genus habens : » nisi forte memoria lapsus est Epiphanius, dum hunc Clementis locum exscripsit. Paulo post etiam scripsit ἐν Σάμῳ γάρ, cum sit apud Clementem ἐν Σάμῃ. Verum ex quatuor urbibus insulæ illius unam tradit Strabo lib. X, dici et Σάμην et Σάμον, communi illi cum insula nomine. Collect.

(51) *Οἱ Κεφαλλῆνες.* Si quis interroget, cur Epiphanes in patria materna, Same Cephallenia, potius quam Alexandriæ, quæ paterna ei urbs fuit, coleretur, respondit Cl. Dodwellus dissert. 4 in Irenæum, sect. 29, inde contigisse, « quod illam delegisset scholæ sedem, et quod ibi proinde haberet præcipuam discipulorum multitudinem. »

(52) *Ὕμνοι λέγονται.* Concinnius, ὕμνους λέγουσι. Sylburg.

(53) *Τὰ Πλάτωνος.* Epiphanius libri jam dicti pag. 211 : Διʼ ὑπερβολὴν δὲ τῆς ἐκείνου παιδείας, ἐγκυκλίου τε καὶ Πλατωνικῆς, ἣ πᾶσα τοῖς προειρημένοις κατά τε αἵρεσιν καὶ κατὰ τὴν ἑτέραν πλάνην, λέγω τὴν εἰς εἰδωλομανίαν, τοὺς ἐπιχωρίους τρέψασαν, γέγονεν ἀπʼ αὐτοῦ ἀπάτη. « Habuit vero ad infelices eos decipiendos, ac non modo ad eam sectam, sed et ad aliud genus erroris, hoc est, simulacrorum superstitionem, traducendos magnam illecebram exquisita quædam hominis eruditio, et cum in omni humanitatis genere, tum in Platonicis dogmatibus apprime versata. » Et hactenus Clementem secutus est ille. Theodoretus *Hæret. fabul.* lib. I, cap. 5, p. 197 : Καὶ Ἐπιφάνης δέ, τούτου παῖς, Πλατωνικῆς ἠγμένος παιδείας, τὴν τούτου μυθολογίαν ἐπλάτυνεν. « Epiphanes vero, Carpocratis filius, in Platonica institutus disciplina, illius fabulas amplificavit. »

(54) *Μοναδικῆς γνώσεως.* Quid sit μοναδικὴ γνῶσις, disci poterit ex Irenæo lib. I, cap. 2, p. 51 : Ἔστι τις πρὸ πάντων Προαρχὴ, Προανεννόητος, Ἄῤῥητός τε, καὶ Ἀνονόμαστος, ἣν ἐγὼ Μονάδα ἀριθμῶ. « Est quidem ante omnes Proarche, Proanennoetos, et Inenarrabilis, et Innominabilis, quam ego Monotetem voco. » Ab hac et Henotete emissum dicit omnium principium, quod ὁ λόγος μονάδα καλεῖ, « sermo monadem vocat. » Ab hac igitur « monade » est μοναδικὴ γνῶσις, cujus princeps fuit Epiphanes, eam petens e scholis Platonis, cujus in theologia frequens est μονάδος et μονότητος mentio. Quinetiam ante Platonem Pythagoras ἀρχὴν ἁπάντων μονάδα, « principium rerum omnium monadem, » statuit, ut refert Diogenes Laertius lib. VIII, segm. 25. Conf. Clemens infra *Strom.* IV, p.

(50) Ἤ δή τινες. Flor. edit., ἤδη τινές, « jam quidam, » minus apte. STRUNC.—Vult auctor nonnullos viduam virgini præferre, eo quod difficilius sit a voluptatibus temperare, quas experti fuimus, quam ab illis, quas nunquam sensimus. Clemens infra, *Strom.* VII, pag. 744 edit. Paris.: Μέγιστον γὰρ ἐν πείρᾳ γενόμενον, εἶτα ἀποσχέσθαι· τί γὰρ μέγα, εἰ ἃ μὴ οἶδέν τις, ἐγκρατεύοιτο; « Est enim res maxima cum quis voluptatem expertus fuerit, deinceps abstinere. Quid enim magnum, si quis se contineat ab iis quæ non novit? » Paulo ante, p. 742: Ὁ γὰρ ἐπιθυμήσας, καὶ κατασχὼν ἑαυτοῦ, καθάπερ ἡ χήρα διὰ σωφροσύνης αὖθις παρθένος· « Qui enim concupivit et postea se continuit, instar est viduæ, quæ per temperantiam rursus virgo sit. » Tertullianus sub finem lib. I *Ad uxorem*: « Non tantum virginibus datum opinor. Licet in illis integritas solida, et tota sanctitas de proximo visura sit faciem Dei, tamen vidua habet aliquid operosius; quia facile est non appetere quod nescias, et aversari quod desideraveris nunquam. Gloriosior continentia, quæ jus suum sentit, quæ quod viderit novit. Poterit virgo felicior haberi; at vidua laboriosior; illa quod bonum semper habuit, ista quod bonum sibi invenit. » Cyprianus *De bono patientiæ*: « Tuetur in virginibus beatam integritatem, in viduis laboriosam castitatem. » Hieronymus epist. ad Gerontiam : « Virginitas in eo facilior est, quod carnis incentiva non novit; et viduitas in eo sollicitior, quod præteritas animo recolit voluptates. »

(51) *Κασσιανῷ*. Ille superius dicitur τῆς Δοκήσεως ἄρχων, « sectæ Docetarum princeps, » pag. 465 edit. Paris.

(52) *Πλησίον*. Πλησίον αὐτοῦ, Jerem.

(53) *Καὶ ὁ μ.* Isa. XL: Ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ

feni; et fenum quidem exsiccatur, flos autem decidit, sed verbum Domini manet [a], » quod unxit animam et uniit spiritui. Quomodo autem, quæ est in Ecclesia nostra, œconomia ad finem perduci potuisset absque corpore, cum etiam ipse, qui est caput Ecclesiæ, in carne quidem informis et specie careus vitam transiit, ut doceret nos respicere ad naturam divinæ causæ informem et incorpoream? « Arbor enim vitæ, » inquit propheta, « est in bono desiderio [b], » docens bona et munda desideria, quæ sunt in Domino vivente. Jam vero volunt viri cum uxore in matrimonio consuetudinem, quæ dicta est « cognitio, » esse peccatum : eam quippe indicari ex esu « ligni boni et mali [c], » per significationem hujus vocabuli « cognovit [d], » quæ mandati transgressionem notat. Si autem hoc ita est, veritatis quoque cognitio, est esus ligni vitæ. Potest ergo honestum ac moderatum matrimonium illius quoque ligni esse particeps. Nobis autem prius dictum est, quod licet bene et male uti matrimonio; et hoc est lignum « cognitionis, » si non transgrediamur leges matrimonii. Quid vero? annon Servator noster, sicut animam, ita etiam corpus curavit ab affectionibus? Neque vero si esset caro inimica animæ, inimicam per sanitatis restitutionem adversus ipsam muniisset. « Hoc autem dico, fratres, quod ✠ caro et sanguis regnum Dei non possunt possidere, neque corruptio possidet incorruptionem [e]. » Peccatum enim, cum sit « corruptio, » non potest habere societatem cum « incorruptione, » quæ est justitia. « Adeo stulti, » inquit, « estis? cum spiritu cœperitis, nunc carne consummamini [f]? »

A ἀλλὰ τὸ ῥῆμα τοῦ Κυρίου μένει, » τὸ χρῖσαν τὴν ψυχὴν καὶ ἑνῶσαν τῷ πνεύματι. Πῶς δ' ἄνευ τοῦ σώματος ἡ κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν καθ' ἡμᾶς οἰκονομία τέλος ἐλάμβανεν, ὅπου γε καὶ αὐτὸς ἡ κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας ἐν σαρκὶ μὲν ἀηδὴς (54) διελήλυθεν καὶ ἄμορφος, εἰς τὸ ἀειδὲς καὶ ἀσώματον τῆς θείας αἰτίας ἀποβλέπειν ἡμᾶς διδάσκων; « Δένδρον γὰρ ζωῆς, » φησὶν ὁ προφήτης (55), « ἐν ἐπιθυμίᾳ ἀγαθῇ γίνεται, » διδάσκων ἐπιθυμίας ἀστείους καὶ καθαρὰς τὰς ἐν τῷ ζῶντι Κυρίῳ. Ἤδη δὲ ἐθέλουσι τὴν ἀνδρὸς κατὰ γάμον πρὸς γυναῖκα ὁμιλίαν, « γνῶσιν » εἰρημένην, ἁμαρτίαν εἶναι· ταύτην γὰρ ὑπὸ τῆς βρώσεως μηνύεσθαι « τοῦ ξύλου τοῦ καλοῦ καὶ πονηροῦ, » διὰ τῆς τοῦ « ἔγνω » στιγμαίας παράβασιν ἐντολῆς διδάσκουσαν. Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἡ τῆς ἀληθείας γνῶσις βρῶσίς ἐστι τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς. Ἔστιν οὖν κἀκείνου τοῦ ξύλου μεταλαβεῖν τὸν σώφρονα γάμον. Προείρηται δὲ ἡμῖν ὡς καὶ καλῶς καὶ κακῶς ἔστι χρήσασθαι τῷ γάμῳ· καὶ τοῦτ' ἔστι τὸ ξύλον « τῆς γνώσεως, » ἐὰν μὴ παρανομῶμεν τὸν γάμον. Τί δέ; οὐχὶ ὁ Σωτὴρ, ὥσπερ τὴν ψυχὴν, οὕτω δὲ καὶ τὸ σῶμα ἴᾶτο τῶν παθῶν; Οὐκ ἂν δέ, εἰ ἐχθρὰ ἡ σὰρξ ἦν τῆς ψυχῆς, ἐπετείχιζεν αὐτῇ τὴν ἐχθρὰν δι' ὑγιείας ἐπισχιάζων (56). « Τοῦτο δέ φημι, ἀδελφοί, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύναται (57)· οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ·» ἡ γὰρ ἁμαρτία, «φθορὰ» οὖσα, οὐ δύναται κοινωνίαν ἔχειν μετὰ τῆς «ἀφθαρσίας,» ἥτις ἐστὶ δικαιοσύνη. « Οὕτως ἀνόητοι, » φησὶν, « ἐστέ; ἐναρξάμενοι πνεύματι, νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖτε (58); »

## CAPUT XVIII.

*Duas extremas opiniones esse vitandas : primam illorum qui Creatoris odio a nuptiis abstinent; alteram illorum qui hinc occasionem arripiunt nefariis libidinibus indulgendi.*

Justitiam ergo et salutis harmoniam, quæ est veneranda firmaque, alii quidem, ut ostendimus, nimium intenderunt, blaspheme ac maledice cum quavis impietate suscipientes continentiam; cum pie liceret castitatem, quæ secundum sanam regulam instituitur, eligere; gratias quidem agendo propter datam ipsis gratiam, non habendo autem odio creaturam, neque eos aspernando, qui juncti sunt matrimonio; est enim creatus mundus, creata est

Τὴν δικαιοσύνην τοίνυν καὶ τὴν ἁρμονίαν τοῦ σωτηρίου, σεμνὴν οὖσαν καὶ βεβαίαν, οἱ μὲν ἐπέτειναν, ὡς ἐπεδείξαμεν (59), βλασφήμως ἐκδεχόμενοι μετὰ πάσης ἀθεότητος τὴν ἐγκράτειαν· ἐξὸν ἐλέσθαι τὴν εὐνουχίαν κατὰ τὸν ὑγιῆ κανόνα μετ' εὐσεβείας· εὐχαριστοῦντα (60) μὲν ἐπὶ τῇ δοθείσῃ χάριτι, οὐ μισοῦντα δὲ τὴν κτίσιν, οὐδὲ ἐξουθενοῦντα τοὺς γεγαμηκότας· κτιστὸς γὰρ ὁ κόσμος, κτιστὴ καὶ ἡ εὐνουχία· ἄμφω δὲ εὐχαριστούντων ἐν οἷς ἐτάχθη-

✠ P. 560 ED. POTTER, 471 ED. PARIS. [a] Isa. xl, 6, 7, 8. [b] Prov. xiii, 12. [c] Gen. iii, 5. [d] Gen. iv, 1. [e] 1 Cor. xv, 50, 1. [f] Galat. iii, 3.

τὸ ἄνθος ἐξέπεσε, τὸ δὲ ῥῆμα τοῦ Θεοῦ ἡμῶν μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

(54) Ἀηδής. Haud scio, an verius ἀειδής, ut mox sequitur, τὸ ἀειδές. Sylburg. — Recte, nam respicit auctor Isa. liii, 3 : Τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον καὶ ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Quæ verba de Christo explicat, cum aliis Patribus, Clemens etiam noster *Pædag.* lib. iii, sub finem cap. 1, *Strom.* ii, p. 368 edit. Paris.

(55) *Προφήτης.* Salomonem designat, cujus verba sunt Prov. xiii, 12. Eumdem prophetam vocat pag. 471 et p. 674 edit. Paris. Lowth.

(56) *Ἐπισχιάζων.* Scribendum ἐπισκευάζων, quod Hervetus etiam in versionis suæ margine adnotavit. Sensus est : « Christum noluisse carnem, restituta ei sanitate, validiorem fecisse, si ea animæ hostis esset. »

(57) *Δύναται.* Δύνανται, 1 Cor. xv, 50, quod A. mavult. Syl.

(58) *Ἐπιτελεῖτε.* Vulg. Bibl. Gal. iii, ἐπιτελεῖσθε, forma deponenti. Sylburg.

(59) *Ὡς ἐπεδείξαμεν.* Respicit hujusce libri p. 412 edit. Paris.

(60) *Εὐχαριστοῦντα.* Respicit illud Apostoli : Πᾶν κτίσμα καλὸν. . . . μετ' εὐχαριστίας λαμβανόμενον.

σαν, εἰ γινώσκουσι καὶ ἐφ' οἷς ἐτάχθησαν. Οἱ δὲ, ἀφηνιάσαντες, ἐξύβρισαν, « ἵπποι θηλυμανεῖς » τῷ ὄντι « γενόμενοι, καὶ ἐπὶ τὰς τῶν πλησίον χρεμετίζοντες · » αὐτοί τε ἀκατασχέτως ἐχόμενοι, καὶ τοὺς πλησίον ἀναπείθοντες φιλῆδονεῖν· ἀθλίως ἐπαΐοντες ἐκείνων τῶν Γραφῶν· « Τὸν σὸν κλῆρον βάλε ἐν ἡμῖν· κοινὸν δὲ βαλάντιον κτησώμεθα πάντες, καὶ μαρσίππιον ἓν γενηθήτω ἡμῖν. » Διὰ τούτους ὁ αὐτὸς προφήτης, συμβουλεύων ἡμῖν, λέγει· « Μὴ πορευθῇς ἐν ὁδῷ μετ' αὐτῶν· ἔκκλινον (61) τὸν πόδα σου ἐκ τῶν τριβῶν αὐτῶν. Οὐ γὰρ ἀδίκως ἐκτείνεται δίκτυα πτερωτοῖς· αὐτοὶ γὰρ αἱμάτων μετέχοντες, θησαυρίζουσιν ἑαυτοῖς κακά· » τουτέστι, τῆς ἀκαθαρσίας ἀντιποιούμενοι, καὶ τοὺς πλησίον τὰ ὅμοια ἐκδιδάσκοντες, « πολεμισταί, πλῆκται ταῖς οὐραῖς αὐτῶν, » κατὰ τὸν προφήτην (62), ἃς κέρκους Ἕλληνες καλοῦσιν. Εἶεν δ' ἂν, οὓς αἰνίσσεται ἡ προφητεία, καταφερεῖς, ἀκρατεῖς, οἱ ταῖς οὐραῖς αὐτῶν πολεμισταί, σκότους καὶ « ὀργῆς τέκνα · » μιαιφόνοι, αὐτῶν (63) τε αὐθένται, καὶ τῶν πλησίον ἀνδροφόνοι. « Ἐκκαθάρατε τὴν παλαιὰν ζύμην, ἵνα ἦτε νέον φύραμα, » ὁ Ἀπόστολος ἡμῖν ἐμβοᾷ. Καὶ πάλιν, ἀσχάλλων ἐπὶ τοιούτοις τισὶ, διατάττεται, « Μὴ συναναμίγνυσθαι, ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ἢ πόρνος (64), ἢ πλεονέκτης, ἢ εἰδωλολάτρης, ἢ λοίδορος, ἢ μέθυσος, ἢ ἅρπαξ, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν. Ἐγὼ γὰρ διὰ νόμου νόμῳ ἀπέθανον, » λέγει · « ἵνα Θεῷ ζήσω. Χριστῷ συνεσταύρωμαι, ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, » ὡς ἔξω κατὰ τὰς ἐπιθυμίας· « ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός » διὰ τῆς τῶν ἐντολῶν ὑπακοῆς ἁγνῶς καὶ μακαρίως. Ὥστε τότε μὲν ἔξων ἐν σαρκὶ σαρκικῶς· « ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκὶ, ἐν πίστει ζῶ τῇ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. » — « Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε· » τῆς ἐναντίας πολιτείας ἀποτρέπων ἡμᾶς, ὁ Κύριος λέγει· ἐπεὶ « ἡ καταστροφὴ ἀνδρῶν παρανόμων κακή· καὶ αὗταί εἰσιν αἱ ὁδοὶ (65) πάντων τῶν συντελούντων τὰ ἄνομα. » — « Οὐαὶ (66) τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, » φησὶν ὁ Κύριος· « καλὸν ἦν αὐτῷ εἰ μὴ ἐγεννήθη, ἢ ἵνα τῶν ἐκλεκτῶν μου σκανδαλίσαι· χρεῖττον ἦν αὐτῷ περιτεθῆναι μύλον, καὶ καταποντισθῆναι εἰς θάλασσαν, ἢ ἵνα τῶν ἐκλεκτῶν μου διαστρέψαι (67). » « Τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ Θεοῦ βλασφημεῖται δι' αὐτούς (68). »

etiam castitas; ambo autem agant gratias in iis, in quibus sunt collocati, si modo ea quoque norunt, in quibus sunt collocati. Alii autem effrenati se petulanter et insolenter gesserunt, revera « effecti equi in feminas insanientes, et ad proximorum suorum uxores hinnientes [a]; » ut qui et ipsi continere non possint, et proximis suis persuadeant ut dent operam voluptati; infeliciter illas audientes Scripturas: « Quæ tibi obtigit, partem pone nobiscum, crumenam autem unam possideamus communem, et unum fiat nobis marsupium [b]. » Propter eos idem propheta dicit, nobis consulens: « Ne ambulaveris in via cum ipsis, declina pedem tuum a semitis eorum. Non enim injuste tenduntur retia pennatis. Ipsi enim, cum sint sanguinum participes, thesauros malorum sibi recondunt [c]; » hoc est, sibi affectantes immunditiam, et proximos simĭia docentes, bellatores, percussores caudis suis [d], ut ait propheta, quas quidem Græci κέρκους appellant. Fuerint autem ii, quos significat prophetia, libidinosi, intemperantes, qui sunt caudis suis pugnaces, tenebrarum « iræque filii [e], » cæde polluti, manus sibi afferentes, et homicidæ propinquorum. « Expurgate ergo vetus fermentum, ut sitis nova conspersio [f], » nobis exclamat Apostolus. Et rursus, propter quosdam ejusmodi homines indignans, præcipit, « Ne conversari quidem, si quis frater nominetur vel fornicator, vel avarus, vel idololatra, vel maledicus, vel ebriosus, vel raptor; cum eo, qui est talis, ne una quidem comedere. Ego enim per legem legi mortuus sum, » inquit; « ut Deo vivam, cum Christo sum crucifixus; vivo autem non amplius ego, » ut vivebam per cupiditates; « vivit autem in me Christus, » caste ✠ et beate per obedientiam præceptorum. Quare tunc quidem in carne vivebam carnaliter; « quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filii Dei [g]. » — « In viam gentium ne abieritis, et ne ingrediamini in urbem Samaritanorum [h], » a contraria vitæ institutione nos dehortans dicit Dominus; quoniam « Iniquorum virorum mala est conversatio; et hæ sunt viæ omnium, qui ea, quæ sunt iniqua, effi-

✠ P. 561 ED. POTTER, 472 ED. PARIS.
[a] Jerem. v, 8. [b] Prov. I, 14. [c] Ibid. 15, 16, 17. Apoc. IX, 10. [d] Ephes. II, 3. [e] I Cor. V, 7. [f] Galat. II, 19, 20. [g] Matth. X, 5.

(61) *Ἔκκλινον.* Ἔκκλινον δέ, Proverb., ubi mox, αὐτοὶ γὰρ οἱ φόνου μετέχοντες θησ.

(62) *Προφήτην.* Apocalypseos auctorem designat; alludit siquidem ad Apoc. IX, 10. LOWTH.

(63) *Αὐτῶν.* Sic scribendum pro Vulg. αὐτῶν.

(64) *Ὀνομ. ἢ π. Ὀνομ. ἢ π.* I Cor. VII.

(65) *Καὶ αὗταί εἰσιν αἱ ὁδοί.* Αὗται αἱ ὁδοὶ εἰσι, Proverb.

(66) *Οὐαί.* Christi de Juda proditore verba applicat ad eos omnes, qui electis scandala objiciunt. Porro hæc sumpsisse videtur e Clementis Romani priore ad Corinthios Epistola, cap. XLVI: Εἶπε γάρ· Οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ· καλὸν ἦν αὐτῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη, ἢ ἵνα τῶν ἐκλεκτῶν μου σκανδαλίσαι· χρεῖττον ἦν αὐτῷ περιτεθῆναι μύλον, καὶ καταποντισθῆναι εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ ἵνα τῶν μικρῶν μου σκανδαλίσαι· « Dixit enim: Væ homini illi: bonum erat ei si natus non fuisset, quam ut unum ex electis meis scandalizaret; melius erat, ut ei mola circumponeretur, et in mare demergeretur, quam ut unum de pusillis meis scandalizaret. » Ubi hæc adnotat Cotelerius: « Quod antiquis non insolens fuit, multa testimonia in unum conjungit: nempe Matth. XXVI, 24; Luc. XVII, 2; Matth. XVIII, 6, et Marc. IX, 42. Ac in Marco, aut in Luca, aut in utroque reperisse videtur περιτεθῇ pro hodierno περίκειται· sicque in Luca exhibet codex Evangeliorum ms. qui est Bibliothecæ Regiæ 2247. Vulgata, « imponatur. » Verbo etiam περιτεθῆναι utitur Theophylactus eum evangelistam enarrans, nec non Origenes ad Matthæi cap. XVIII. Et vero eadem divinorum Eloquiorum compages struitur a Clemente Alexandrino ad finem centonis 3, ubi cognominis sui Romani verba mutuatur; etc. »

(67) *Ἵνα τῶν ἐκλεκτῶν μου διαστρέψαι.* Clemens Rom., Ἵνα τῶν μικρῶν μου σκανδαλίσαι. Deinde addit, τὸ σχίσμα ὑμῶν πολλοὺς διέστρεψεν, « schisma vestrum multos pervertit. » Unde Alexandrinus noster διαστρέψαι sumpsisse videtur.

(68) *Αὐτούς.* Ὑμᾶς, Rom. II, 24.

ciunt [a].» — « Væ homini illi, » inquit Dominus; « bonum esset ei, si non natus esset, quam ut unum ex electis meis scandalizaret [b]. Melius esset, ut ei mola circumponeretur, et in mari demergeretur, quam ut unum ex meis perverteret [c]. Nomen enim Dei blasphematur propter ipsos [d]. » Unde præclare Apostolus: «Scripsi,» inquit, «vobis in epistola, non conversari cum fornicatoribus [e], » usque ad illud: « Corpus autem non fornicationi, sed Domino, et Dominus corpori [f]. » Et quod matrimonium non dicat **203** fornicationem, ostendit eo, quod subjungit: « An nescitis, quod qui adhæret meretrici, unum est corpus [g]? » An meretricem quis dicet virginem, priusquam nubat? « Et ne fraudetis, » inquit, « vos invicem, nisi ex consensu ad tempus [h]:» per dictionem, « fraudetis, » ostendens matrimonii debitum esse liberorum procreationem: quod quidem in iis, quæ præcedunt, ostendit, dicens: « Mulieri vir debitum reddat; similiter autem mulier quoque viro [i]; » post quam exsolutionem, in domo custodienda, et in ea quæ est in Christo fide, adjutrix est. Et adhuc apertius, dicens: « Iis, qui sunt juncti matrimonio, præcipio, inquit, non ego, sed Dominus, uxorem a viro non separari; sin autem separata fuerit, maneat innupta, vel viro reconcilietur; et virum uxorem non dimittere. Reliquis autem dico ego, non Dominus: Si quis frater [k], » usque ad illud: « Nunc autem sancta est [l]. » Quid autem ad hæc dicunt, qui in legem invehuntur, et in matrimonium, quasi sit solum a lege concessum, non autem etiam in Novo Testamento? Quid ad has leges latas possunt dicere, qui sationem abhorrent et generationem? cum « episcopum » quoque, « qui domui recte præsit [m], » Ecclesiæ ducem constituat; ✠ domum autem Dominicam « unius mulieris » constituat conjugium. « Omnia » ergo dicit esse « munda mundis; pollutis autem et infidelibus nihil est mundum, sed polluta est eorum et mens, et conscientia [n]. » De ea autem voluptate, quæ est præter regulam: « Ne erretis, » inquit; « nec fornicatores, nec idololatræ, nec adulteri, nec molles, nec masculorum concubitores, neque avari, neque fures, neque ebriosi, neque maledici, nec raptores, regnum Dei possidebunt; et nos quidem abluti sumus [o], » qui in his eramus; qui autem in hanc tingunt intemperantiam, ex temperantia in fornica-

Ὅθεν γενναίως ὁ Ἀπόστολος, « Ἔγραψα ὑμῖν, » φησίν, « ἐν τῇ ἐπιστολῇ, μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις, » ἕως « Τὸ δὲ σῶμα, οὐ τῇ πορνείᾳ, ἀλλὰ τῷ Κυρίῳ, καὶ ὁ Κύριος τῷ σώματι. » Καὶ ὅτι οὐ τὸν γάμου πορνείαν λέγει, ἐπιφέρει· « Ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ ἓν σῶμά ἐστιν; » Ἢ πόρνην τις ἐρεῖ τὴν παρθένον, πρὶν ἢ γῆμαι; « Καὶ μὴ ἀποστερεῖτε, » φησὶν, « ἀλλήλους, εἰ μὴ ἐκ (69) συμφώνου πρὸς καιρόν· » διὰ τῆς « ἀποστερεῖτε » λέξεως τὸ ὀφείλημα τοῦ γάμου τὴν παιδοποιίαν ἐμφαίνων· ὅπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐδήλωσεν, εἰπών· « Τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλὴν (70) ἀποδιδότω· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί· » μεθ' ἣν ἔκτισιν κατὰ τὴν οἰκουρίαν καὶ τὴν ἐν Χριστῷ πίστιν βοηθός. Καὶ ἔτι σαφέστερον εἰπών· « Τοῖς γεγαμηκόσι παραγγέλλω, οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ὁ Κύριος, γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι· ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῇ, μενέτω ἄγαμος, ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω· καὶ ἄνδρα γυναῖκα μὴ ἀφιέναι. Τοῖς δὲ λοιποῖς λέγω ἐγὼ (71), οὐχ ὁ Κύριος· Εἴ τις ἀδελφὸς, » ἕως· « νῦν δὲ ἁγία (72) ἐστί. » Τί δὲ λέγουσι πρὸς ταῦτα οἱ τοῦ νόμου κατατρέχοντες καὶ τοῦ γάμου, ὡς κατὰ νόμον συγκεχωρημένου, μονονουχὶ δὲ καὶ (73) κατὰ τὴν Διαθήκην τὴν Καινήν; Τί πρὸς ταύτας εἰπεῖν ἔχουσι τὰς νομοθεσίας οἱ τὴν σπορὰν καὶ τὴν γένεσιν μυσαττόμενοι; Ἐπεὶ καὶ τὸν « ἐπίσκοπον (74) τοῦ οἴκου καλῶς προϊστάμενον » νομοθετεῖ τῆς Ἐκκλησίας ἀφηγεῖσθαι· οἶκον δὲ Κυριακὸν (75) μιᾶς γυναικὸς συνίστησι συζυγία. « Πάντα οὖν καθαρὰ τοῖς καθαροῖς » λέγει· « τοῖς δὲ μεμιασμένοις καὶ ἀπίστοις οὐδὲν καθαρὸν, ἀλλὰ μεμίανται αὐτῶν καὶ ὁ νοῦς καὶ ἡ συνείδησις. » Ἐπὶ δὲ τῆς παρὰ τὸν κανόνα ἡδονῆς· « Μὴ πλανᾶσθε, » φησίν· « οὔτε πόρνοι, οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὔτε πλεονέκται, οὔτε κλέπται, οὐ μέθυσοι (76), οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν· καὶ ἡμεῖς μὲν ἀπελουσάμεθα, » οἱ ἐν τούτοις γενόμενοι· οἱ δὲ εἰς ταύτην ἀπολούοντες τὴν ἀσέλγειαν ἐκ σωφροσύνης εἰς πορνείαν βαπτίζουσι, ταῖς ἡδοναῖς καὶ τοῖς πάθεσι χαρίζεσθαι δογματίζοντες, ἀκρατεῖς ἐκ σωφρόνων εἶναι διδάσκοντες, καὶ τὴν ἐλπίδα τὴν σφῶν ταῖς τῶν μορίων ἀναισχυντίαις προσανέχοντες· ἀποκηρύκτους εἶναι τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' οὐκ ἐγγράφους, τοὺς φοιτητὰς παρασκευάζοντες· ψευδωνύμου γνώσεως προσηγορίᾳ, τὴν εἰς τὸ ἐξώτερον σκότος ὁδοιπορίαν ἐπανῃρημένοι. « Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοὶ, ὅσα ἀληθῆ (77), ὅσα σεμνὰ, ὅσα δίκαια,

✠ P. 562 ED. POTTER, 475 ED. PARIS. [a] Prov. I, 18, 19. [b] Matth. XXVI, 24. [c] Matth. XVIII, 6, seqq. [d] Rom. II, 24. [e] I Cor. V, 11. [f] I Cor. VI, 13. [g] Ibid. 16. [h] I Cor. VII, 5. [i] Ibid. 3. [k] Ibid. 10, 11, 12. [l] Ibid. 14. [m] I Tim. III, 2, 4; Tit. I, 6. [n] Tit. I, 15. [o] I Cor. VI, 9, 10, 11.

(69) *Εἰ μὴ ἐκ.* Εἰ μή τι ἂν ἐκ, I Cor. VII.

(70) *Ὀφειλήν.* Ὀφειλομένην εὔνοιαν, Ibid.

(71) *Λέγω ἐγώ.* Ἐγὼ λέγω, Ibid.

(72) *Ἁγία.* Scribendum ἅγια in plur. numero, ex I Cor. VII, 14, ubi ad præcedens τέκνα refertur.

(73) *Ὡς κατὰ νόμον συγκεχωρημένου, μονονουχὶ δὲ κ.* Scribendum, ὡς κατὰ νόμον συγκεχωρημένου μόνον, οὐχὶ δὲ καὶ κατὰ τὴν Διαθήκην τὴν καινήν; Quod Latine versum est.

(74) *Ἐπίσκ.* Cf. sup. p. 459 et 464 edit. Paris.

(75) *Οἶκον . . . Κυριακόν.* Sic templa, seu ecclesiæ, Christianorum appellari solebant: verumtamen, ut Balsamonis verbis ad can. 71 concilii in Trullo habiti utar: Πᾶς τόπος Κυρίῳ ἀνατεθειμένος Κυριακὸς λέγεται, κἂν μὴ ἐκκλησία ἐστίν· « Omnis locus Domino consecratus Dominicus dicitur, etiamsi non sit ecclesia: » ac proinde domus cujusvis Christiani, præcipue vero clerici, atque imprimis episcopi, οἶκος Κυριακός, « domus Dominica, » merito vocabitur.

(76) *Οὔτε πλ. . . . μέθυσοι.* Οὔτε κλέπται, οὔτε πλεονέκται, οὔτε μέθυσοι, I Cor. VI, ubi mox, . . . . οὐ κληρονομήσουσιν· καὶ ταῦτά τινες ἦτε· ἀλλὰ ἀπελούσασθε, etc.

(77) *Ὅσα ἀλ.* Ὅσα ἐστὶν ἀλ. Philip. IV, ubi mox, ἃ καὶ ἐμάθετε, καὶ παρελάβετε καὶ ἠκ. καὶ εἴδετε

ὅσα ἁγνὰ, ὅσα προσφιλῆ, ὅσα εὔφημα· εἴ τις ἀρετὴ, εἴ τις ἔπαινος, ταῦτα λογίζεσθε, ὅσα καὶ ἐμάθετε· ἃ καὶ παρελάβετε καὶ ἠκούσατε καὶ εἴδετε ἐν ἐμοὶ, ταῦτα πράσσετε· καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν. » Καὶ ὁ Πέτρος ἐν τῇ Ἐπιστολῇ τὰ ὅμοια λέγει· « Ὥστε τὴν πίστιν ὑμῶν καὶ ἐλπίδα εἶναι εἰς Θεόν· τὰς ψυχὰς ὑμῶν ἡγνικότες ἐν τῇ ὑπακοῇ τῆς ἀληθείας· ὡς τέκνα ὑπακοῆς, μὴ συσχηματιζόμενοι ταῖς πρότερον ἐν τῇ ἀγνοίᾳ ὑμῶν ἐπιθυμίαις· ἀλλὰ κατὰ τὸν καλέσαντα ὑμᾶς ἅγιον καὶ αὐτοὶ ἅγιοι ἐν πάσῃ ἀναστροφῇ γενήθητε· διότι γέγραπται· Ἅγιοι ἔσεσθε (78), διότι ἐγὼ ἅγιος. » Ἀλλὰ γὰρ πέρα τοῦ δέοντος ἡ πρὸς τοὺς ψευδωνύμους τῆς γνώσεως ὑποκριτὰς ἀναγκαία λεγομένη ἀντιλογία εἰς μακρὸν ἀπήγαγεν ἡμᾶς, καὶ ἐξέτεινε τὸν λόγον· ὅθεν καὶ ὁ τρίτος ἡμῖν τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν γνωστικῶν ὑπομνημάτων Στρωματεὺς τοῦτο ἔχει τὸ πέρας.

A tionem baptizant, voluptatibus et affectibus esse indulgendum decernentes, incontinentes ex moderatis fieri docentes, et in spe sua membrorum suorum impudentiæ affixi; ut a regno Dei abdicentur, non autem ut inscribantur, qui ad eos ventitant, efficientes; sub falso nominatæ cognitionis titulo, eam, quæ ad exteriores ducit tenebras, viam ingredientes. « Quod reliquum est, fratres, quæcunque vera, quæcunque honesta, quæcunque justa, quæcunque casta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ; si qua virtus, et si qua laus, ea considerate; quæ et didicistis; quæ etiam accepistis et audiistis et vidistis in me, ea facite; et Deus pacis erit vobiscum [a]. » Et Petrus similia dicit in Epistola: « Ut fides vestra et spes sit in Deum, cum animas vestras castas effecerit is in obedientia veritatis [b]; quasi filii obedientiæ, non configurati prioribus desideriis, quæ fuerunt in ignorantia; sed secundum eum, qui vocavit vos, sanctum, et ipsi sancti sitis in omni conversatione. Quoniam scriptum est: « Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum [c]. » Verumtamen quæ adversus eos, qui cognitionem falso nomine simulant, necessario suscepta est a nobis disputatio, nos longius, quam par sit, abduxit, et orationem effecit prolixiorem. Unde tertius quoque liber Stromateus eorum, quæ sunt de vera philosophia, commentariorum, hunc finem habeat.

B

[a] Phil. IV, 8, 9. [b] I Petr. I, 21, 22. [c] Ibid. 14, 15, 16.

(78) Ἅγιοι ἔσ. I Petr. I, 16: Ἅγιοι γένεσθε, ὅτι ἐγὼ ἅγιός εἰμι.

# ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ
# ΤΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ
## ΣΤΡΩΜΑΤΕΩΝ
## ΤΩΝ ΕΙΣ ΟΚΤΩ ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

—

# CLEMENTIS ALEXANDRINI
## STROMATUM
## LIBER QUARTUS.

—

### CAPUT PRIMUM.

*Ordo dicendorum.*

Ἀκόλουθον δ' ἂν, οἶμαι, περί τε μαρτυρίου διαλαβεῖν, καὶ τίς ὁ τέλειος· οἷς ἐμπεριληφθήσεται κατὰ τὴν ἀπαίτησιν τῶν λεχθησομένων τὰ παρεπόμενα, καὶ ὡς ὁμοίως τε φιλοσοφητέον δούλῳ τε καὶ ἐλευθέρῳ, κἂν ἀνὴρ ᾖ γυνὴ τὸ γένος τυγχάνῃ· τά τε ἐξῆς, περὶ

C Consequens autem deinceps esse existimo, ut de martyrio tractemus, et quisnam sit perfectus. Una autem cum his comprehendentur quæcunque natura dicendorum exigit; ut etiam quod æque sit philosophandum et servo et libero, sive sit vir sexu sive

lemina. Et cum quæ deinceps sequuntur, et de fide et de inquisitione, absolverimus, genus symbolicum adducemus; ut cum orationem, quæ ad mores pertinet, cursim concluserimus, summatim ostendamus, quanta utilitas allata sit Græcis a barbara philosophia. Quam quidem postquam oculis subjecero, et adversus Græcos et adversus Judæos tradetur compendiosa Scripturarum expositio, et quæcunque in libris' præcedentibus, quæ quidem in proœmii ingressu uno commentario statuissemus absolvere, sed propter rerum multitudinem, cui necessario serviendum fuit, non licuit comprehendere. Post hæc a nobis, quoad fieri potest, rerum propositarum impleta declaratione, quæ de naturalibus principiis et a Græcis et ab aliis barbaris, prout ad nos pervenerunt opiniones, tradita sunt, oportet recensere; et adversus præcipua eorum, quæ sunt excogitata a philosophis, argumentari. Quibus fuerit consequens, ut postquam theologiam cursim percurrerimus, ea, quæ de prophetia tradita sunt, tractemus; ut cum etiam Scripturas, quibus credidimus, validas ac ratas esse omnipotenti auctoritate ostenderimus, serie possimus per ipsas progredi, et hinc omnibus hæresibus unum Deum ostendere, et Dominum **204** omnipotentem, qui per legem et prophetas et beatum etiam Evangelium fuit sincere prædicatus. Multa autem sequuntur nobis dicenda adversus eos, qui sunt diversæ opinionis, conantibus ea in scriptis dissolvere, quæ ab ipsis afferuntur, et vel invitis persuadere, per ipsas convincendo Scripturas. Perfecto itaque nobis universo proposito, cum jam commentarios, quales voluerit Spiritus, ad usum instantem ministraverimus (quædam enim ante veritatem omnino præfari necesse est), tunc vere gnosticam naturæ aggrediemur contemplationem, parvis ante magna initiati mysteria, ut vere divinæ sacrorum interpretationi nihil sit impedimento, prius expurgatis atque informatis iis, quæ oportet ante sciri et tradi. Ac naturæ quidem secundum veritatis regulam disciplina, seu inspectio potius, quæ per gnosticam traditionem acquiritur, facto ab ortu mundi initio, inde ad rerum divinarum contemplationem ascendit. Unde eorum, quæ tradentur, principium a creatione, quæ a prophetis descripta est, ducemus, intermiscentes nonnunquam quæ ab iis, qui diversa sentiunt, dicuntur, et, quoad a nobis fieri poterit, dissolventes. Sed hæc quidem mox scribentur, si Deus velit, et quemadmodum ille inspiraverit: nunc autem aggrediendum est id, quod fuit propositum, et absolvenda ea, quæ ad mores pertinet, oratio.

τε πίστεως (79) καὶ περὶ τοῦ ζητεῖν, προσαποπληρώσαντες, τὸ συμβολικὸν εἶδος (80) παραθησόμεθα· ἵν', ὡς ἐν ἐπιδρομῇ τὸν ἠθικὸν συμπερανάμενοι λόγον, κεφαλαιωδῶς παραστήσωμεν τὴν εἰς Ἕλληνας ἐκ τῆς βαρβάρου φιλοσοφίας διαδοθεῖσαν ὠφέλειαν. Μεθ' ἣν ὑποτύπωσιν ἥ τε πρὸς τοὺς Ἕλληνας καὶ ἡ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους κατ' ἐπιτομὴν τῶν Γραφῶν ἔκθεσις παραδοθήσεται, καὶ ὅσα ἐν τοῖς πρὸ τούτου Στρωματεῦσι κατὰ τὴν τοῦ προοιμίου εἰσβολὴν ἐν ἑνὶ προθεμένους (81) τελειώσειν ὑπομνήματι, τῷ πλήθει τῶν πραγμάτων ἀναγκαίως δουλεύσασι, περιλαβεῖν οὐκ ἐξεγένετο. Ἐπὶ τούτοις ὕστερον, πληρωθείσης ὡς ἐνι μάλιστα τῆς κατὰ τὰ προκείμενα ἡμῖν ὑποτυπώσεως, τὰ περὶ ἀρχῶν φυσιολογηθέντα τοῖς τε Ἕλλησι τοῖς τε ἄλλοις βαρβάροις, ὅσον ἦκον εἰς ἡμᾶς αἱ δόξαι, ἐξιστορητέον, καὶ πρὸς τὰ κυριώτατα τῶν τοῖς φιλοσόφοις ἐπινενοημένων ἐγχειρητέον. Οἷς ἑπόμενον ἂν εἴη, μετὰ τὴν ἐπιδρομὴν τῆς θεολογίας, τὰ περὶ προφητείας παραδεδομένα διαλαβεῖν (82)· ὡς καὶ τὰς Γραφάς, αἷς πεπιστεύκαμεν, κυρίας οὔσας ἐξ αὐθεντίας παντοκρατορικῆς ἐπιδείξαντας, προϊέναι δι' αὐτῶν εἱρμῷ δύνασθαι, καὶ ἁπάσαις ἐντεῦθεν ταῖς αἱρέσεσιν, ἕνα δεικνύναι Θεὸν, καὶ Κύριον παντοκράτορα, τὸν διὰ νόμου καὶ προφητῶν, πρὸς δὲ καὶ τοῦ μακαρίου Εὐαγγελίου γνησίως κεκηρυγμένον. Πολλαὶ δὲ ἡμᾶς αἱ πρὸς τοὺς ἑτεροδόξους ἀντιῤῥήσεις ἐκδέχονται, πειρωμένους τά τε ὑπ' αὐτῶν προκομιζόμενα ἐγγράφως διαλύεσθαι, πείθειν τε αὐτοὺς καὶ ἄκοντας, δι' αὐτῶν ἐλέγχοντας τῶν Γραφῶν. Τελειωθείσης τοίνυν τῆς προθέσεως ἡμῖν ἁπάσης, ἐν οἷς ἐὰν θελήσῃ τὸ Πνεῦμα ὑπομνήμασι πρὸς τὴν κατεπείγουσαν ἐξυπηρετούμενοι χρείαν (πολλὴ γὰρ ἡ τῶν προλεγομένων ὀφείλεσθαι τῆς ἀληθείας (83) ἀνάγκη), τότε δὴ τὴν τῷ ὄντι γνωστικὴν φυσιολογίαν μέτειμεν (84), τὰ μικρὰ πρὸ τῶν μεγάλων (85) μυηθέντες μυστηρίων, ὡς μηδὲν ἐμποδὼν τῇ θείᾳ ὄντως ἱεροφαντίᾳ γίνεσθαι, προκεκαθαρμένων καὶ προδιατετυπωμένων τῶν προϊστορηθῆναι καὶ προπαραδοθῆναι δεόντων. Ἡ γοῦν κατὰ τὸν τῆς ἀληθείας κανόνα γνωστικῆς παραδόσεως φυσιολογία, μᾶλλον δὲ ἐποπτεία, ἐκ τοῦ περὶ κοσμογονίας ἤρτηται λόγου, ἐνθένδε ἀναβαίνουσα ἐπὶ τὸ θεολογικὸν εἶδος. Ὅθεν εἰκότως τὴν ἀρχὴν τῆς παραδόσεως, ἀπὸ τῆς προφητευθείσης ποιησόμεθα γενέσεως, ἐν μέρει καὶ τὰ τῶν ἑτεροδόξων παρατιθέμενοι, καὶ ὡς οἷόν τε ἡμῖν διαλύεσθαι πειρώμενοι. Ἀλλὰ γὰρ τὸ μὲν γεγράφεται, ἦν Θεός γε ἐθέλῃ, καὶ ὅπως ἂν ἐμπνέῃ· νυνὶ δὲ ἐπὶ τὸ προκείμενον μετιτέον, καὶ τὸν ἠθικὸν ἀποπληρωτέον λόγον.

☞ P. 563-564 ED. POTTER, 474-475 ED. PARIS.

(79) *Περὶ τε πίστεως.* Conf. p. 497, 500, 521 et 525, 527, edit. Paris. GRABIUS.

(80) *Τὸ συμβολικὸν εἶδος.* Lib. v. GRAB.

(81) *Προθεμένους.* Accus. προθεμένους (sc. ἡμᾶς) regitur a verbo infinit. περιλαβεῖν. Ubi etiam nota, medium et extremum cujusque Στρωματέως non semper propositioni, seu proœmio respondere. SYLB.

(82) *Τὰ περὶ προφητείας π. δ.* An hinc Ἐκλογαὶ ἐκ τῶν προφητικῶν; GRABIUS.

(83) *Τῶν προλεγομένων ὀφείλεσθαι τῆς ἀλ.* Procul dubio legendum, τῶν προλέγεσθαι ὀφειλομένων τῆς ἀληθείας, « eorum, quæ ante veritatem dici debent, » ut interpres quoque vertit: « quædam enim ante veritatem omnino præfari necesse est. » SYLBURG.

(84) *Μέτειμεν.* Conf. *Index Græcus.*

(85) *Τὰ μικρὰ πρὸ τῶν μ.* Conf. *Strom.* I, pag. 277, et *Strom.* VI, p. 582, edit. Paris. et adnotata.

## CAPUT II.

### *Cur libri isti Stromateis dicantur.*

Ἔστω δὲ ὑμῖν (86) τὰ Ὑπομνήματα, ὡς πολλάκις εἴπομεν, διὰ τοὺς ἀναλῶν ἀπείρως ἐντυγχάνοντας, ποικίλα, ὡς αὐτό που τοὔνομά φησι, « διεστρωμένα, » ἀπ' ἄλλου εἰς ἄλλο συνεχὲς μετιόντα, ἕτερον μέν τι κατὰ τὸν εἰρμὸν τῶν λόγων μηνύοντα, ἐνδεικνύμενα δὲ ἄλλο τι· « Χρυσὸν γὰρ οἱ διζήμενοι, » φησὶν Ἡράκλειτος, « γῆν πολλὴν ὀρύσσουσι, καὶ εὑρίσκουσιν ὀλίγον· » οἱ δὲ τοῦ χρυσοῦ ὄντως γένους τὸ συγγενὲς μεταλλεύοντες εὑρήσουσι τὸ πολὺ ἐν ὀλίγῳ· εὑρήσει γὰρ τὸν συνήσοντα ἕνα ἡ γραφή (87). Συλλαμβάνουσι μὲν οὖν πρός τε ἀνάμνησιν, πρός τε ἔμφασιν ἀληθείας τῷ οὕτω τε ζητεῖν μετὰ λόγου οἱ τῶν ὑπομνημάτων Στρωματεῖς. Δεῖ δὲ καὶ ὑμᾶς τούτοις προσκοπεῖν καὶ προσεφευρίσκειν ἕτερα· ἐπεὶ καὶ τοῖς ὁδὸν ἀπιοῦσιν, ἣν οὐκ ἴσασιν, ἀρκεῖ τὴν φέρουσαν ὑποσημῆναι μόνον· βαδιστέον δὲ τὸ μετὰ τοῦτο ἤδη, καὶ τὴν λοιπὴν ἑαυτοῖς ἐξευρητέον. Ὥσπερ, φασί, καὶ δούλῳ τινὶ χρωμένῳ ποτὲ, τί ἂν ποιῶν τὸν δεσπότην ἀρέσαιτο, ἀνειπεῖν τὴν Πυθίαν· « Εὑρήσεις, ἐὰν ζητήσῃς. » Χαλεπὸν οὖν τῷ ὄντι, ὡς ἔοικεν, λανθάνον καλὸν ἐξευρεῖν· ἐπεὶ « τῆς ἀρετῆς (88) ἱδρῶς πρόκειται·

*.. .. Μακρὸς δὲ καὶ ἔρθιος εἶμος ἐς αὐτὴν,*
*Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,*
*Ῥηϊδίη δὴ ἔπειτα πέλει, χαλεπὴ περ ἐοῦσα. »*

« Στενὴ (89) » γὰρ τῷ ὄντι καὶ « τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς » Κυρίου· καὶ « βιαστῶν (90) ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. » Ὅθεν· « Ζήτει, φησὶ, καὶ εὑρήσεις, » τῆς βασιλικῆς ὄντως ἐχόμενος ὁδοῦ, καὶ μὴ παρεκτρέχων. Εἰκότως οὖν πολὺ τὸ γόνιμον ἐν ὀλίγῳ σπερμάτων ἐμπεριεχομένων τῇδε τῇ πραγματείᾳ δογμάτων, ὥσπερ (91) « τὸ παμβότανον τοῦ ἀγροῦ, » φησὶν ἡ Γραφή. Ἢ καὶ τὴν ἐπιγραφὴν κυρίαν ἔχουσιν οἱ τῶν ὑπομνημάτων Στρωματεῖς, ἀτεχνῶς κατὰ τὴν παλαιὰν ἐκείνην ἀπηνθισμένην προσφοράν, περὶ ἧς ὁ Σοφοκλῆς γράφει·

*Ἦν μὲν γὰρ οἷός μαλλὸς, ἦν δὲ κἀμπέλων*

Sint ✠ autem nostri, ut sæpe diximus, commentarii, propter eos, qui temere ac imperite ad eos legendos sunt accessuri, varia et diversi generis materia, ut ipsum nomen indicat, contexti, ab uno ad aliud subinde transeuntes, et per sermonis quidem seriem aliud profitentes, aliud vero exhibentes. « Qui enim aurum (inquit Heraclitus) quærunt, multum terræ fodiunt, et parum inveniunt; » qui autem, cum sint vere aurei generis, quod cognatum est, scrutantur, multum in pauco invenient; inveniet enim scriptura unum, qui sit eam intellecturus. Juvant ergo et ad revocandum in memoriam, et ad veritatem aperte declarandam, cum, qui valet quærere cum ratione, Stromata commentariorum. Oportet autem vos quoque allaborare, et his alia adinvenire, quoniam iis, qui via ignota proficiscuntur, sufficit rectam solummodo indicasse; postea autem est ingrediendum et reliquum viæ illis inveniendum. Quemadmodum dicunt, servo aliquando sciscitanti, quidnam agendo placiturus esset domino, respondisse Pythiam: « Invenies, si quæsieris. » Et est quidem revera, ut videtur, difficile, pulchrum latens invenire, quoniam « sudor ante virtutem est positus:

*Via longa est atque acclivis ad ipsam;*
*Ardua namque prius: sed cum ad fastigia ventum,*
*Fit facilis, quæ difficilis valde ante clueret. »*

Est enim revera « arcta (et) angusta via (Domini, et) regnum Dei (est) violentorum. » Unde: « Quære (inquit) et invenies [a], » si teneas viam vere regiam, et non alio deflectas. Est ergo in exiguo quidem spatio multa genitalis copia seminum eorum dogmatum, quæ comprehenduntur in hoc opere, quod simile est « agro omnibus herbis pleno [b], » ut ait Scriptura. Unde etiam propriam habent inscriptionem Stromata commentariorum, similem plane illi veteri undique decerptæ oblationi, de qua scribit Sophocles:

*Ovisque vellus, vitiumque illic erat.*

✠ P. 565 ED. POTTER, 476 ED. PARIS. [a] Matth. VII, 14; XI, 12; VII, 7. [b] Job. V, 25.

(86) Ἔστω δὲ ὑμῖν. Aptius, ut puto, ἔστω δ' ἡμῖν, « erunt autem nobis; » inquit Sylburg. Idem Herveto etiam visum est.

(87) Ἕρα ἡ γραφή. Dicit, hoc suum scriptum saltem unum aliquem inventurum esse, qui id intellecturus sit. Fatetur enim se paucorum solummodo gratia scribere, atque adeo per operis sui formam ac rationem arcere τοὺς ἀπείρως ἐντυγχάνοντας. Simile est, quod dissimilem ob causam dicit Persius, principio sat. I:

M. *Quis legat hæc?* P. *Mi n' tu istud ais?* M. *Nemo hercule.* P. *Nemo?*
M. *Vel duo, vel nemo.*

(88) Τῆς ἀρετῆς. Ex Hesiodi Ἔργ. α', v. 287:

*Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν.*
*Ante virtutem vero sudorem dii posuerunt.*

Ibidem mox ἐπ' αὐτ. pro ἐς αὐτ. exstat: et ἵκηαι, « perveneris, » pro ἵκηται. Hinc Cebeti in *Tab.* via ad virtutem primo est δυσάνοδος, τραχεῖα, πετρώδης· « accessu difficilis, aspera, saxosa, » etc, dein vero, superato fastigio, ὁδός ἐστι καλή τε καὶ ὁμαλὴ, καὶ εὐπόρευτος, καὶ καθαρὰ παντὸς κακοῦ· « via est pulchra, et plana, et facilis, et omni malo libera. »

(89) Στενή. Diversa Scripturæ loca in unum conjungit. Sunt enim hæc sumpta ex Matth. VII, 14: Στενὴ ἡ πύλη καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν. Matth. XI, 12: Ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. Matth. VII, 7: Ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε.

(90) Βιαστῶν. Conf. *Strom.* V, pag. 553; *Strom.* VI, pag. 689 edit. Paris., lib. Τίς ὁ σωζόμενος πλ. p. 57 edit. Oxon.

(91) Ὥσπερ. Job. V, 25: Γνώσῃ δὲ ὅτι πολὺ τὸ σπέρμα σου, τὰ δὲ τέκνα σου ἔσται ὥσπερ τὸ παμβότανον τοῦ ἀγροῦ.

φησι, «βραχύ τι παρ' ἀγγέλους·» οὐ γὰρ ἐπὶ τοῦ Κυρίου ἐχδέχονται τὴν γραφήν, καίτοι κἀκεῖνος σάρκα ἔφερεν, ἐπὶ δὲ τοῦ τελείου καὶ γνωστικοῦ, τῷ χρόνῳ καὶ τῷ ἐνδύματι (2) ἐλαττουμένου παρὰ τοὺς ἀγγέλους. Οὔκουν ἄλλο (3) τι σοφίαν παρὰ τὴν ἐπιστήμην λέγω· ἐπεὶ μὴ διαφέρει ζωὴ ζωῆς· κοινὸν γὰρ τῇ φύσει τῇ θνητῇ, τουτέστι τῷ ἀνθρώπῳ, πρὸς τὸ ἀθανασίας κατηξιωμένον, τὸ ζῆν, ἕξιν (4) θεωρίας τε καὶ ἐγκρατείας, θατέρου διαφέροντος· ᾗ μοι δοκεῖ καὶ Πυθαγόρας σοφὸν μὲν εἶναι τὸν Θεὸν λέγων μόνον (ἐπεὶ (5) καὶ ὁ Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολῇ γράφει· « Εἰς ὑπακοὴν πίστεως εἰς πάντα τὰ ἔθνη γνωρισθέντες (6) μόνῳ σοφῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ),» ἑαυτὸν δὲ, διὰ φιλίαν τὴν πρὸς τὸν Θεὸν, φιλόσοφον. «Διελέγετο γοῦν Μωϋσεῖ,» φησὶν (7), «ὁ Θεὸς ὡς φίλος φίλῳ.» Τὸ μὲν οὖν ἀληθὲς τῷ Θεῷ σαφὲς αὐτίκα τὴν ἀλήθειαν γεννᾷ· ὁ γνωστικὸς δὲ ἀληθείας ἐρᾷ. «Ἴθι,» φησὶ, «πρὸς τὸν μύρμηκα, ὦ ὀκνηρὲ, καὶ μελίττης γενοῦ μαθητὴς (8),» ὁ Σολομὼν λέγει· εἰ γὰρ ἑκάστου τῆς οἰκείας φύσεως ἔργον ἐν, καὶ βοὸς ὁμοίως, καὶ ἵππου, καὶ κυνὸς, τί ἂν φήσαιμεν τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἔργον τὸ οἰκεῖον; Ἔοικεν δ', οἶμαι, κενταύρῳ, Θετταλικῷ (9) πλάσματι, ἐκ λογικοῦ καὶ ἀλόγου συγκείμενος, ψυχῆς καὶ σώματος. Ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα γῆν τε ἐργάζεται, καὶ σπεύδει εἰς γῆν· τέτακται δὲ ἡ ψυχὴ πρὸς τὸν Θεόν· ᾗ γε διὰ φιλοσοφίας τῆς ἀληθοῦς παιδευομένη, πρὸς τοὺς ἄνω σπεύδει συγγενεῖς, ἀποστραφεῖσα τῶν τοῦ σώματος ἐπιθυμιῶν, πρός τε ταύταις πόνου τε καὶ φόβου· καίτοι πρὸς ἀγαθοῦ καὶ τὴν ὑπομονὴν καὶ τὸν

sunt homine sapientiores? « Minuisti eum (inquit) paulo minus ab angelis [a]. » De Domino enim non accipiunt hanc scripturam, quamquam ille quoque carnem ferebat; sed de quovis homine perfecto et gnostico, qui et tempore ✠ et indumento minor factus est angelis. Sapientiam ergo nihil aliud dico quam scientiam, quoniam vita non differt a vita. Naturæ enim mortali, hoc est, homini, cum eo, quod dignum habitum est immortalitate, commune est vivere, secundum habitum contemplationis et continentiæ, cum sit alterum præstantius. Quo respectu mihi quidem certe videtur Pythagoras solum Deum sapientem esse dicere (nam Apostolus quoque scribit in Epistola ad Romanos: « Ad **205** obedientiam fidei in cunctis gentibus, cogniti soli sapienti Deo per Jesum Christum [b]), » propter eam autem, quæ illi cum Deo intercedebat, amicitiam, vocabat se philosophum. « Loquebatur » itaque « Deus cum Moyse,» inquit, «ut amicus cum amico [c]. » Itaque verum, quod Deo est manifestum, generat veritatem; gnosticus autem amat veritatem. «Vade,» inquit, «ad formicam, o piger, et apis efficere discipulus [d], » ait Salomon. Si enim uniuscujusque propriæ naturæ unum est munus, et bovis similiter, et equi, et canis, quod am dicemus esse proprium munus hominis? Videtur equidem, ut opinor, esse similis centauro, figmento Thessalico, compositus ex parte rationis participe et experte rationis, anima et corpore. Sed corpus quidem et circa terram operando

✠ P. 567 ED. POTTER, 477-478 ED. PARIS. [a] Psal. VIII, 6. [b] Rom. XVI, 26, 27. [c] Exod. XXXIII, 11. [d] Prov. VI, 6, 8.

(2) *Τῷ χρόνῳ καὶ τῷ ἐνδύματι.* Scilicet *χρόνῳ*, « tempore, » quia mortalis et post angelos creatus; *ἐνδύματι*, quia carne vestitus. Nam *ἔνδυμα* corpus vocat. Simili sensu voce *ἐνδύσασθαι* utitur Apostolus II Cor. v, 2, 3: Ἐν τούτῳ στενάζομεν, τὸ οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἐπενδύσασθαι ἐπιποθοῦντες· εἴ γε καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα.

(3) *Οὔκουν ἄλ.* Quomodo dicit, sapientiam non differre a scientia, cum scientiam creaturis, sapientiam soli Deo tribuat, explicari haud potest; ut nec ea, quæ sequuntur, si Herveti versionem sequamur. Proinde scribendum οὐχοῦν, igitur, pro negativ. οὔκουν: et quæ sequuntur, hoc modo intelligenda sunt: « Proinde dicendum est, sapientiam a scientia differre: quippe vita non differt a vita; id enim est naturæ mortali, nempe homini, commune cum eo, qui immortalitate dignatus est, ut uterque vivat: cum interea habitu contemplationis et temperantiæ alter alteri præstet. Qua etiam ratione solum Deum sapientem mihi videtur dixisse Pythagoras, etc. »

(4) *Ἕξιν.* Cum ἕξιν subaudienda videtur præpositio κατά, vel participium ἔχοντα, aut simile quid. SYLBURG.

(5) *Ἐκεῖ ... Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Sensus est, « Pythagoram solum Deum vocasse sapientem (quemadmodum etiam Apostolus), se autem propter illam, quæ sibi cum Deo intercedebat, amicitiam, philosophum, seu « amatorem sapientiæ, » hoc est Dei. » Quintilianus *Institut. Orat.* lib. XII, cap. 1: « Nam et Pythagoras, non sapientem se, ut qui ante eum fuerunt, sed studiosum sapientiæ vocari voluit. » Clementis nostri sententiæ adhuc propria sunt, quæ refert Diogenes Laertius, proœmii ad *Vitas philosophorum*, seg. 12: «Φιλοσοφίαν» δὲ πρῶτος ὠνόμασε Πυθαγόρας, καὶ ἑαυτὸν «φιλόσοφον,» ἐν Σικυῶνι διαλεγόμενος Λέοντι τῷ Σικυωνίων τυράννῳ, ἢ Φλιασίων, καθά φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῇ *Περὶ τῆς ἄτου*· Μηδένα γὰρ εἶναι σοφὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἢ θεόν. Θᾶττον δὲ ἐκαλεῖτο σοφία, ἡ νῦν «φιλοσοφία·» καὶ «σοφὸς» ὁ ταύτην ἐπαγγελλόμενος, ὃς εἴη ἂν κατὰ ἀκρότητα ψυχῆς ἀπηκριβωμένος· «φιλόσοφος» δὲ ὁ σοφίαν ἀσπαζόμενος. «Ceterum «philosophiam» primus Pythagoras appellavit, seque «philosophum,» cum Sicyone sermonem haberet cum Leonte Sicyoniorum tyranno, sive Phliasiorum, ut ait Heraclides Ponticus in libro quem inscripsit *De femina* [*septem diebus*] *exanimi*: Nullum enim hominum, sed solum Deum esse sapientem. Antea enim «sapientia» dicta, quæ nunc «philosophia;» et qui hanc profitebatur, «sapiens,» quicunque ad summam animi perspicacitatem pervenisset: «philosophus» autem qui sapientiam amplecteretur. »

(6) *Γνωρισθέντες.* Quædam Biblia post hanc vocem interpungunt. A. SYLBURG.

(7) *Φησὶν.* Nempe S. Scriptura, e qua exemplum profert hominis qui cum Deo, ut de se referre solebat Pythagoras, familiariter et amicorum more congressus est. Sic enim dicitur Exod. XXXIII, 11: Καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν, ἐνώπιος ἐνωπίῳ, ὡς εἴτις λαλήσαι πρὸς τὸν ἑαυτοῦ φίλον. Conf. Num. XII, 8: Deut. XXXIV, 10.

(8) *Καὶ μελίττης γενοῦ μαθητής.* Prov. VI, 8: Πορεύθητι πρὸς τὴν μέλισσαν, καὶ μάθε ὡς ἐργάτις ἐστί. etc.

(9) *Θετταλικῷ π.* Centauri Thessaliam incoluisse feruntur.

versatur, et tendit ad terram; anima autem ad Deum extollitur; quæ quidem per veram erudita philosophiam, contendit ad suos, qui supra sunt, cognatos, liberata corporis cupiditatibus, et præterea labore et metu; quanquam ad bonum pertinere et tolerantiam et metum ostendimus. Si enim « per legem est agnitio peccati [a], » ut dicunt qui legem insectantur, et « usque ad legem peccatum fuit in mundo [b]: » sed « sine lege mortuum est peccatum [c], » nos eis contra occinamus. Si enim timoris causam peccatum abstuleris, abstulisti etiam timorem; multo autem magis supplicium, cum id abfuerit, a quo oriri solet concupiscentia. « Justo enim, » Scriptura ✠ inquit, « lex non est posita [d]. » Pulchre ergo Heraclitus: « Justitiæ, inquit, nomen non novissent, si hæc non essent. » Socrates autem dicit: « Legem non fuisse factam propter bonos. » Sed neque hoc cognoverunt accusatores, quod dicit Apostolus, quod « Qui propinquum suum diligit, malum non operatur. » Illud enim: « Non occides, non mœchaberis, non furtum facies; et si quod sit aliud præceptum, in hoc solo sermone in unam veluti summam redigitur. Diliges proximum tuum sicut teipsum [e]. » Hac utique ratione, « Diliges, inquit, Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et diliges proximum tuum sicut teipsum. » Quod si qui « proximum diligit, malum non agit: et omne præceptum in hoc veluti in compendium redigitur, » nempe « in diligendo proximum [f], » præcepta, quæ metum injiciunt, dilectionem pariunt, non odium: vitium ergo non est lex, eo quod timorem procreet. « Quare lex est sancta, » et revera « spiritalis [g], » ex sententia Apostoli. Oportet autem, ut est consentaneum, cum et corporis naturam, et animæ essentiam diligenter inquisierimus, utriusque finem deprehendere, nec mortem malum esse putare. « Quando enim servi eratis peccati, » inquit Apostolus, « liberi fuistis justitiæ. Quem ergo fructum tunc habuistis ex iis, propter quæ nunc erubescitis? finis enim illorum est mors. Nunc autem liberati a peccato, Deo autem servi effecti, habetis fructum vestrum in sanctificationem; finem autem, vitam æternam. Stipendium enim peccati mors est; gratia autem Dei, vita æterna in Christo Jesu Domino nostro [h]. » Res itaque eo videtur esse deducta, ut ostensum sit, mortem quidem esse eam animæ cum corpore conjunctionem, quæ est dedita peccato; vitam autem a peccato separationem. Multi autem nos impediunt valli et fossæ cupiditatis, iræque et excandescentiæ

φόβον ἐδείξαμεν. Εἰ γὰρ « διὰ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας, » ὡς οἱ κατατρέχοντες τοῦ νόμου φασὶ, καὶ « ἄχρι νόμου ἁμαρτία ἦν ἐν κόσμῳ· » ἀλλὰ « χωρὶς νόμου ἁμαρτία νεκρά, » ἀντάδομεν (10) αὐτοῖς· ὅταν γὰρ ἀφέλῃς τὸ αἴτιον τοῦ φόβου τὴν ἁμαρτίαν, ἀφεῖλες τὸν φόβον· πολὺ δὲ ἔτι (11) κόλασιν, ὅταν ἀπῇ τὸ πεφυκὸς ἐπιθυμεῖν. « Δικαίῳ γὰρ οὐ κεῖται νόμος, » ἡ Γραφή φησιν. Καλῶς οὖν Ἡράκλειτος, « Δίκης ὄνομα, φησὶν, οὐκ ἂν ἤδεσαν (12), εἰ ταῦτα μὴ ἦν· » Σωκράτης δὲ, « νόμον ἕνεκα ἀγαθῶν οὐκ ἂν γενέσθαι. » Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἔγνωσαν οἱ κατήγοροι, ὡς ὁ Ἀπόστολός φησιν, ὅτι, « Ὁ ἀγαπῶν (13) τὸν πλησίον, κακὸν οὐκ ἐργάζεται· » τὸ γὰρ, « Οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ κλέψεις, καὶ εἴ τις ἑτέρα ἐντολὴ, ἐν τούτῳ μόνῳ ἀνακεφαλαιοῦται τῷ λόγῳ, τῷ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. » Ταύτῃ που, « Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου, φησὶν, ἐξ ὅλης καρδίας (14) σου· καὶ ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. » Εἰ δὴ « ὁ τὸν πλησίον ἀγαπῶν κακὸν οὐκ ἐργάζεται, » καὶ « πᾶσα ἐντολὴ ἐν τούτῳ ἀνακεφαλαιοῦται, τῷ, ἀγαπᾷν τὸν πλησίον, » αἱ τὸν φόβον ἐπαρτῶσαι ἐντολαὶ ἀγάπην, οὐ μῖσος κατασκευάζουσι· οὐκουν πάθος τοῦ (15) φόβου γεννητικὸς ὁ νόμος. « Ὥστε ὁ νόμος ἅγιος » καὶ τῷ ὄντι « πνευματικός ἐστι, » κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Δεῖ δὴ, ὡς ἔοικε, τήν γε τοῦ σώματος φύσιν, καὶ τῆς ψυχῆς οὐσίαν πολυπραγμονήσαντας, τὸ ἑκατέρου τέλος καταλαβέσθαι, καὶ μὴ τὸν θάνατον ἡγεῖσθαι κακόν. « Ὅτε γὰρ δοῦλοι ἦτε τῆς ἁμαρτίας, » φησὶν ὁ Ἀπόστολος, « ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ. Τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε, ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε; τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων θάνατος· νῦν (16) δὲ, ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, δουλωθέντες δὲ τῷ Θεῷ, ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν εἰς ἁγιασμὸν, τὸ δὲ τέλος ζωὴν αἰώνιον· τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας, θάνατος· τὸ δὲ χάρισμα τοῦ Θεοῦ, ζωὴ αἰώνιος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. » Κινδυνεύει τοίνυν δεδεῖχθαι θάνατος μὲν εἶναι ἡ ἐν σώματι κοινωνία τῆς ψυχῆς, ἁμαρτητικῆς οὔσης, ζωὴ δὲ ὁ χωρισμὸς τῆς ἁμαρτίας. Πολλοὶ δὲ οἱ ἐν ποσὶ χάρακες καὶ τάφροι τῆς ἐπιθυμίας, τά τε ὀργῆς καὶ θυμοῦ βάραθρα, ἃ διαπηδᾷν ἀνάγκη, καὶ πᾶσαν ἀποφεύγειν τὴν τῶν ἐπιβουλῶν ἀνασκευὴν, τὸν μηκέτι « δι' ἐσόπτρου (17) » τὴν γνῶσιν τοῦ Θεοῦ κατοπτόμενον·

✠ P. 568 ED. POTTER, 478-479 ED. PARIS. [a] Rom. III, 20. [b] Rom. V, 13. [c] Rom. VII, 6. [d] I Tim. I, 9. [e] Rom. XIII, 8, 10, 9. [f] Luc. X, 27. Matth. XXII, 37, 39. [g] Rom. VII, 12, 14. [h] Rom. VI, 20, 21, 22, 23.

(10) *Ἀντάδομεν*. A. mavult ἀντάδωμεν. SYLBURG.

(11) *Πολὺ δὲ ἔτι*. Subaudiendum μᾶλλον, aut legendum πρὸς δ' ἔτι. SYLB.

(12) *Ἤδεσαν*, H. ἔδεισαν, metuerent. SYLB.

(13) *Ὁ ἀγαπ.* Rom. XIII, 8: Ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον, νόμον πεπλήρωκε. V. 10. Ἡ ἀγάπη τῷ πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται. V. 9. Οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις, οὐκ ἐπιθυμήσεις, καὶ εἴ τις ἑτέρα ἐντολὴ, ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται, ἐν τῷ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν.

(14) *Ὅλης καρ.* Ὅλης τῆς καρ. Evangel.

(15) *Πάθος*. Hoc supervacuum est, nisi aut πάθους τοῦ φόβου γεννητικός legamus, aut πάθος τοῦ φόβου γεννητικόν. SYLB.

(16) *Νῦν*. Nunc, Rom.

(17) *Δι' ἐσόπτρου*. Respicit I Cor. XIII, 12: Βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον.

voragines, quas transilire necesse, et omnem insidiarum effugere molitionem, eum, qui non amplius « per speculum [a] » Dei cognitionem percipere volet:

Ἥμισυ (18) γάρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται εὐρύοπα Ζεὺς
Ἀνέρος, εὖτ' ἂρ μιν κατὰ δούλιον ἦμαρ ἕλῃσι.

*Altitonans viro virtutis Jupiter aufert*
*Dimidium, quem alii misere servire necesse est.*

« Δούλους (19) » δὲ τοὺς ὑπὸ ἁμαρτίαν » καὶ « ταῖς ἁμαρτίαις πεπραμένους, » τοὺς φιληδόνους καὶ φιλοσωμάτους, οἱόν ἡ Γραφή· καὶ θηρία μᾶλλον ἢ ἀνθρώπους, τοὺς « παρομοιωθέντας τοῖς κτήνεσι (20), θηλυμανεῖς ἵππους, ἐπὶ τὰς τῶν πλησίον χρεμετίζοντας. »—« Ὄνος ὑβριστής » ὁ ἀκόλαστος· « λύκος ἅγριος, » ὁ πλεονεκτικός (21), καὶ « ὄφις » ὁ ἀπατεών. Ὁ τοίνυν τοῦ σώματος ἀπὸ τῆς ψυχῆς χωρισμός, ὁ παρ' ὅλον τὸν βίον μελετώμενος, τῷ φιλοσόφῳ προθυμίαν (22) κατασκευάζει γνωστικήν, εὐκόλως δύνασθαι φέρειν τὸν τῆς φύσεως θάνατον, διάλυσιν ὄντα τῶν πρὸς τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς δεσμῶν. « Ἐμοὶ γὰρ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ, » λέγει· βιῶ δὲ ἤδη, ἐν σαρκὶ ὤν, ὡς « ἐν οὐρανῷ πολιτευόμενος. »

« Servos » autem eos, qui sunt « sub peccato, » et qui « peccatis sunt venundati [b], » qui voluptati et libidini sunt dediti, et tenentur amore corporis, vocare solet Scriptura; et bestias potius quam homines, eos, qui sunt « assimilati jumentis, equos in feminas insanientes, ad proximorum uxores hinnientes [c]. » Est « asinus libidinosus, » is, qui est impudicus: « agrestis lupus, » avarus: et « serpens, » is, qui est impostor. Corporis ergo ab anima separatio, quam toto vitæ tempore meditatur philosophus, gnosticam quamdam parit animi alacritatem, ut possit facile ferre mortem naturæ, quæ est solutio vinculorum animæ a corpore. « Mihi enim crucifixus est mundus, et ego mundo [d], » inquit: vivo autem jam, cum sim in carne, ut si « in cœlo versarer [e]. »

## CAPUT IV.

### *Martyri laudes.*

Ὅθεν εἰκότως καλούμενος ὁ γνωστικὸς ὑπακούει ῥᾳδίως, καὶ τῷ τὸ σωμάτιον (23) αἰτοῦντι φέρων προσδίδωσι, καὶ τὰ πάθη προαποδυόμενος τοῦ σαρκίου ταῦτα, οὐχ ὑβρίζων τὸν πειράζοντα, παιδεύων δέ, οἶμαι, καὶ ἐλέγχων,

Ἐξ οἵης τιμῆς, κἀκ οἵου μήκεος ἆλτο,

ὡς φησὶν Ἐμπεδοκλῆς, ὧδε λιπὼν (24) μετὰ θνητῶν ἀναστρέφεται. Οὗτος ὡς ἀληθῶς μαρτυρεῖ (25), αὐτῷ (26) μὲν τὸ εἶναι πιστῷ γνησίῳ πρὸς τὸν Θεόν, τῷ πειράζοντι δὲ μάτην ἐζηλωκέναι τὸν δι' ἀγάπης

Unde merito, qui gnosticus vocatur, facile obtemperat, et ei, qui corporeum quid petit, donat offerens; et hujus caruncuiæ affectus prius exuens, tentatorem non afficit quidem contumelia, sed, ut opinor, castigat et arguit,

*Ex quantis opibus, quam magno et lapsus honore,*

ut ait Empedocles, hic deinceps versetur cum mortalibus. Is certe fert testimonium sibi quidem, quod sit in Deum sincere fidelis: tentatori autem, quod frustra sit æmulatione percitus in eum, qui

[a] P. 569 ED. POTTER. [b] I Cor. VIII, 12. [b] Rom. VI, 17, 20; III, 9; VII, 14. [c] Psal. XLVIII, 13, 21; Jerem. V, 8, etc. [d] Galat. VI, 14. [e] Philip. II, 20.

(18) Ἥμισυ. Homer. *Odyss.* P, vers. 322.

(19) Δούλους. Diversa S. Scripturæ loca, pro more suo, in unum conjungit; nam D. Paulus peccatores appellat δούλους ἁμαρτίας, Rom. VI, 17, 20, et esse dicit ὑπὸ ἁμαρτίαν, Rom. III, 9; denique se vocat σαρκικὸν, πεπραμένον ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, Rom. VII, 14.

(20) Τοῖς κτήνεσι. Alia S. Scripturæ loca in unum conferre pergit: nempe Psal. XLVIII, 12, 20: Ἄνθρωπος, ἐν τιμῇ ὤν, οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. Jerem. V, 8: Ἵπποι θηλυμανεῖς ἐγενήθησαν· ἕκαστος ἐπὶ τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἐχρεμέτιζον. Job XI, 12 ubi ὄνος ἐρημίτης: Job XXIV, 5, ubi ὄνοις ἐν ἀγρῷ assimilantur stulti et improbi homines. Gen. XLIX, 27, ubi Benjamin dicitur λύκος ἅρπαξ· vel potius Ezech. XXII, 27, ubi de Judæ principibus hæc dicit propheta: Οἱ ἄρχοντες αὐτῆς ἐν μέσῳ αὐτῆς ὡς λύκοι ἁρπάζοντες ἁρπάγματα, τοῦ ἐκχέαι αἷμα, ὅπως πλεονεξίᾳ πλεονεκτῶσι. Gen. XLIX, 17, ubi Dan dicitur ὄφις ἐφ' ὁδοῦ, ἐγκαθήμενος ἐπὶ τρίβου, vel alia loca, in quibus diabolus ὄφις vocatur.

(90) *Ἄναρχος, ἀρχὴ τῶν ὅλων.* Tatianus p. 17 edit. Oxon. : Θεὸς μόνος ἀναρχος ὤν, καὶ αὐτὸς ὑπάρχων τῶν ὅλων ἀρχή. « Deus solus sine principio exsistens, et ipse universorum exsistens principium. » Conf. D. Bulli *Defensionis fidei Nicænæ* sect. 3, cap. 6.

(91) *Ὑψίστου ἀγνοῦ πατρός.* Forte rectius, ὑψίστου υἱὸς Πατρός· aut poetice, ὑψίστου γόνος Πατρός. Sylburg.

καὶ κακίζοντες τὸ σῶμα· οὐ συνορῶντες τὴν κατασκευὴν τοῦ ἀνθρώπου ὀρθὴν πρὸς τὴν οὐρανοῦ θέαν (92) γενομένην, καὶ τὴν τῶν αἰσθήσεων ὀργανοποιΐαν πρὸς γνῶσιν συντείνουσαν, τά τε μέλη καὶ μέρη πρὸς τὸ καλὸν, οὐ πρὸς ἡδονὴν εὔθετα. Ὅθεν ἐπιδεκτικὸν γίνεται τῆς τιμιωτάτης τῷ Θεῷ ψυχῆς· τὸ οἰκητήριον τοῦτο· καὶ Πνεύματος ἁγίου κατὰ τὸν τῆς ψυχῆς τε καὶ σώματος ἁγιασμὸν καταξιοῦται, τῷ τοῦ Σωτῆρος καταρτισμῷ τελειούμενον. Καὶ δὴ ἡ ἀντακολουθία τῶν τριῶν ἀρετῶν περὶ τὸν ἄνθρωπον εὑρίσκεται τὸν γνωστικὸν, ἠθικῶς τε καὶ φυσικῶς, καὶ λογικῶς περὶ τὸ Θεῖον πραγματευόμενον. Σοφία (93) μὲν γάρ, ἐπιστήμη τῶν θείων καὶ τῶν ἀνθρωπίνων· δικαιοσύνη δὲ συμφωνία (94) τῶν τῆς ψυχῆς μερῶν· ὁσιότης δὲ θεραπεία τοῦ Θεοῦ. Εἰ δέ τις διαβάλλεσθαι τὴν σάρκα καὶ δι' αὐτῆς τὴν γένεσιν φάσκοι, παραθεὶς Ἡσαΐαν λέγοντα· « Πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου· ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσεν· τὸ δὲ ῥῆμα Κυρίου (95) μένει εἰς τὸν αἰῶνα· » ἀκουσάτω ἑρμηνεύοντος τὸ ζητούμενον διὰ Ἱερεμίου τοῦ Πνεύματος· « Καὶ διέσπειρα αὐτοὺς ὡς φρύγανα πετώμενα ὑπὸ ἀνέμου εἰς ἔρημον· οὗτος ὁ κλῆρος καὶ μερὶς τοῦ ἀπειθεῖν ὑμᾶς, λέγει Κύριος. Ὡς ἐπιλάθου μου, καὶ ἤλπισας ἐπὶ ψεύδεσι· κἀγὼ ἀποκαλύψω τὰ ὀπίσω σου ἐπὶ πρόσωπόν σου· καὶ ὀφθήσεται ἡ ἀτιμία σου, μοιχεία σου, καὶ χρεμετισμός σου, » καὶ τὰ ἑξῆς. Τοῦτο γὰρ « τὸ ἄνθος (96) τοῦ χόρτου, » καὶ « τὸ κατὰ σάρκα περιπατεῖν, » καὶ « σαρκικοὺς εἶναι » κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ἐν ἁμαρτίαις ὄντας. Κρεῖττον μὲν τοῦ ἀνθρώπου ὁμολόγηται ἡ ψυχὴ, ἧττον δὲ τὸ σῶμα· ἀλλ' οὔτε ἀγαθὸν ἡ ψυχὴ φύσει, οὔτι αὖ κακὸν φύσει τὸ σῶμα· οὐδὲ μὴν, ὃ μή ἐστιν ἀγαθὸν, τοῦτο εὐθέως κακόν. Εἰσὶ γὰρ οἶν καὶ μεσότητές τινες καὶ προηγμένα, καὶ ἀποπροηγμένα (97) ἐν τοῖς μέσοις. Ἐχρῆν δὴ

tur, et corpus vituperant, non considerantes corporis constitutionem rectam factam esse ad cœlum contemplandum; et organa sensuum sic effecta esse, ut tendant ad cognitionem, et membra et partes apte esse compositas ad honestum, non ad voluptatem. Unde suscipit hoc habitaculum animam Deo pretiosissimam, et Spiritu sancto dignum censetur per animæ et corporis sanctificationem, ut quod perfectione Servatoris perficiatur. Quinetiam mutua trium virtutum consequentia invenitur in homine gnostico, qui moraliter, naturaliter et logice circa Deum versatur. Sapientia enim est scientia rerum divinarum et humanarum. Justitia autem est concentus partium animæ. Sanctitas autem est Dei cultus. Si quis autem dicat se infamare carnem, et propter ipsam generationem, adducens Isaiam dicentem: « Omnis caro fenum, et omnis gratia hominis tanquam flos feni. Exsiccatum est fenum, et flos ✠ cecidit, verbum autem Domini manet in æternum a: » audiat Spiritum per Jeremiam interpretantem id, quod quæritur: « Et dispersi ipsos, tanquam paleas, quæ a vento agitatæ volant in solitudinem. Hæc est sors et pars vestræ incredulitatis, dicit Dominus. Sicut oblitus es mei, et sperasti in falsis; ego quoque revelabo posteriora tua super faciem tuam, et videbitur ignominia tua, adulterium tuum, et hinnitus tuus b, » et quæ deinceps consequuntur. Hic est enim « flos feni c, et secundum carnem ambulare d, et carnales esse e » ex Apostoli sententia, eos, qui sunt in peccatis. Præstantiorem quidem hominis partem esse animam, est extra controversiam, corpus autem deteriorem. Sed neque anima bonum est natura, neque rursus malum natura corpus. Neque vero quod non est bonum hoc est protinus malum; sunt enim quædam, quæ medium locum obtinent, et in mediis sunt

✠ P. 639 ED. POTTER. 540-541 ED. PARIS.

a Isa. xl, 6, 8. b Jer. xiii, 24, 25, 26, 27. c Jac. i, 10; I Pet. i, 24. d II Cor. x, 2. e I Cor. iii, 3.

(92) *Ὀρθὴν πρὸς τὴν οὐρανοῦ θ.* Ovidius *Metamorph.* lib. i:

*Pronaque cum spectent animalia cætera terras,*
*Os homini sublime dedit, cœlumque tueri.*

(93) *Σοφία.* Hæc sapientiæ definitio superius tradita est *Pædagog.* lib. ii, cap. 2, p. 181, ubi conf. not. 5.

(94) *Δικαιοσύνη δὲ συμφ.* Platonici interdum duas animæ partes statuunt, τὸ λογικὸν, et τὸ ἄλογον, interdum tres, τὸ λογιστικὸν, θυμικὸν, et ἐπιθυμητικόν· ut referunt Aristoteles *De anima* lib. iii, c. 9, Plutarchus, aliique. Unde, secundum Platonem, singulæ virtutes certarum animæ partium perfectiones sunt; justitia vero totius animæ perfectio est; qua scilicet fit, ut reliquæ partes inter se concordent, et cum tota anima universæ, unaquæque quod suum est agente, nec alienum munus occupante; imperante nimirum ratione, reliquis vero ei parentibus. Erat igitur Platoni δικαιοσύνη δύναμίς τις, καθ' ἣν ὁμολογεῖ καὶ συμφωνεῖ πρὸς ἄλληλα τὰ τρία μέρη τῆς ψυχῆς, καὶ ἕκαστον πρὸς τῷ οἰκείῳ γίνεται, καὶ ἐπιβάλλοντι κατ' ἀξίαν. Quinetiam Stoici in octo partes animam dividebant. Laertius lib. vii, seg. 157: Μέρη δὲ ψυχῆς λέγουσιν ὀκτὼ, τὰς πέντε αἰσθήσεις, καὶ τοὺς ἐν ἡμῖν σπερματικοὺς λόγους, καὶ τὸ φωνητικὸν, καὶ τὸ λογιστικόν. Quod Varro Latine sic exprimit lib. viii *De lingua Latina*: « Quid ergo, cum omnes animæ hominum sint divisæ in octonas partes, inter se non proportione similes? quinque, quibus sentimus: sexta, qua cogitamus; septima, qua progeneramus; octava, qua voces mittimus. » Conf. Plutarchus *De placitis philosoph.* lib. iv, cap. 4.

(95) *Κυρίου.* Isa. τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Mox apud Jerem. φρύγανα φερόμενα· dein, οὗτος ὁ κλῆρός σου καὶ μερὶς τοῦ ἀπειθεῖν ὑμᾶς ἐμοί. Paulo post, ἐπὶ τὸ πρόσωπ. dein, καὶ ἡ μοιχεία σ.

(96) *Τὸ ἄνθ.* Respicit Jac. i, 10, vel I Pet. i, 24; II Cor. x, 11; I Cor. iii, 3.

(97) *Προηγμένα καὶ ἀποπροηγμένα.* Ex Stoicorum mente hæc dicit. Nam illi, ut in *Zenone* refert Diogenes Laertius lib. vii, seg. 105: Τῶν ἀδιαφόρων τὰ μὲν λέγουσι προηγμένα, τὰ δὲ ἀποπροηγμένα· προηγμένα μὲν τὰ ἔχοντα ἀξίαν, ἀποπροηγμένα δὲ τὰ ἀναξίαν ἔχοντα. « Porro indifferentium alia quidem præposita vocant, alia vero rejecta. Præposita quidem quæ habent existimationem: rejecta vero, quæ existimatione carent. » Porro, exempli causa, τὰ προηγμένα ab illis dici refert, « ingenium, sanitatem, gloriam, » et his similia: ἀποπροηγμένα vero, « hebetudinem, imbecillitatem, ignobilitatem, » et alia hujus generis; quæ « bona » quidem, et « mala » non vocant, ea scilicet nomina solis virtutibus ac vitiis tribuentes, sed tantum « præposita » et « re-

« præposita et rejecta. » Oportuit ergo hominem, qui inter sensibilia numeratur, consistere quidem ex diversis, sed non ex contrariis, corpore et anima. Semper ergo bonæ actiones, ut meliores, attribuuntur ei quod est præstantius, nempe spiritui principali; voluptariæ autem et peccantes ei quod est deterius, nempe peccanti spiritui. Jam vero sapientis et gnostici anima, ut quæ in corpore peregrinetur, eo severe et austere utitur, non in ipsum nimiam affectionem ostendens aut indulgentiam; ut quæ sit e vestigio relictura tabernaculum, si excedendi et migrandi tempus eam vocaverit: « Advena, inquit, sum in terra, et peregrina sum ego vobiscum [a]. » Et hinc hospitem mundi electionem Basilides eam dicit accepisse, ut quæ sit natura supramundana. Hoc autem non ita se habet: unius enim Dei sunt omnia; neque erit aliquis natura mundi hospes, cum sit una quidem essentia, unus autem Deus. Sed electus vitam agit tanquam hospes, sciens omnia esse possidenda, et dein rejicienda; quæcunque autem bona triplicia esse volunt Peripatetici, eis utitur; quinetiam corpore, sicut aliquis qui procul peregre proficiscitur, diversoriis et habitaculis, quæ ei in via occurrunt; curam quidem gerens etiam rerum mundanarum et loci, in quo diversatur ✠; habitationem autem et possessionem, sicut etiam usum, relinquens, nulla motus perturbatione; prompto et alacri animo eum sequens, qui e vita abducit, nulla occasione se unquam retro convertens; ob incolatum quidem agens gratias, benedicens autem propter exitum, cœlestem amplectens mansionem. « Scimus enim, quod si terrena nostra habitatio tabernaculi dissoluta fuerit, ædificium a Deo habemus, domum non manufactam æternam in cœlis. Etenim in hoc ingemiscimus, habitaculum nostrum, quod est ex cœlo, superindui cupientes; siquidem etiam induti, non nudi inveniemur. Per fidem enim ambulamus, non per speciem, » ut ait Apostolus [b]. « Magis autem volumus peregrinari a corpore, et apud Deum versari [c]. » **232** Magis autem est in comparatione; comparatio autem est in iis, quæ cadunt in similitudinem; ut fortior fortibus fortior, timidorum autem fortissimus. Unde subjunxit: « Quamobrem contendimus, sive peregrinantes, sive apud eum

A οὖν τὴν σύνθεσιν τοῦ ἀνθρώπου, ἐν αἰσθητοῖς γενομένην, ἐκ διαφόρων συνεστάναι, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἐναντίων, σώματός τε καὶ ψυχῆς. Ἀεὶ τοίνυν αἱ ἀγαθαὶ πράξεις, ὡς ἀμείνους, τῷ κρείττονι τῷ πνεύματι κυρίῳ προσάπτονται· αἱ δὲ φιλήδονοι καὶ ἁμαρτητικαὶ, τῷ ἥττονι τῷ ἁμαρτητικῷ περιτίθενται. Αὐτίκα ἡ τοῦ σοφοῦ τε καὶ γνωστικοῦ ψυχὴ, οἷον ἐπιξενουμένη τῷ σώματι, σεμνῶς αὐτῷ καὶ τιμητικῶς προσφέρεται, οὐ προσπαθῶς, ὅσον οὐδέπω· ἐὰν ὁ καιρὸς τῆς ἀποδημίας καλῇ, ἀπολείπουσα (98) τὸ σκῆνος· « Πάροικος, φησὶν, ἐν τῇ γῇ, καὶ παρεπίδημος ἐγώ εἰμι μεθ' ὑμῶν. » Καὶ ἐντεῦθεν ξένην τὴν ἐκλογὴν τοῦ κόσμου ὁ Βασιλείδης εἰληφέναι λέγει, ὡς ἂν ὑπερκόσμιον φύσει οὖσαν. Τὸ δ' οὐχ οὕτως ἔχει· ἑνὸς γὰρ τὰ πάντα Θεοῦ· καὶ οὐκ ἂν τις εἴη φύσει τοῦ κόσμου ξένος, B μιᾶς μὲν τῆς οὐσίας οὔσης, ἑνὸς δὲ τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' ὁ ἐκλεκτὸς ὡς ξένος πολιτεύεται, κτητά τε καὶ ἀπόκτητα εἰδὼς πάντα· ὅσα δὲ τριττὰ (99) εἶναι ἀγαθὰ οἱ περιπατητικοὶ θέλουσι, χρῆται αὐτοῖς· ἀλλὰ καὶ τῷ σώματι, ὥς τις μακρὰν στελλόμενος ἀποδημίαν πανδοχείοις καὶ ταῖς παρ' ὁδὸν οἰκήσεσιν· ἐπιμελούμενος μὲν καὶ κοσμικῶν, τὸν τόπον (1) ἔνθα καταλύει· ἀπολιπὼν δὲ τὴν οἴκησιν καὶ τὴν κτῆσιν, καθάπερ καὶ τὴν χρῆσιν, ἀπροσπαθῶς, προθύμως τῷ ἀπάγοντι τοῦ βίου συνεπόμενος, οὐδαμῶς ὀπίσω κατ' οὐδεμίαν (2) ἀφορμὴν ἐπιστρεφόμενος· εὐχαριστήσας μὲν ἐπὶ τῇ παροικίᾳ, εὐλογῶν δὲ ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ, τὴν μονὴν ἀσπαζόμενος τὴν ἐν οὐρανῷ. « Οἴδαμεν γὰρ, ὅτι, ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ, οἰκοδομὴν ἐκ Θεοῦ ἔχομεν, οἰκίαν ἀχειροποίητον αἰώνιον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Καὶ γὰρ ἐν τούτῳ στε- C νάζομεν, τὸ οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἐπενδύσασθαι ἐπιποθοῦντες· εἴ γε, καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα· διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους, » ὡς ὁ Ἀπόστολος φησίν. « Εὐδοκοῦμεν δὲ μᾶλλον (3) ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Θεόν. » Ἐν συγκρίσει δὲ τὸ μᾶλλον· ἡ δὲ σύγκρισις ἐπὶ τῶν καθ' ὁμοίωσιν ὑποπιπτόντων· ὡς ὁ ἀνδρειότερος ἀνδρείων ἀνδρειότερος, δειλῶν δὲ ἀνδρειότατος. Ὅθεν ἐπήγαγεν· « Διὸ φιλοτιμούμεθα (4), εἴτε ἐκδημοῦντες, εἴτε ἐνδημοῦντες, » εὐάρεστοι εἶναι αὐτῷ, τῷ ἑνὶ δηλονότι Θεῷ, οὗ τὰ πάντα ἔργον τε καὶ κτίσις, ὅ τε κόσμος καὶ τὰ ὑπερκόσμια. Ἄγαμαι τὸν Ἐπίχαρμον, σαφῶς λέγοντα· « Εὐσεβὴς νῷ (5) πεφυκὼς, οὐ πάθοις γ' οὐδὲν κακὸν D

✠ P. 610 ED. POTTER, 541-542 ED. PARIS.

[a] Gen. xxiii, 4; Psal. xxxviii, 13. [b] II Cor. v, 1, 2, 3, 7. [c] Ibid. 8.

jecta; » ut Ciceronis verbis utar lib. III *De finib.*

(98) Ἀπολείπουσα. In Flor. est etiam altera lectio ἀπολιποῦσα, fut. temp. Sequentia verba Davidis sunt ex Psalm. xxxviii, pauculis mutatis. A. Sylburg. — In unum conjunxit Abrahami verba ad filios Heth, Gen. xxiii, 4: Πάροικος καὶ παρεπίδημος ἐγώ εἰμι μεθ' ὑμῶν· et verba Davidis, Psal. xxxix (al. xxxviii), 12: Πάροικος ἐγώ εἰμι ἐν τῇ γῇ καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου.

(99) Τριττά. Nempe animi, corporis ac fortunæ. Aristoteles *Ethic.* ad Nicomach. lib. I, cap. 8: Νεμεμημένων, τῶν περὶ ἀγαθῶν τριχῇ, καὶ τῶν μὲν ἐκτὸς λεγομένων, τῶν δὲ περὶ ψυχὴν καὶ σῶμα. « Distributis vero bonis trifariam, ut alia dicantur esse extra, alia in animo, alia in corpore, » etc.

(1) Τὸν τόπον. Constructionis regula postulat gen. casu, τῶν τόπων, vel τοῦ τόπου. Sylburg. — Gentianus Hervetus legit τοῦ τόπου, F. Morellius P. R. τῶν τόπων. Collect.

(2) Ὀπίσω κατ' οὐδ. Scilicet in animo servans Christi præceptum, Luc. xvii, 32: Μνημονεύετε τῆς γυναικὸς Λώτ.

(3) Εὐδοκοῦμεν δὲ μᾶλλον. A. mavult, θαῤῥοῦμεν δὲ, καὶ εὐδοκιμοῦμεν μᾶλλον, ex II Cor. v, ubi etiam mox, ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον. Sylb.

(4) Διὸ φ. Vulg. Bibl. II Cor. v: Διὸ καὶ φιλοτιμούμεθα, εἴ τε ἐνδημοῦντες, εἴ τε ἐκδημοῦντες, εὐάρεστοι αὐτῷ εἶναι. A. Sylburg.

(5) Εὐσεβὴς ν. Hos Epicharmi versus II. Grotius in *Excerptis e trag. et com.*, p. 481, hoc modo

κατθανών· ἄνω τὸ πνεῦμα διαμένει κατ' οὐρανόν·» καὶ τὸν μελοποιὸν (6) ᾄδοντα· «Ψυχαὶ δ' ἀσεβῶν ὑπουράνιοι γαίᾳ (7) πωτῶνται ἐν ἄλγεσι φονίοις, ὑπὸ ζεύγλαις ἀφύκτοις κακῶν· εὐσεβῶν δὲ ἐπουράνιοι νάουσι μολπαῖς μάκαρα, μέγαν ἀείδουσ' (8) ἐν ὕμνοις.» Οὔκουν οὐρανόθεν καταπέμπεται δεῦρο ἐπὶ τὰ ἥττω ψυχή· ὁ Θεὸς γὰρ ἐπὶ τὰ ἀμείνω πάντα ἐργάζεται· ἀλλ' ἡ τὸν ἄριστον ἑλομένη βίον ἐκ Θεοῦ καὶ δικαιοσύνης γῆς οὐρανὸν ἀνταλλάσσεται. Εἰκότως οὖν γνώσεως ἐπίβολος ὁ Ἰὼβ γενόμενος· «Νῦν (9) οἶδα,» εἶπεν, «ὅτι πάντα δύνασαι· ἀδυνατεῖ δέ σοι οὐθέν. Τίς γὰρ ἀπαγγέλλει μοι ἃ οὐκ ᾔδειν, μεγάλα καὶ θαυμαστὰ, ἃ οὐκ ἠπιστάμην; Ἐγὼ δὲ ἐφαύλισα ἐμαυτὸν, ἡγησάμενος ἐμαυτὸν εἶναι γῆν καὶ σποδόν.» Ὁ γὰρ ἐν ἀγνοίᾳ ὢν ἁμαρτητικός τε ἐστὶ, «καὶ γῆ καὶ σποδός·» ὁ δ' ἐν γνώσει καθεστὼς, ἐξομοιούμενος Θεῷ εἰς ὅσον δύναται, ἤδη πνευματικὸς, καὶ διὰ τοῦτο ἐκλεκτός. Ὅτι δὲ τοὺς ἀνοήτους καὶ ἀπειθεῖς «γῆν» καλεῖ ἡ Γραφὴ, σαφὲς ποιήσει Ἱερεμίας ὁ προφήτης κατὰ Ἰωακεὶμ καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ λέγων· «Γῆ, γῆ, ἄκουε λόγον Κυρίου· γράψον τὸν ἄνδρα τοῦτον, ἐκκήρυκτον ἄνθρωπον.» Ἄλλος δ' αὖ προφήτης φησίν· «Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, γῆ·» τὴν σύνεσιν, «ἀκοὴν» εἰπὼν, καὶ «οὐρανὸν» τὴν τοῦ γνωστικοῦ ψυχὴν, τὴν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῶν θείων θεῖαν ἐπανῃρημένου, καὶ ταύτῃ Ἰσραηλίτην γεγονέναι (10)· ἔμπαλιν γὰρ αὐτὸν ἑλόμενον τὴν ἀμαθίαν καὶ τὴν σκληροκαρδίαν, γῆν εἴρηκεν· καὶ τὸ «Ἐνωτίζου,» ἀπὸ τῶν ὀργάνων τῆς ἀκοῆς, τῶν ὤτων, προσηγόρευσε, τὰ σαρκικὰ τοῖς προσανέχουσι τοῖς αἰσθητοῖς ἀπονείμας. Οὗτοί εἰσι περὶ ὧν Μιχαίας ὁ προφήτης λέγει· Ἀκούσατε, λαοὶ, λόγον Κυρίου (11), οἱ συνοικοῦντες ὀδύναις.» Καὶ ὁ Ἀβραὰμ, «Μηδαμῶς, εἶπεν, Κύριος ὁ κρίνων τὴν γῆν (12)·» ἐπεὶ ὁ ἀπιστήσας, κατὰ τὴν σωτήριον φωνὴν (13), «ἤδη κέκριται·» γέγραπται δὲ κἀν ταῖς «Βασιλείαις» (14) ἡ κρίσις καὶ ἡ ἀπόφασις τοῦ Κυρίου ὧδε ἔχουσα· Δικαίων εἰσα-

A versantes, ei placere [a], » uni scilicet Deo, cujus omnia sunt opus et creatura, et mundus, et supermundana. Admiror Epicharmum, qui aperte dicit: « Si fueris mente pius, nihil mali patieris mortuus. Superius manet in cœlo spiritus. » Et poetam lyricum canentem: « Impiorum autem animæ sub cœlo volant in cruentis doloribus, sub malorum jugis inevitabilibus; piorum autem in cœlis habitant, cantibus beatorum principem canentes in hymnis. » Non ergo huc de cœlis anima ad ea, quæ sunt deteriora, demittitur: Deus enim refert omnia ad meliora; sed ea, quæ vitam elegit optimam ex Deo et justitia, cœlum terra commutat. Merito ergo Job, qui pervenit ad cognitionem: « Nunc, inquit, scio, quod omnia potes; nihil est autem, B quod tu non possis. Quis enim annuntiat mihi quæ non noveram, magna et admirabilia quæ nesciebam? Ego autem meipsum vilipendi, existimans meipsum esse terram et cinerem [b]. » Nam qui est in ignoratione, est peccato obnoxius, « et terra et cinis; » qui autem ad cognitionem pervenit, Deo quantum potest assimilatus, jam est spiritalis, et ideo electus. Quod autem amentes et inobedientes « terram » vocet Scriptura, planum faciet Jeremias propheta, de Joachim et ejus fratribus dicens: « Terra, terra, audi verbum Domini, scribe virum hunc, hominem abdicatum [c]. » Alius autem rursus propheta dicit [d]: ✠ « Audi, cœlum, et ausculta, terra; » auditum appellans intelligentiam, et « cœlum » animam gnostici, qui cœli et rerum divina- C rum suscepit contemplationem, et ea ratione factus est Israelita. Contra enim eum, qui elegerat inscitiam et cordis duritiem, « terram » dixit. Et illud, « ausculta, » dixit ab auribus, quæ sunt instrumenta auditus, carnalia attribuens iis, qui rebus attendunt sensilibus. Illi sunt, de quibus dicit Michæas propheta: « Audite, populi, verbum

✠ P. 644 ED. POTTER, 542-543. ED. PARIS.

[a] II Cor. v, 8, 9. [b] Job XLII, 2, 3, 6. [c] Jer. XXII, 29, 30. [d] Isa. I, 2.

emendavit ac digessit:

*Εὐσεβὴς τὸν νοῦν πεφυκὼς, οὐ πάθῃς γ' οὐδὲν κακὸν*
*Κατθανών· ἄνω τὸ πνεῦμα διαμένει κατ' οὐρανόν.*

*Si tibi mens sancta fuerit, nil feres moriens mali:*
*Semper in cœlo beatus permanebit spiritus.*

(6) *Μελοποιόν*. Pindaro hæc vindicat Theodoretus lib. 8 *De curat. Græc.*, quæ et inter ejus fragmenta relata sunt. Paulo post, meminit alarum Euripidis, de quibus hæc Plutarchus lib. *An seni gerenda respubl.*: Αἱ δὲ ἐπὶ τοῖς καλοῖς ἔργοις οὐ ταῖς Εὐριπίδου χρυσαῖς πτέρυξιν, ἀλλὰ τοῖς Πλατωνικοῖς ἐκείνοις πτεροῖς ὅμοια τὴν ψυχὴν μέγεθος καὶ φρόνημα μετὰ γήθους λαμβάνουσαν ἀναφέρουσιν. Vide Th. Canterum lib. I, c. 23, *Var. lect.* COLLECT.

(7) *Ὑπουράνιοι γαίᾳ*. H. ms., ὑπ' οὖν τοι γαίᾳ, corrupte. SYLB.

(8) *Μάκαρα, μέγαν ἀείδ.* Μάκαρα vel adverbialiter accipiendum, ut μακάρια, sc. pro μακαρίως· vel, distinctione transposita, legendum, μάκαρα μέγαν, idque substantive pro Θεὸν μέγαν. ID.

(9) *Νῦν*. Abest a Job., ubi mox, ἀδυνατεῖ δέ σοι οὐδέν. Τίς γάρ ἐστιν ὁ κρύπτων σε βουλήν; Φειδόμενος δὲ ῥημάτων, καί σε οἴεται κρύπτειν; Τίς δὲ ἀναγγελεῖ μοι, ἃ οὐκ ᾔδειν, διὸ ἐφαύλισα ἐμαυτὸν, καὶ ἐτάκην· ἥγημαι δὲ ἐμαυτὸν εἶναι γ.

(10) *Καὶ ταύτῃ Ἰσραηλίτην γεγονέναι*. « Et hac ratione Israelitam factum fuisse, subintellecto φησὶν, quod paulo superius positum est.

D (11) *Ἀκούσατε, λαοὶ, λόγον Κ.* Mich. I, 2, et aliis locis dicit: Ἀκούσατε, λαοὶ, λόγους. Integram sententiam, quam recitat Clemens, nec in illo, nec alio quoquam sacro scriptore reperire potui.

(12) *Καὶ ὁ Ἀβραάμ· Μηδαμῶς εἶπεν Κύριος ὁ κρίνων τὴν γῆν.* Hæc sic distinguere et explicare malim: Καὶ ὁ Ἀβραὰμ, Μηδαμῶς, εἶπεν, Κύριος ὁ κρίνων τὴν γῆν. Et Abraham: « Nequaquam, » dixit, « Dominus, qui judicat terram: » ut εἶπεν non ad Dominum, verum ad Abrahamum referatur. Respicit enim auctor ea quæ dicit Abrahamus Genes. XVIII, 26: Μηδαμῶς σὺ ποιήσεις ὡς τὸ ῥῆμα τοῦτο.... μηδαμῶς· ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν, οὐ ποιήσει κρίσιν;

(13) *Τὴν σωτήριον φωνήν.* Hoc est, τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνὴν, « Salvatoris vocem, » Joan. III, 18: Ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν οὐ κρίνεται· ὁ δὲ μὴ πιστεύων εἰς αὐτὸν, ἤδη κέκριται.

(14) *Ταῖς Βασιλείαις.* Quæ sequuntur, non occurrunt in *libris Regum*, sed auctor varia Jobi loca

Domini, qui cohabitatis simul cum doloribus [a]. » Et Abraham: « Nequaquam, dixit, Dominus qui judicat terram [b]. » Nam « qui non credidit, » convenienter salutari voci, « jam judicatus est [c]. » Scriptum est autem in libris quoque Regum judicium et sententia Domini, quæ sic habet: « Justos exaudit Deus, impios autem non servat, eo quod ipsi nolint nosse Deum. Absurda enim non faciet Omnipotens [d]. » Quid ad hanc vocem adhuc dicunt hæreses, cum omnipotentem Deum esse bonum prædicet Scriptura, et vitii et injustitiæ minime esse auctorem? siquidem ignorantia quidem propterea oritur, quod aliquis non cognoscat: Deus autem « nihil facit absurdum. Ilic est enim, » inquit, « Deus noster, et non est præter eum, qui servet [e]. Non est enim apud Deum injustitia [f]; » ex sententia Apostoli. Aperte autem adhuc propheta Dei consilium, et cognitionis profectum per hæc docet: « Et nunc, Israel, quid Dominus Deus tuus a te petit, nisi ut timeas Dominum Deum tuum, et ambules in omnibus viis ejus? Ut et eum diligas, et illi soli servias [g], » petit a te, qui habes potestatem eligendæ salutis. Quid ergo sibi volunt Pythagorei, cum jubent « cum voce precari? » non quod, ut mihi quidem videtur, existimarent Deum non posse exaudire eos qui tacite loquuntur, sed quod justas vellent esse preces, quas non vereatur quis ita fundere, ut multi sint conscii. Nos autem de precatione quidem, paulo post suo tempore tractabimus. Debemus autem habere opera clamantia, « tanquam in die ambulantes [h]. Luceant enim opera tua [i]. Et ecce homo, et opera ejus ante faciem ejus. Ecce enim Deus, et opera ejus [k]. » Deum oportet imitari, quoad fieri potest, eum qui est

κούει ὁ Θεός· ἀσεβεῖς δὲ οὐ σώζει, παρὰ τὸ μὴ βούλεσθαι εἰδέναι αὐτοὺς τὸν Θεόν· ἄτοπα γὰρ οὐ συντελέσει ὁ Παντοκράτωρ. Τί πρὸς ταύτην ἔτι φθέγγονται τὴν φωνὴν αἱ αἱρέσεις, ἀγαθὸν Θεὸν τὸν παντοκράτορα κηρυττούσης τῆς Γραφῆς, καὶ ἀναίτιον κακίας τε καὶ ἀδικίας, εἴγε ἡ μὲν ἄγνοια διὰ τὸ μὴ γινώσκειν φύεται, ὁ Θεὸς δέ, « οὐδὲν ἄτοπον ποιεῖ. Οὗτος (15) γάρ ἐστι, » φησίν, « ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔστι πλὴν αὐτοῦ σώζων. Οὐδὲ γάρ ἐστιν ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ, » κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Σαφῶς δὲ ἔτι ὁ προφήτης τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν προκοπὴν τὴν γνωστικὴν διὰ τούτων διδάσκει. « Καὶ νῦν, Ἰσραήλ, τί Κύριος ὁ Θεός σου αἰτεῖται παρὰ σοῦ, ἀλλ' ἢ φοβεῖσθαι Κύριον τὸν Θεόν σου, καὶ πορεύεσθαι ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, καὶ ἀγαπᾷν αὐτόν, καὶ λατρεύειν αὐτῷ μόνῳ (16), αἰτεῖται παρὰ σοῦ, τοῦ τὴν ἐξουσίαν ἔχοντος ἑλέσθαι τὴν σωτηρίαν (17). Τί τοίνυν οἱ Πυθαγόρειοι βουλόμενοι « μετὰ φωνῆς εὔχεσθαι » (18) κελεύουσιν; ἐμοὶ δοκεῖ, οὐχ ὅτι τὸ θεῖον ᾤοντο μὴ δύνασθαι τῶν ἡσυχῇ φθεγγομένων ἐπαΐειν, ἀλλ' ὅτι δικαίας (19) ἐβούλοντο εἶναι τὰς εὐχάς, ἃς οὐκ ἄν τις αἰσθοῖτο ποιεῖσθαι πολλῶν συνειδότων. Ἡμεῖς δὲ περὶ μὲν τῆς εὐχῆς κατὰ καιρὸν προϊόντος (20) τοῦ λόγου διαληψόμεθα· τὰ δὲ ἔργα κεκραγότα (21) ἔχειν ὀφείλομεν, « ὡς ἐν ἡμέρᾳ περιπατοῦντες. Λαμψάτω γάρ σου τὰ ἔργα, καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ. Ἰδοὺ γὰρ ὁ Θεός, καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ. » Θεὸν χρὴ μιμεῖσθαι, εἰς ὅσον δύναμις, τῷ γνωστικῷ. Ἐμοὶ δὲ καὶ οἱ ποιηταὶ (22) τοὺς ἐκλεκτοὺς παρὰ σφίσι « θεοειδέας » προσαγορεύειν δοκοῦσι, καὶ « δίους, » καὶ « ἀντιθέους, » καὶ « Διὶ

P. 612 ED. POTTER. [a] Mich. I, 2. [b] Gen. XVIII, 25. [c] Joan. III, 18. [d] Job XXXVI, 6; XXXIV, 12. [e] Isa. XLV, 21. [f] Hebr. VI, 10. [g] Deut. X, 12. [h] Rom. XIII, 13. [i] Matth. V, 16. [k] Isa. LXII, 11.

in unum conjunxit: nam cum ibi Elihu dixerat in cap. XXXVI, 7, *justos esse* μετὰ βασιλέων εἰς θρόνον addit, v. 10: Ἀλλὰ τοῦ δικαίου εἰσακούσεται· v. 12: Ἀσεβεῖς δὲ οὐ διασώζει, παρὰ τὸ μὴ βούλεσθαι αὐτοὺς εἰδέναι τὸν Κύριον. Idem cap. XXXIV, 12, id profert, quod apud Clementem, verbis aliquantum mutatis, sequitur: Οἴεται δὲ τὸν Κύριον ἄτοπα ποιήσειν, ἢ ὁ Παντοκράτωρ ταράξει τὴν κρίσιν, ὃς ἐποίησε τὴν γῆν;

(15) *Οὗτος*. In unum conjungit Isa. XLV, 21: Ἐγὼ ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν ἐμοῦ· δίκαιος καὶ σωτὴρ οὐκ ἔστι παρὲξ ἐμοῦ· et Rom. IX, 14: Μὴ ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ; μὴ γένοιτο! Quæ Clemens, ut etiam paulo superius memorata S. Scripturæ loca, imperfecte et tanquam e memoria recitat.

(16) *Λατρεύειν αὐτῷ μόνῳ*. Deut. X: Λατρεύειν Κυρίῳ τῷ Θεῷ. Sed λατρεύειν αὐτῷ μόνῳ sumptum est ex Matth. IV, 10; Luc. IV, 8, vel alio simili loco.

(17) *Τοῦ τὴν ἐξουσίαν ἔχοντος ἑλέσθαι τὴν σωτηρίαν*. Commation istud Clementis est, enarrationis loco verbis Moysis attextum. SYLBURG.

(18) *Μετὰ φωνῆς εὔχεσθαι*. Conf. secunda Persii satyra.

(19) *Δικαίας*. Persius satyræ jam dictæ v. 6:

*Illud cuivis promptum est, murmurque humi-*
*llesque susurros*
*Tollere de templis, et aperto vivere voto.*
*Mens bona, fama, fides, hæc clare, et ut audiat*
*hospes.*
*Illa sibi introrsum, et sub lingua murmurat:*
*[O si*
*Ebullit patrui præclarum funus! et, o si*
*Sub rastro crepet argenti mihi seria, dextro*
*Hercule! pupillumve utinam, quem proximus*
*[hæres*
*Impello, expungam.....*

(20) *Κατὰ καιρὸν πρ. Stromat.* VII. GRAB.

(21) *Ἔργα κεκραγότα*. Hæc verba non invenio. Malorum operum ad Deum vindicem clamantium meminit Jacobus cap. V, 4, et Abelis sanguis ad eumdem clamasse dicitur Genes. IV, 10. Porro in iis, quæ sequuntur, auctor respicere videtur Rom. XIII, 13: Ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν. Matth. V, 16: Οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα· ac dein forte Isa. LXII, 11: Ἰδοὺ ὁ Σωτήρ σοι παραγέγονεν, ἔχων τὸν ἑαυτοῦ μισθὸν, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ.

(22) *Ποιηταί*. Homerum præcipue intelligit, qui epithetis a Clemente memoratis *Iliad.* B, v. 632, 714; A, 264; Π, 47; *Odyss.* N, 89; *Iliad.* A, 131, aliisque locis passim usus est.

(23) *Τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν*. Respicit Gen. I, 26: Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοί-

« Χρύσεαι (24) δέ μοι πτέρυγες περὶ » νώτῳ, φησὶ, « καὶ τὰ Σειρήνων ἑρόεντα πέδιλα ἁρμόζεται· βάσομαί τ' ἐς αἰθέρα πολὺν ἀερθείς, Ζηνὶ προσμίξων.» Ἐγὼ δὲ ἂν εὐξαίμην τὸ πνεῦμα τοῦ Χριστοῦ πτερῶσαί με εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ τὴν ἐμήν (25)· λέγουσι γὰρ καὶ οἱ Στωϊκοὶ, τὸν μὲν οὐρανὸν κυρίως πόλιν, τὰ δὲ ἐπὶ γῆς ἐνταῦθα οὐκ ἔτι πόλεις· λέγεσθαι μὲν γάρ, οὐκ εἶναι δέ· σπουδαῖον (26) γὰρ ἡ πόλις, καὶ ὁ δῆμος ἀστεῖόν τι σύστημα, καὶ πλῆθος ἀνθρώπων ὑπὸ νόμου διοικούμενον, καθάπερ ἡ Ἐκκλησία ὑπὸ Λόγου, ἀπολιόρκητος, ἀτυράννητος πόλις ἐπὶ γῆς· θέλημα θεῖον ἐπὶ γῆς, ὡς ἐν οὐρανῷ. Εἰκόνας τῇσδε τῆς πόλεως καὶ οἱ ποιηταὶ κτίζουσι γράφοντες· αἱ γὰρ Ὑπερβόριοι (27) καὶ Ἀριμάσπιοι πόλεις, καὶ τὰ Ἠλύσια πεδία (28), δικαίων πολιτεύματα· ἴσμεν δὲ καὶ Πλάτωνος « πόλιν, παράδειγμα ἐν οὐρανῷ κειμένην (29). »

A gnosticus. Mihi autem videntur poetæ quoque electos appellare « deiformes, et deos, et Deo æquales, et consilio Jovi pares, et quorum similis prudentia divis, et Deo similes, » illud : « Ad imaginem et similitudinem [a], » quasi arrodentes. Euripides itaque, « In meo, inquit, tergo sunt pennæ aureæ, et aptantur grata Sirenum talaria, iisque in immensum sublatus æthera, Jovem conventurus. » Ego autem Christi spiritum oraverim, ut me in meam sustollat Jerusalem. Dicunt enim Stoici quoque cœlum quidem proprie esse civitatem, quæ autem sunt hic in terra, non esse civitates : dici enim, sed non esse. Res enim bona est civitas, et populus, honestus aliquis cœtus, et multitudo hominum, quæ regitur lege, sicut Logo Ecclesia; quæ est civitas, quæ non potest circumsideri, nec opprimi tyrannide; in terra divina volumus, sicut in cœlo. Hujus autem civitatis imagines poetæ quoque condunt in suis scriptis : Hyperboreæ enim et Arimaspiæ civitates, et campi Elysii, sunt respublicæ justorum. Scimus autem Platonis quoque « civitatem esse propositam in cœlo ut exemplar. »

[a] Gen. I, 26.

(24) *Χρύσεαι.* Hi versus exstant inter fragmenta incertarum Euripidis tragœd. v. 547. Sunt autem ab H. Grotio hoc modo emendati ac digesti in *Excerptis ex tragœdiis et comœdiis Græcis*, pag. 451.

*Χρύσεαι δέ μοι πτέρυγες περὶ νώτῳ,*
*Καὶ τὰ Σειρήνων πτερόεντα πέδιλα*
*Ἁρμόζεται· βάσομαι δ' εἰς αἰθέρα πολὺν*
*Ἀερθείς, Ζηνὶ προσμίξων.*

*Aurea me dorsi compagine*
*Penna vehet, pedibusque volucria*
*Sirenum nectam talaria:*
*Sic altum penetrabo per æthera,*
*Colloquioque fruar magni Jovis.*

Similia sunt, quæ scribit Horatius, lib. II, od. 20:

*Non usitata aut tenui ferar*
*Penna, biformis per liquidum æthera*
*Vates : neque in terris morabor*
*Longius : invidiaque major*
*Urbes relinquam.*

(25) *Ἱερουσαλὴμ τὴν ἐμήν.* Nempe Jerusalem cœlestem. Nam, ut ait Paulus Gal. IV, 26 : Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν. Anaxagoras cuidam interroganti, « Nullane tibi patriæ cura est? » respondisse fertur : Εὐφήμει· ἐμοὶ γὰρ καὶ σφόδρα μέλει τῆς πατρίδος, δείξας τὸν οὐρανόν. « Mihi vero patriæ cura, et quidem summa, est; digitum in cœlum intendens. » Conf. Diogenes Laertius in Anaxagora.

(26) *Σπουδαῖον.* Legi potest etiam σπουδαίων. SYLBURG.

(27) *Ὑπερβόριοι.* Hos Ælianus *Var. hist.* lib. III, cap. 18, refert εὐδαιμονεστάτους, « felicissimos » esse. Hac felicitate alii eos mille annis in hac terra frui fabulantur. Strabo *Geograph.* lib. XV, p. 711, edit. Paris.: Περὶ δὲ τῶν χιλιετῶν Ὑπερβορέων τὰ αὐτὰ λέγειν Σιμωνίδῃ, καὶ Πινδάρῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις μυθολόγοις. « De Hyperboreis mille annos viventibus eadem dicere quæ Simonides et Pindarus, et alii mythologi. » Diodorus Siculus *Bibliothecæ historicæ* lib. II, p. 130 edit. Hanov. : Ἑκαταῖος καί τινες ἕτεροί φασιν, ἐν τοῖς ἀντιπέραν τῆς Κελτικῆς τόποις κατὰ τὸν Ὠκεανὸν εἶναι νῆσον οὐκ ἐλάττω τῆς Σικελίας· ταύτην ὑπάρχειν μὲν κατὰ τοὺς Ἄρκτους, κατοικεῖσθαι δὲ ὑπὸ τῶν ὀνομαζομένων Ὑπερβορέων, ἀπὸ τοῦ πορρωτέρω κεῖσθαι τῆς βορείου πνοῆς· οὖσαν δ' αὐτὴν εὐγειόν τε καὶ πάμφορον, ἔτι δὲ εὐκρασίᾳ διαφέρουσαν, διττοὺς κατ' ἔτος ἐκφέρειν καρπούς. « Hecatæus et nonnulli alii tradunt, contra Galliam in Oceano insulam esse non minorem Sicilia, Arctis subjectam, quam Hyperborei incolunt, sic vocitati, quod sint loca vento septentrionali remotiora. Solum hic optimum esse ac fructuosum, optimeque temperatum, ac propterea bis in anno messem fieri. » Dein ex fabularum auctoribus memorat: « Latonam ibi natam fuisse, ac proinde Apollini præ diis aliis cultum deferri; et quia illum quotidie perpetua laudum decantatione celebrent, et maximis honoribus prosequantur, homines illos sacerdotes Apollinis haberi : » cum multis aliis, quæ referre longum est. Addi etiam poterunt, quæ de Hyperboreis commemorat Herodotus in Melpomene

(28) *Ἠλύσια πεδία.* « Elysios campos describit Homerus *Odyss.* Δ, vers. 563, et Virgilius *Æneid.* VI, v. 637.

(29) *Παράδειγμα ἐν οὐρανῷ κειμένην.* F. Morello videbatur legendum, τῆς ἐν οὐρανῷ κειμένης, « cœlestis civitatis exemplar esse propositam. » COLLECT. — Respicit Platonis lib. IX *De republica* sub finem, ubi hæc dicit: Μυθόν γε, ἔφη, ἐν ᾗ νῦν διήλθομεν οἰκίζοντες πόλει λέγεις, τῇ ἐν λόγοις κειμένῃ· ἐπὶ γῆς γε οὐδαμοῦ οἶμαι αὐτὴν εἶναι. Ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ, ἐν οὐρανῷ ἴσως παράδειγμα ἀνάκειται τῷ βουλομένῳ ὁρᾶν, καὶ ὁρῶντι ἑαυτὸν κατοικίζειν. « Intelligo equidem, quod ea in civitate dicis, quam nos condidimus in præsentia, quæ et verbis solum, in terris vero nusquam, ut arbitror, exstat. At forte, inquam ego, in cœlo illius exstat exemplar, conspicuum ei, qui et intueri voluerit, et seipsum ad id, cum intuitus est, instituere. »

# ORDO RERUM

## QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.


*CLEMENS ALEXANDRINUS.*

Notitia historico-litteraria in Clementem Alexandrinum. 9
Monitum lectori. 27
Veterum testimonia. 53

CLEMENTIS ALEXANDRINI COHORTATIO AD GENTES.

Cap. I. — Ab orgiis et impiis idolorum mysteriis homines avocans, ad veram jubilationem Dei Verbi nomine provocat, et ad laudes Dei Patris ob revelatam veritatem celebrandas hortatur. 49
Cap. II. — Absurditatem simul ac impietatem mysteriorum ethnicorum, et fabularum de deorum suorum ortu et interitu ostendit. 67
Cap. III. — Sacrificiorum diis mactatorum crudelitatem ac feritatem perstringit. 123
Cap. IV. — Simulacra quam absurda et turpia sint quibus deos suos colunt. 133
Cap. V. — Philosophorum sententias de Deo recenset. 165
Cap. VI. — Philosophos aliquando, ipso aspirante, verum hoc in argumento attigisse. 171
Cap. VII. — Poetas etiam veritati testimonium ferre. 179
Cap. VIII. — Veram de Deo doctrinam a prophetis esse petendam. 185
Cap. IX. — Graviter illos peccare, qui benignam Dei vocationem spernunt, aut negligunt. 191
Cap. X. — Respondens objectioni gentilium, qua nefas esse aiebant morem patrium deserere, eo impensius hortatur illos ad veritatem amplectendam, qua ab erroribus istis liberentur. 201
Cap. XI. — Quanta sint Dei beneficia in homines per Christi adventum collata. 227
Cap. XII. — Hortatur ut missis erroribus et cupiditatibus pristinis, se Christo, unico veritatis magistro, instituendos præbeant. 257

PÆDAGOGUS.

Capitula libri primi. 247

LIBER PRIMUS.

Cap. I. — Quid profiteatur Pædagogus. 249
Cap. II. — Quod propter peccata nostra nos moderetur Pædagogus. 251
Cap. III. — Quod sit benignus et hominum amans Pædagogus. 257
Cap. IV. — Quod Verbum ex æquo virorum et mulierum Pædagogus sit. 259
Cap. V. — Quod omnes, qui circa veritatem versantur, sint apud Deum pueri. 262
Cap. VI. — Adversus eos qui existimant puerorum et infantium appellationem significare primarum disciplinarum doctrinam. 279
Cap. VII. — Quid sit Pædagogus, et de ejus Pædagogia. 311
Cap. VIII. — Adversus eos qui existimant non esse bonum id, quod justum est. 326
Cap. IX. — Quod ejusdem sit potestatis et benefacere, et juste punire; in quo etiam dicitur, quis sit modus pædagogiæ Verbi. 339
Cap. X. — Quod idem Deus per idem Verbum et a peccatis arceat, minans; et humanæ naturæ salutem det, adhortans. 353
Cap. XI. — Quod per legem et prophetas Verbum pædagogi functus fuerit officio. 365
Cap. XII. — Quod Pædagogus convenienter paternæ affectioni severitate et benignitate usus sit. 367
Cap. XIII. — Quod quemadmodum id, quod recte et ex virtute geritur, fit secundum rectam rationem; ita rursus peccatum, præter rationem. 371
Capitula libri secundi. 377

LIBER SECUNDUS.

Cap. I. — Quomodo circa alimenta versari oporteat. 378
Cap. II. — Quomodo in potu se gerere oporteat. 410
Cap. III. — Quod in sumptuosam vasorum supellectilem non sit studium conferendum. 431
Cap. IV. — Quomodo in conviviis se recreare oporteat. 439
Cap. V. — De risu. 445
Cap. VI. — De turpiloquio. 451
Cap. VII. — Quænam ob cervare oporteat eos, qui honeste simul victitant. 455
Cap. VIII. — An unguentis et coronis utendum sit. 466
Cap. IX. — Quomodo se in somno gerere oporteat. 490
Cap. X. — Quænam de procreatione liberorum tractanda sint. 498
Cap. XI. — De calceamentis. 535
Cap. XII. — Quod non oporteat gemmas et aureum ornatum stupere et admirari. 539
Capitula libri tertii. 553

LIBER TERTIUS.

Cap. I. — De vera pulchritudine. 555
Cap. II. — Quod non sit cultu utendum. 559
Cap. III. — Adversus viros qui formam colunt. 578
Cap. IV. — Cum quibusnam habenda sit consuetudo. 591
Cap. V. — Quomodo in balneis se gerere oporteat. 599
Cap. VI. — Quod solus Christianus sit dives. 603
Cap. VII. — Quod pulchrum viaticum Christiano sit frugalitas. 607
Cap. VIII. — Quod similitudines et exempla sint rectæ doctrinæ pars maxima. 611
Cap. IX. — Quanam de causa sit balneum accedendum. 618
Cap. X. — Quod exercitia quoque sint deligenda iis, qui vitam agunt rationi consentaneam. 619
Cap. XI. — Compendiosa optimæ vitæ pertractatio. 626
Cap. XII. — Brevis optimæ vitæ similiter pertractatio, et quot loca Scripturæ sanctæ vitam Christianorum describant. 663
Hymnus Christi Servatoris a sancto Clemente compositus 682
In Pædagogum. 685

STROMATA.

LIBER PRIMUS.

Cap. I. — Auctor propositum suum exponit quantumque utilitatis scriptores lectoribus suis conferant ostendit. 685
Cap. II. — Occurrit quorumdam objectioni, vituperantium quod tam multa e philosophia desumpta libris suis inserat. 709
Cap. III. — Contra sophistas et inutilis scientiæ jactatores. 711
Cap. IV. — Humanas artes, non minus quam rerum divinarum scientiam, a Deo esse profectas. 715

CAP. V. — Philosophiam theologiæ ancillari; quod illustrat allegorica interpretatione historiæ Saræ et Agaris. 717
CAP. VI. — Institutione plerumque, non natura bonos fieri, multumque ad eruditionem virtutem conferre. 721
CAP. VII. — Philosophiam ad divinam virtutem viam aperire, eamque non particularis alicujus sectæ, sed eclecticam. 731
CAP. VIII. — Artem sophisticam aliasque quæ in verbis tantum versentur non perinde utiles esse habendas. 735
CAP. IX. — Scientias humaniores ad Scripturas recte intelligendas esse omnino necessarias. 739
CAP. X. — Majorem bene faciendi quam bene dicendi curam esse habendam. 745
CAP. XI. — Quænam sit sapientia mundana et philosophia quam devitare non vult Apostolus. 747
CAP. XII. — Fidei mysteria non esse cuivis propalanda, ideo quod non sint veritatis idonei auditores. 753
CAP. XIII. — Variarum philosophiæ sectarum unamquamque aliquam veritatis particulam sibi arripuisse. 755
CAP. XIV. — Philosophorum apud Græcos successio. 757
CAP. XV. — Græcorum philosophiam magna ex parte a barbaris haustam. 767
CAP. XVI. — Præter philosophiam, aliorum etiam artium inventores fere barbaros fuisse. 783
CAP. XVII. — De illo dicto Salvatoris : *Omnes qui me præcesserunt fures erant et latrones.* 795
CAP. XVIII. — Illustrat illud dictum Apostoli : *Perdam sapientiam sapientium.* 803
CAP. XIX. — Philosophos aliquam veritatis partem percepisse probat. 805
CAP. XX. — Quanam ratione philosophia conferat ad divinæ veritatis comprehensionem. 813
CAP. XXI. — Ex Moysis aliorumque prophetarum ætate, prolixe cum temporibus Græcorum comparata, ostenditur instituta et leges Judæorum multo esse antiquiora philosophia Græcorum. 819
CAP. XXII. — De Græca Veteris Testamenti interpretatione. 889
CAP. XXIII. — De Moysis ætate, ortu et vita. 893
CAP. XXIV. — Quomodo Moyses ducis partes absolverit, aliisque ad id munus exsequendum exemplo suo præiverit. 905
CAP. XXV. — Quomodo Plato in legibus suis condendis Moysen imitatus est. 911
CAP. XXVI. — Moysen recte dici divinum legislatorem, licet Christo inferiorem, et longe potiori jure quam Græcorum legislatores Minoem et Lycurgum. 915
CAP. XXVII. — Legem commoda hominum spectare, etiam dum corrigit et punit. 917
CAP. XXVIII. — Quadripartitæ legis Mosaicæ divisio. 921
CAP. XXIX. — Græcos recte ab Ægyptio pueros dictos respectu ad Hebræos eorumque instituta habito. 925

## LIBER SECUNDUS.

CAPUT PRIMUM. — Auctor res a se deinceps tractandas proponit. 929
CAP. II. — Per fidem solam ad Dei cognitionem pervenire posse. 933
CAP. III. — Contra hæreticos disputat, qui fidem ex naturæ necessitate provenire statuunt. 941
CAP. IV. — Iterum de utilitate credendi, fidemque esse omnis scientiæ fundamentum. 943
CAP. V. — Græcos e sacris scriptoribus plurima hausisse multis exemplis probat. 951
CAP. VI. — De fidei præstantia et utilitate. 959
CAP. VII. — Timoris usum ostendit eumque a vituperantium objectionibus vindicat. 967
CAP. VIII. — Basilidis et Valentini deliria de timore aliarumque rerum causa refutat. 971
CAP. IX. — Virtutes Christianas esse inter se connexas. 975
CAP. X. — Quid sibi vindicet philosophus Christianus. 981
CAP. XI. — Cognitionem illam quæ per fidem traditur esse omnium certissimam. 985
CAP. XII. — De fide duplici. 989
CAP. XIII. — De prima et secunda pœnitentia. 993
CAP. XIV. — Quot modis fiat involuntarium. 997
CAP. XV. — De diversis voluntarii et peccatorum exinde sequentium generibus. 999
CAP. XVI. — Quomodo loca S. Scripturæ exponenda sunt quæ affectus humanos Deo tribuunt. 1011
CAP. XVII. — De variis cognitionis generibus. 1013
CAP. XVIII. — Legem Mosaicam omnis doctrinæ moralis esse fontem, atque inde Græcos ethica sua hausisse. 1013
CAP. XIX. — De Vero Gnostico, quod sit Dei imitator, præcipue in beneficia. 1039
CAP. XX. — Verum Gnosticum tolerantiam et abstinentiam exercere. 1047
CAP. XXI. — Recenset varias philosophorum de summo bono sententias. 1071
CAP. XXII. — Plato summum bonum in assimilatione cum Deo consistere ait, quocum concordant sacri scriptores. 1079
CAP. XXIII. — De matrimonii commodis et præceptis in ejus usu observandis; quæ plenius tractat libro sequenti. 1086

## LIBER TERTIUS.

CAPUT PRIMUM. — Basilidis sententiam de continentia et nuptiis refutat. 1097
CAP. II. — Carpocratis et Epiphanis sententiam de feminarum communitate refutat. 1103
CAP. III. — Quatenus Plato aliique e veteribus præiverint Marcionitis aliisque hæreticis, qui a nuptiis ideo abstinent quia creaturam malam existimant et nasci homines in pœnam opinantur. 1113
CAP. IV. — Quibus prætextibus utantur hæretici ad omnis generis licentiam et libidinem exercendam. 1129
CAP. V. — Duo genera hæreticorum notat : prius illorum qui omnia omnibus licere pronuntiant, quos refutat. 1143
CAP. VI. — Secundum genus hæreticorum aggreditur, illorum scilicet qui ex impia de Deo omnium conditore sententia, continentiam exercent. 1147
CAP. VII. — Qua in re Christianorum continentia eam quam sibi vindicant philosophi antecellat. 1161
CAP. VIII. — Loca S. Scripturæ ab hæreticis in vituperium matrimonii adducta explicat : et primo verba Apostoli Rom. VI, 14, ab hæreticorum perversa interpretatione vindicat. 1165
CAP. IX. — Dictum Christi ad Salomen exponit, quod tanquam in vituperium nuptiarum prolatum hæretici allegabant. 1165
CAP. X. — Verba Christi Matth. XXVIII, 20, mystice exponit. 1169
CAP. XI. — Legis et Christi mandatum de non concupiscendo exponit. 1171
CAP. XII. — Verba Apostoli I Cor. VII, 5, 39, 40, aliaque S. Scripturæ loca eodem spectantia explicat 1177
CAP. XIII. — Julii Cassiani hæretici verbis respondet; item loco quem ex evangelio apocrypho idem adduxerat. 1191
CAP. XIV. — II Cor. XI, 3 et Eph. IV, 24, exponit. 1193
CAP. XV. — I Cor. VII, 1; Luc. XIV, 26; Isa. LVI, 2, 3, explicat. 1195
CAP. XVI. — Jerem. XX, 14; Job XIV, 5; Psal. L, 5; I Cor. IX, 27, exponit. 1199
CAP. XVII. — Qui nuptias et generationem malas asserunt, ii et Dei creationem et ipsam Evangelii dispensationem vituperant. 1205
CAP. XVIII. — Duas extremas opiniones esse vitandas: primam illorum qui Creatoris odio a nuptiis abstinent; alteram illorum qui hinc occasionem arripiunt nefariis libidinibus indulgendi. 1207

## LIBER QUARTUS.

CAPUT PRIMUM. — Ordo dicendorum. 1213
CAP. II. — Cur libri isti Stromateis dicantur. 1217
CAP. III. — In quo vera hominis præstantia consistit. 1219
CAP. IV. — Martyrii laudes. 1225
CAP. V. — De doloris, paupertatis aliorumque externorum contemptu. 1231
CAP. VI. — Aliquot beatitudinum capita exponit. 1237
CAP. VII. — Beatos esse qui Dei causa sanguinem profundunt. 1253
CAP. VIII. — In Ecclesia feminas non minus quam viros, et servos pariter cum liberis martyrii esse candidatos. 1267
CAP. IX. — Quæ Christus de martyrii beneficiis dixit, colligit in unum atque illustrat. 1279
CAP. X. — Graviter reprehendit illos qui se judicibus offerebant. 1285
CAP. XI. — Respondet objectioni : *Si Deus vestri curam gerat, cur vatimini?* 1287
CAP. XII. — Basilidis sententiam, martyrium genus sup-

plicii existimantis, refutat. 1289
Cap. XIII. — Valentini nænias de mortis abolitione redarguit. 1295
Cap. XIV. — De dilectione omnium, etiam inimicorum. 1301
Cap. XV. — De vitando scandalo. 1305
Cap. XVI. — Quædam Scripturæ loca de constantia, patientia et charitate martyrum illustrat. 1305
Cap. XVII. — Citationem ex epistola S. Clementis ad Corinthios ad argumentum præcedentis capitis spectantem refert. 1311
Cap. XVIII. — De charitate et reprimendis cupiditatibus. 1319
Cap. XIX. — Tam mulieres quam viros esse perfectionis obtinendæ capaces, quod et heroinarum apud exteros exemplis confirmat. 1327
Cap. XX. — Uxoris bene moratæ officium describit. 1335
Cap. XXI. — Perfectum seu vere Gnosticum describit. 1339
Cap. XXII. — Perfectum, seu vere Gnosticum neque metu pœnæ, neque spe præmii officium facere, sed solius boni et pulchri intuitu. 1345
Cap. XXIII. — Ob quam rationem perfectis a rebus sensui jucundis, quam maxime potest, abstineat, meliorum scilicet intuitu. 1353
Cap. XXIV. — De pœnarum a Deo inflictarum ratione et fine. 1361
Cap. XXV. — In cognitione et amore Dei sitam esse veram perfectionem. 1365
Cap. XXVI. — Quomodo corpore et rebus mundanis utatur vere perfectus. 1371

FINIS TOMI OCTAVI.

Ex Typis L. Migne, au Petit-Montrouge.

9[illegible]G 20[illegible]49

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google